- Digitalisierte Fassung im Format PDF -

# Flora Ienensis

Heinrich Bernhard Ruppe
Albert Haller

Die Digitalisierung dieses Werkes erfolgte im Rahmen des Projektes BioLib (www.BioLib.de).

Die Bilddateien wurden im Rahmen des Projektes Virtuelle Fachbibliothek Biologie (ViFaBio) durch die Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg (Frankfurt am Main) in das Format PDF überführt, archiviert und zugänglich gemacht.

# ALBERTI HALLER

PHIL. ET MED. D. MED. ANAT. CHIR. BOT. P. P. O.
CONS. AVLICI ET ARCHIAT. REG. ET ELECT.
SOC. REGG. ANGL. ET SVEC. SOD.

# FLORA IENENSIS

## HENRICI BERNHARDI RVPPII

EX POSTHVMIS AVCTORIS SCHEDIS
ET PROPRIIS
OBSERVATIONIBVS

*AVCTA ET EMENDATA*

ACCESSERVNT PLANTARVM RARIORVM
NOVAE ICONES.

*IENAE*
Sumptibus CHRIST. HENR. CVNONIS
1745.

SERENISSIMO PRINCIPI
ET DOMINO

# ERNESTO AVGVSTO

DVCI SAXONIAE

IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIVARIORVM ET WEST-PHALORVM

ET RELIQVA

SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO ET LEGIONIS PEDESTRIS AC EQVESTRIS TRIBVNO,

ORDINIS VIGILANTIAE
CONDITORI MVNIFICENTISSIMO
RECTORI
*ACADEMIAE IENENSIS*
MAGNIFICENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
CLEMENTISSIMO

SERENISSIME

PRINCEPS

DVX

CLEMENTISSIME

Humile donum offero SERENISSIME PRINCEPS, & animos ex eo ſumſi quod in ditionibus TVIS natum ſit, & TVAE academiæ uſibus in primis inſerviat.

Benignitatem cœli ſolique Jenenſis non alius fidelior teſtis & nunc

nunc eruditis omnibus, & deinde poſteris aperiet.

Sed & ipſe, cum utile opuſculum ornandum acciperem, ex TVA Thuringia repetii, unde auctius & melius redderem.

Denique volente providentia per nuptias in numerum ſubditorum TVORVM transii, cum b. Teichmeyeri patria etiam mea quodam modo facta ſit; cujus viri hæc maxima in terris fuit beatitas, quod fidele ejus obſequium TIBI non diſpliceret.

TV vero, PRINCEPS SERENISSIME, utiliores ſublimioresque literas & amas, & ita excolis IPSE, ut in Tanto faſtigio vix æmulum reperias.

IPSE denique in univerſam ditionem TVAM circumſpicis

undi-

undique, eamque propria ſapientia non alienis dirigis conſiliis.

Hæ mihi cauſæ ſunt, quare exiguum hoc humillimi cultus pignus auſus ſim offerre.

SERENITATIS TVAE

IN GEORGIA AVGVSTA
D. II. Septembr. 1744.

DEVOTISSIMVS CLIENS
ALBERTVS HALLER.

# LECTVRIS S.

## ALBERTVS HALLER

HENR. BERNH. RVPPIVS, Gieſſenſis, Medicinæ cultor, ad botanicen plane natus, fuit robuſto & brevi corpore, oculis lynceis, pedibus indefeſſis, acri ingenio, memoria tenaciſſima. Incredibili ardore a prima ætate avia quæque, & omnes agrorum ſylvarumque angulos perreptavit. Thuringiam inprimis, & Saxoniam, & Miſniam, & Luſatiam, & Haſſiæ partem, Wetteraviam,

Rheniqueli ttora, ſurſum ad Wormatiam uſque, deorſum ad ipſam Leidam obambulavit. Hercynicorum montium humiliora adtigit, Ilefeldæ ad legendas plantas publico ſumtu aliquot ſeptimanis moratus. Sæpiſſime ſub dio media in ſolitudine noctes peregit, tenui victu & ruſticorum ſordibus adſuetus. Hic ipſi unicus labor, hæc fere voluptas fuit. Quare numeroſiſſimis plantis, propria manu lectis, ſpontanearum ſtirpium Germaniæ eam ſibi comparavit cognitionem, in qua neminem, DILLENIO excepto, parem haberet. Id eo magis mirum videri posſit, cum extra dignitatem omnem poſitus, omni librorum ſuppellectile, & litterarum commerciis, & horto deſtitutus, omnia ſibi debuerit ipſe. Et in tantis tamen difficultatibus non empiricam ſolum plantarum cognitionem memoriæ impreſſit, ſed in characteres ſollicite inquiſivit, in petala nempe & loculos & ſemina: nonnunquam vero & in ipſa ſtamina. Nova genera pluſcula ex iis obſervationibus definivit, a) & quibus in

a) Cameraria, Illecebrum, Dichotophyllon, Limnopeuce, Radiola, Plantaginella, Portula: etſi omnino vere DILLENIVS moneat [in *præf. ad app. flor.*

in poſthumis acceſſit Ericoides ſ. Alſinaſtrum. Species vero numeroſas, aut noviter detexit b), aut certe in Germania partim nondum, partim rariſſime c) repertas, primus e natura eruit. Varietates ipſe legit, quot quisquam aliorum botanicorum, in quibus, ſi non eadem, quæ in inveniendis novis ſpeciebus laus, labor certe etiam major eſt. Characteres multos a Preſtono, Rajo, Tournefortio male propoſitos correxit: &, quod inprimis miror, in eo vitæ genere, pauciſſimas plantas male cognovit, aut ad mala ſcriptorum nomina retulit.

Neminem adeo facile invenias, qui flo-



*flor. Gieſſ.*] alios eorum characterum paulo minus perfectos eſſe; & procul dubio vere idem alios a ſe ipſo RVPPIO communicatos fuiſſe teſtatur.

b) Orchis præcox fœtida. Fagopyrum ſemine alato. Lathyrus paluſtris foliis pinnatis. Viola apetalos.

c) Braſſica alpina perennis. Rubus alpinus foliis Ribes. Aſtragali duæ ſpecies. Elichryſum annuum floribus conglobatis. Alſinaſtrum. Feſtuca Juncea. Hormina duo &c. Linaria triphylla. Pyrola Arbuti folio. Vulneraria ad fl. Pfrim naſcens Tragi. Caprifolii rariores ſpecies. Marrubiaſtrum Cardiacæ folio.

ræ alicujus urbis edendæ fuerit aptior. Iis enim viris, quos ſua virtus in honorifica munia conſtituit, otium fere deficit, quo angulos agrorum perreptent omnes, eosque ab excurſionibus ſæpe ipſa deterret dignitatis cura, aut debilior valetudo.

Ergo floram ejus urbis, in qua plurimis annis vixerat, ex RVPPII chartis, a. 1718. edidit IOHANNES HENRICVS SCHVTTE Med. tunc ſtudioſus & repetito, auctiorem 285. plantis a morte RVPPII a. 1726. Dn. FROELICH. In ea flora RVPPIVS RIVINI, patroni ſui, præcepta ſecutus eſt, methodum tamen, quam RIVINVS in paucis generibus explicaverat, per omnem botanices ambitum diduxit, nitido & facili, quantum ea methodus patitur, ordine, & LINNAEI d) laudes merito. Aliqua etiam in claſſibus RIVINI mutavit in melius, & genus plantarum flore compoſito caſtius conſtituit e). Plantas dedit, quot ante ipſum in ſepten-

d) *Claſſ. plant.* p. 233. 234. ubi *Auctorem* vocat, *in generibus circumſpectum*, *in methodo facilem*, *in ſynonymis adcuratum*, *in ſpeciebus detegendis & diſtinguendis felicem* &c.

e) p. 114. Ex plantis nempe flore compoſito Parnaſſiam

ſeptentrionali Europa nullus alius; cum locis natalibus fidelibus, quæ rariſsime quærentem deſtituant. Nomina breviter fere protulit, additis varietatibus, & obſervationibus miſcellaneis, etiam botanicis, propriis plerumque neque inutilibus. In alios botanicos, ut erat parum comtæ vitæ innutritus, durior fuit, ut paſsim temperare acerbas voces neceſſarium mihi viſum ſit f). Icones paucos, &, quales ab ea fortuna poterant ſperari, malas dedit.

Hic ergo liber eſt, quem edendum tunc ſuſcepi, quando b. ſocer meus TEICHMEYERUS Botanicen Jenæ docebat. Exempla conſumſerat numerus eorum, qui in florentisſima Academia medicinæ ſtudent, non pauca etiam in præſtantisſimorum aliis in terris botanicorum bibliothecas tranſierunt, quos paſsim cum laude RUPPII meminiſſe videas.

Cum

ſiam, Nigellam, Helleborum, & ſimiles expunxit, quas admiſcuerat RIVINUS.

f) p. 186. ed. II. ubi meritiſſimum de ſe ipſo & de omni re herbaria RIVINUM, frigido & aſpero joco, *vel quaſi botanicorum coryphæum* vocat.

Cum ad eum librum ornandum accederem prima cura fuit, ut auctorem meum intelligerem, nempe certo noſſem, ad quam plantam quodque nomen pertineret. Verum hic labor, hoc opus! RVPPIVS ita non dives fuit, ut neminem habuerit heredem; nullibi etiam dum vixit, bibliotheca ejus, nullibi hortus ſiccus erant, niſi in tenaci viri memoria quæreres. RIVINVS multas ab ipſo ſtirpes habuerat, ſed neque eæ mihi potuerunt uſui eſſe. Ergo Jenam me contuli, ut veſtigia legerem RVPPII plantasque ad ſua nomina ex ipſo loco natali referrem. Id feci a. 1742. &, quantum potui omnes fere agros percurri, quos RVPPIVS Jenæ frequentaverat. Deinde a. 1743. & 1744. Ilefeldæ, Stolbergæ & in Hercynia ſylva, non quidem adeo ſollicite RVPPII itinera relegi, ſed multas tamen plantas raras inveni, quibus RVPPII opus aut illuſtraretur, aut augeretur. Aliqua etiam ab herbario Ziegenhaynenſi habui g), viro, & diligenti, & felici in plantis indagandis. Alia apud b. TEICHMEYERVM reperi, cujus plantæ ſiccæ bene multæ in meam bibliothecam tranſiverunt.

De-

g) Cui nomen *Dieterich*.

Denique laudanda hic eſt mihi liberalitas D. D. FICKII, Medicinæ in patria Jenenſium Academia Doctoris. In juventute plurimum ſodali uſus fuerat RVPPIO in plantis inveſtigandis, aliquo etiam tempore contubernalem in paternis ædibus habuerat. Apud eum ergo VIRVM humaniſſimum reperi ſtirpes, & codices RVPPII. Illas quidem, quarum ſupra 1500 fuiſſe memini, a. 1742. omnes evolvi, & ad rariores, aut dubias, notulas adſcripſi: etſi fatear temporis obſtrictum brevitate, non ita me iis fuiſſe uſum, ut omnibus ſubvenirem dubiis. Deinde quoties notas meas cito, id ſolum demonſtratum eſſe cupio, ita rem ſe in FICKIANIS plantis habuiſſe. h) Sed neque aderant omnes, quas RVPPIVS recenſet ſtirpes. Codices vero manu RVPPII ſcriptos mecum communicavit IDEM D. FICKIVS Gottingamque, ut iis per otium uterer, permiſit. Ex iis multa correcta, expunctæ varietates aut plantæ ejusdem repetitiones, emendati Characteres, additæ etiam ſtirpes aliquæ, tum quarundam

h) Ita v. g. non negavero verum Carduum Acanthoidem Jenæ naſci: id autem volo plantam ſiccam unice criſpi fuiſſe exemplar.

dam natales loci. Ordo inprimis commodior in his ſchedis fuit, quem paſſim in novam editionem transtuli, ubique non potui, ne nimis labor meus creſceret. i)

Porro deſiderabat Bibliopola, in meliorem libellum elegantem floram reformarem: neque tamen molem commodi compendii excederem.

Ergo de meo hæc paucula addidi. Menda RVPPII ſi quæ eſſent, indicavi, rudiora autem tacite correxi. Plantas incertas, repetitas, non ſatis diſtinctas, vel reduxi ad naturalem plantam, vel certe vitium ſubeſſe monui. Stirpibus, quas pro novis, aut vere, aut certe ex opinione produxerat RVPPIVS, ſynonyma recentiorum addidi, & genera naturalia. Dubia, quæ mihi viderentur non commode ſolvi poſſe, indicavi, ut monerem tyrones. Stirpes adjeci aliquas, Hercynicas aut Jenenſes, nam etiam Jenæ

i) Plures characteres & numeroſas *tabellas* inter Schedas RVPPII reperi. Veritus tamen, ne moles libri creſceret, cum inprimis RIVINI potius ſyſtemati nati, quam naturali, viderentur, omiſi Characteres.

næ k) tenue ſpicilegium mihi reliquerat RVPPIVS. Loca natalia rariorum ſtirpium auxi. In minimis denique plantis, Muſcis, Fungis, Lichenibus, cum omnino minus copioſus eſſet RVPPIVS, de mea ſuppellectile numerum adjeci, qui neque nimius eſſet, & oneraturus tyrones, neque tamen deſtitueret eos, qui majori animo aggrederentur rem herbariam. Mea vero omnia clauſulis diſtinxi, ne RVPPIO imputarentur, ſi quid haberent vitii. Icones, cum RVPPIANAE periiſſent, neque in tanta ruditate reparari mererentur, novas ſollicite factas adjeci: non earumdem tamen plantarum, quas recentes nullo modo acquirere potui, ſed aliarum, aut rariorum, aut nondum commode depictarum.

Plura & otium vetuit, & habitatio in alia urbe, circa quam multæ earum plantarum deſiderarentur, quas RVPPIVS in feliciori Jenenſi agro viderat. Eſt enim is ager & mire varia ſoli indole, cœlique temperie, & in quibusdam locis ſupra fidem æſtuoſus, cum ſylvas abiegnas, Hercyni-

k) Tetralix, Filicaſtrum, Ranunculi nova ſpecies, & Ranunculus polyanthemos ſimplex VAILL. aliæque.

cynicarum pene ſimiles, in proximo habeat. Gottingæ nobis & calida aprica loca, & paludes, & prata montana, & abiegnæ ſylvæ deſunt.

Denique numeroſa menda typographica deprecor, quæ in abſentia mea, ut fieri ſolet, irrepſerunt, & lectores obſecro, ut ex mea emendatione, quæ libro ſubjecta eſt, corrigant, ſæpe enim rudisſima ſunt, & graviſſima. Indicem, nimis diffuſum, contractum dedi, quem, uti alterum illum BOERHAAVIANI Operis, lector induſtriæ diligentisſimi diſcipuli D. Willichii Rugienſis, acceptum referet.

Dabam d. 2. Septembr.

1744.

# TABVLA breviſsima, continens huius libelli ordinem. 

- Omnis planta flore vel
  - Gaudet
    - *perfecto*
      - *regulari,*
        - *Simplici.*
          - *monopet.*
          - *Dipetal.*
          - *tripet.*
          - *tetrapet.*
          - *pentapet.*
          - *hexapet.*
          - *polypetalo.*
            - *Semin.*
              - *nud.*
                - *unico.*
                - *gemell.*
                - *terno.*
                - *quatern.*
                - *plurimis.*
              - *tect.*
                - *capſ.*
                  - *ſimpl.*
                  - *bipartit.*
                  - *tripartit.*
                  - *quadrip.*
                  - *quinquepart.*
                  - *multipl.*
                - *bacca*
                  - *monopyr.*
                  - *dipyr.*
                  - *tripyr.*
                  - *tetrap.*
                  - *polipyr.*
        - *compoſit. ex*
          - *regul. tantum*
          - *reg. & irregularib. ſimul.*
          - *irregularib. tantum.*
      - *irregul.*
        - *monop.*
        - *dipetal.*
        - *tripetal.*
        - *tetrapet.*
        - *pentapet.*
        - *hexapet.*
        - *polypet.*
          - *Sem.*
            - *nud.*
              - *unic.*
              - *gemell.*
              - *tern.*
              - *quatern.*
              - *plurim.*
            - *tect.*
              - *capſ.*
                - *ſimpl.*
                - *bipart.*
                - *tripart.*
                - *quadripart.*
                - *quinquepart.*
                - *multipl.*
              - *bacca*
                - *monopyr.*
                - *dipyr.*
                - *tripyr.*
                - *tetrapyr.*
                - *pentapyr.*
                - *polypyr.*
    - *imperfecto*
      - *julifer.*
      - *ament.*
      - *conglomer.*
        - *Sem.*
          - *papoſ.*
          - *Strobilo tect.*
          - *bacca incluſ.*
          - *membranaceis.*
      - *Stamineo, ut gramina, typeri, cyperoides, ſcirpi, ſpargan.*
  - Caret
    - *muſcus*
    - *lycopodium*
    - *fungus*
    - *fungoides*
    - *lycoperdon*
    - *coralloides*
    - *fungus*
    - *alga &c.*

# CLASSIS I.

## DE
## PLANTIS FLORE REGVLARI MONOPETALO GAVDENTIBVS.

Provinzial-Bibliothek zu KÖLN.

### *I. Semine nudo vnico.*

Primo plantas flore regulari monopetalo ſemine nudo unico donatas aggredimur, quarum his noſtris in oris nulla facile ſponte naſcens occurrit, in hortis vero frequens eſt.

MIRABILIS Rivini; jalappa Tournefort. *Solanum Mexicanum flore magno* C B. P. p. 168. *Wunderblume.* Flores ipſius campaniformes, et ſpecioſi, purpurei, ſeu kermeſini coloris, lateritii, flavi aut pallentes, obſolete rubentes, exalbidi, binis coloribus ex purpureo et luteo mixtis; ſic ex rubro, luteo, albo, in uno flore magno varietas: nonnunquam albo et purpureo ſimul dimidiatim in eodem flore tingitur: ſive inæqualibus vel latis, vel minutis maculis purpureis, tam punctatim, quam virgatim album colorem intercurrentibus, quandoque radiis flavis per longitudinem flores diſtinguentibus, ut recte annotavit C. B. in Pinace. Vid. etiam Car. Cluſ. Pan. et Tournefortius in Inſtitut. qui duplicem calicem huic

plantæ generi attribuit, ſed male: embryo enim eſt, quod pro altero calice accepit Clariſſimus auctor, qui non abit in aliud, quam quod ante fuit, uti recte loquitur I. Raius. Quomodo enim calicis nomen competere poteſt embryoni, cui flos inſidet, adeoque male iridis, gladioli, leucoii, etc. embryonem pro calice venditat Tournef. ſiquidem hi flores evidenter ſunt nudi. Recte vero pro jalappa habuit hanc plantam Tournefort; uti non ſolum avtoptes Lignonius, ſed et figura et virtus radicis nobis perſuadent. Quicquid alii dicunt, qui jalappam pro ſpecie convolvuli in re herbaria incogniti divenditant. a) vid. Sam. Dale et Carolus Plumerius, nec non Nic. Pechlini Obſervationes. Radix in terra relicta per brumæ rigores corrumpitur; ſi vero eximatur et altero vere eidem reſtituatur, revireſcit compendioſius tamen propagatur per ſemina, quae copioſe ſuppeditat et citius floret, vti omnia ex ſemine ſata ſolent, quod iam C. CLVSIVS adnotavit. Notabilis præterea eſt ſalis ad ramorum nodos propullulatio ſacchari ſimilis, quae non raro obſervatur, ut et ramulorum decidentia ſucceſſiva; In hortis, ceu dictum frequens floret Iunio, et inde in brumam usque; natale vero ſolum eſt Mexicana, Americae regio.

DENTELLARIA Rondeletii T. et Rivini. *Lepidium Dentellaria dictum* C. B. P. p. 97. Floret in hortis. Locos natales vide apud HONORIVM BELLVM et FABIVM COLVMNAM. Dentellaria differt a Mirabili quod ea florem ſemini inſidentem, Dentellaria vero fructum in fundo floris habeat.

LINOSYRIS Rivini. *Linaria montana floſculis albicantibus.* C. B. Pin. p. 213. *Anonymos alia Cluſii* pannon. et hiſtor. Paſſim in ſylvis floret aeſtate [in *Welmeſe* etc.] Quare Tournefortius eam cum Alchimilla conjunxerit, non video.

KNAVVEL

a) Sed omnino convolvuli ſpeciem eſſe, cuius radix Ialappæ nomine venditur, contra PLVMERIVM ex HOVSTOVNI obſervatione defendit IVSSIEV ad GEOFROI *de mat. med. II.* p. 83.

KNAVVEL Rivini et Tragi. *Polygonum anguſtiſſimo et acuto vel gramineo folio minus repens* C. B Pin. p. 281. In agris *hinder Lobeda nach der neuen Schenke und Laasdorf zu.* Aeſtate floret. Neque hanc plantam bene ad Alchimillas retulit Tournefortius.

KNAVVEL ſemper virens floſculis albicantibus, cuius deſcriptio eſt in Ioh. Raii hiſtoria plant. et in Rob. Moriſoni hiſtoria oxonienſi. *Polygonum cocciferum* C B. Pin. p. 28. et Camerarii. Germanis *Iohannisblut* quia circa feſtum Ioh. Baptiſtae huius radicibus coccum [ inſecti cuiusdam inſtar Gallæ quercus, et Cochenillæ in opuntia altiſſima productæ ] adnaſcitur elegantiſſimum. Circa Wittebergam, ubi in arenoſis agris admodum frequens eſt, et coccus ſtudioſe colligitur [ Magna copia in iisdem agris ſabuloſis circa *Neueſchenke* legi].

SANGVISORBA pratenſis. *Pimpinella ſanguiſorba maior* C. B. Pin. p. 160. In pratis v. g. *nach Kuniz hin.* Floret æſtate [ in Haſſiæ pratis infra *Marburg*].

SANGVISORBA montana. *Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta* C. B. Pin. p. 160. In montoſis aſperis et apricis frequens, floret æſtate. Ab hac non niſi cultu differt *Pimpinella ſanguiſorba minor levis* C. B.

## *II. Seminibus nudis gemellis.*

GALLIVM Luteum C. B. in pratis præcipue ſubudis, v. g. *in der Ziske bey Coſpida, nach Winzerla und Ziegenhayn hin*; variat quandoque latioribus foliis, præcipue in pratis uliginoſis *nach Sulze zu*, quod Gallium luteum paluſtre dici poſſet, cuius flores longe pallidiores ſunt, quam vulgaris anguſtifolii flores. Hæc planta eſt verum Gallium veterum, v. g. Dioſcoridis. Eſt planta hypnotica, et quodammodo ſoporifera. vid. Borrichius, qui inde deſtillavit aquam acidam, lac coagulantem, unde nomen huius plantae ἀπὸ τοῦ γαλακτος h. e. lacte, quod coagulat, derivatum. Floret æſtate locis prædictis. Germ. *Meyerkraut*, *Labkraut*, *unſer Frauen Bettſtroh*, *Waldſtroh.*

GALLIVM album latifolium ſylvaticum. *Mollugo montana, latifolia ramoſa,* C. B. P. p. 334. *Matriſylva ſecunda Tragi.* Nam hodiernum, peſſimo errore in officinis noſtris pro vera matriſylva ſ. hepatica ſtellata, quæ nobis aſperula ſylvatica audit, divenditur, quamvis virtutibus et odore analeptico, matriſylvae plane non accedat; in montibus ſylvoſis et convallibus frequens v. g. *im Rauenthale;* floret æſtate

GALLIVM album, latifolium pratenſe. *Mollugo montana, anguſtifolia l. gallium album, latifolium* C. B. P. p. 334. *Mollugo prima Dodonæi et Tabernæ Montani; Mollugo vulgarior herbariorum* Lobelii, in pratis et ad ſepes paſſim glabra et molli lanugine obſita variat, floretque Iunio et Iulio.

GALIVM altiſſimum foliis quaternis obtuſis HALLER Enum. p. 461. Priori ſimilius, ſed foliis omnino obtuſis, tantum quaternis et quinis, flore maiori, ſaepe rubello. Circa *Coſpida.* Inter Hagnbuchen et Rode et alibi in aquoſis.

GALLIVM album, ſupinum, multicaule ſupinum anguſtifolium polyſpermum Poſth. in apricis, aſperis, declivibus montibus fonti Principis vulgo dicto oppoſitis *gegen den Fürſtenbrunnen über, in denen Hecken und Püſchen des abgehauenen Waldes, wie auch auf den Forſt nach Cluſewitz zu, auch Klein-Drieſenitz auf der Pfingſtwieſe,* frequens eſt radice fibroſa, perenni cauliculis per terram in orbem ſparſis circumquaque, in quo folia ſtellatim diſpoſita anguſta, perque caulis non recte per medium tranſit, ſed in alterum latus tanquam ſupinus declinat, in ſummitate cauliculorum panicula florum alborum, paruorum, quibus ſuccedunt ſemina nuda, gemella, rotunda, laevia, parva per maturitatem nigricantia; loco prædicto floret Iunio et Iulio; Haec planta, quod noverim, nondum eſt exacte deſcripta: Meminit tamen eiusdem Ioh. Raius in hiſt. Plantarum univerſali, an autem ſit eadem planta, valde hæſito. (Eit. Gallium foliis, ſenis et novenis ſubaſperis Spinula terminatis HALLER Enum. plant. Helv. p. 160. dutum notum).

GAL-

GALLIVM montanum altiſſimum, foliis anguſtis, albicantibus. *Rubia montana, anguſtifolia* quæ prima in Prodromo, C. B. *Rubia ſylvatica longioribus et anguſtioribus foliis* Geſneri in Libro Hortorum Germaniæ vid. Deſcriptio in C. B. Prodromo p 145. Haec planta florem habet a reliquis Galliis quadantenus diverſum: ſi quid ſit minus planus ipſius flos, quamvis ſemina ſic ſatis conveniant cum ſeminibus Gallii. In aſperis et apricis, v. g *auf dem Fuchsberge und auf dem Forſt. Sulzae,* in *M. Welmeſe* etc. Nova planta, aut certe minus cognita, priori ſatis ſimilis ſpinula foliorum: ſed durior, erectior, longioribus foliis, ſubtus albis, ſurſumque rigentibus. *Add. ad.* HALLERI *enum.* p. 782. Floret Maio et Iunio.

CRVCIATA hirſuta C. B. *cruciata herniaria* Thalio, quia in hernioſis rupturis ſolidandis admodum praeſtans habetur; in dumetis et ad ſepes *forne im Cluſewitzer Holtze,* it. *am Cullmsdorfiſchen Wege* floret Maio. Vbique ad vias ſcrobesque Germ. *gülden Waldmeiſter, gelb Creuzkraut, gülden Waldmeiſter, rauch Meyerkraut.*

APARINE vulgaris C. B. P. p. 334. *Aparine Dioſcoridis et Matthioli. Aparine Aſpera* Thalii; Ad ſepes paſſim floret Maio et Iunio. Tota planta eſt aſpera et veſtium tenax, unde quibusdam cum Plinio Philanthropus dicitur. Communiter, ceu dictum, aſpera habet ſemina et lappacea, occurrit tamen mihi aliquando in agris prope Erffurtum ſeminibus plane glabris. a) In agris vero noſtris montoſis et aſperis, vbique occurrit ſeminibus minus aſperis, b) maioribus et teſticulatis, ſupina et per terram ſtrata, cuius mentionem fecit I. Raius in Hiſtor. Plant. *Klebkraut, Zaunreiß, Klebrich.*

APARINE ſemine coriandri ſaccharati. Park. Theatr. Botan. Lond. In hortis floret cum vulgari.



a) Hanc varietatem. omnino levem, miſit ex valle ſua GAGNEBIN.

b) Eſt Aparine ſemine leviori RAI hiſt. p. 484. *Aparine ſemine levi* VAILL. p. 14. T. 4. f. 3. vulgaris Goettingae in montoſis agris.

ASPERVLA ſylvatica. *Aſperula ſ. rubeola montana, odora* C. B. p. 334. *Matriſylva et hepatica officinarum* vid. Dale Pharm. p. 201. No. V. Germ. *Waldmeiſter, Stern-Leberkraut.* In Thuringia rarior fere eſt, v g. *bey Tautenburg nach Ruckwe zu*, et copioſæ in *Holzſchlägen bey der frölichen Wiederkunft*, v. g. *im Rattenberg* et *Blankenholz* [Goettingæ vulgatiſſima] *und Stadtgen Rotha*, ſemina lappacea. Flos tubuloſus in ſylvis Haſſiæ autem frequentiſſima, et vulgo cereviſiæ Maiali iniicitur; floret Maio; huius loco, ceu dictum, Officinæ male ſubſtituunt Mollugineni montanam, latifoliam, ramoſam, quam ſuperius ad Gallium retulimus. *Waldmeiſter.*

ASPERVLA laevior acuto quaterno folio. *Rubia pratenſis laevis, acuto folio*, quæ ſecunda in Prodr. p. 145. C. B. P. p. 333. *Rubia erecta, quadrifolia* I. B. apud Chabræum in Sciagraph. ſtirpium pag. 546. paſſim in montoſis et apricis, v. g. *auf der Welmeſe und auf den Forſt*, tum circa *Wittenbergam* et *Lipſiam* vnde habuit C. B. [Vbique fere Jenae in ſylvis. In M. Stolbergicis] floret Iunio et Iulio, flores habet tubuloſos et ſemina ſub aſpera rotundaque, quapropter ad Aſperulas referre, nullus dubitavi.

ASPERVLA quadrifolia, paluſtris. *Gallium paluſtre, album* C. B. p. 335. in foſſis & ſcrobibus pratisque uliginoſis frequens v. gr. *in des kleinen Paradieſes Graben, ſo an den Gärten hergehet*, floret Iunio; Et hæc planta Aſperulæ genuina eſt ſpecies, teſte flore et fructu, non Gallii multo minus Cruciatæ, vti Tournefortius voluit. a)

ASPERVLA alpina, quadrifolia. *Rubia quadrifolia, ſemine duplici, hiſpide.* I. B. apud Chabræum p. 147. *Rubia quadrifolia, rotunda, lævis* C. B. Prodr. p. 545. In montibus *hinter Wage und Kleine, nach Schleſreiſſen zu,*

a) Semina non invenio aſpera eſſe, neque in meis neque DILLENII ſpeciminibus. Ad Gallium ſupinum p. 3. proxime accedit et ab eo ſola fere paucitate et obtuſiore figura foliorum differt. Perinde purpureo colore ludit. *Enum. Helv.* p. 460. et rubellam varietatem deſcribit VAILLANTIVS.

*zu*, aliquando etiam obſervavi prope fortalitium Saxonum *Königſtein* vulgo dictum, frequentiſſimam. Floret Iunio & Iulio.

ASPERVLA coerulea, arvenſis C. B. Pin. p. 334. *Rubia coerulea, erectior, elatiorve* I. B. apud Chabræum p. 547. In agris montoſis, aſperis *bey dem Rauenthale und über Ziegenhayn*, & alibi floret Iunio & Iulio. Flores habet tubuloſos, coeruleos, circa imum hirſutos, uti recte annotavit I. Bauhinus. a)

ASPERVLA hexaphyllos, purpurea C. B. P. p. 334. *Rubiæ parvæ, flore coeruleo, ſe ſpargentis alia icon.* I. B. apud Chabræum p. 547. prior enim ad Spergulam pertinet. In agris paſſim floret Iunio & Iulio. Hujus plantæ ſemen aliquantulum recedit a reliquarum Aſperularum ſeminibus; Nam, uti recte annotavit I. B. vaſcula fert exigua, gemina, cohærentia, nonnihil oblonga & in ſummo digitata, in quibus ſemen fulvum, altera parte gibbum, altera planum; ſi itaque quispiam ad ſequens Rubeolæ genus referre maluerit, non repugnabo. Ab hac non differt *Rubeola arvenſis, coerulea, repens* C. B. in Prodromo p. 145. qui itaque hanc plantam bis poſuit.

RVBEOLA Tournefortii. *Rubia cynanchica* I. B. apud Chabr. p. 548. I. Raius in Methodo plantar. emendata & aucta p. 55. C. B. Pin. p. 333. et *Gallium album, minus* eiusdem I. B. & Tabernæmontani, uti figuras conferenti patebit, adeoque & hanc plantam C. B. bis propoſuit; In aſperis, apricis, montoſis paſſim floret Iunio Iulio & Auguſto v. g. *auf dem Fuchsberge*, [ad vias ubique v. g. verſus *Ketſchau*] vbi floribus albis & purpuraſcentibus, nec non ex albo & purpureo eleganter mixtis variat. Semina habet oblonga, glabra, reniformia. Rubeola differt ab Aſperula ſeminibus levibus & incurvis, quæ Aſperulis (ſi arvenſem excipias) rotunda ſunt & lappacea. Huius generis plantas Raius ſtellatas appellat, propter folia communiter ſtellatim diſpoſita; præſtat vero a flore & fructu



a) Non flores, ſed folia inter flores in hac & Rubia Taurinenſi levi hirſuta ſunt.

notas characteriſticas deſumere, quam ad folia reſpicere. Dantur enim adhuc aliæ plantæ ſtellatim diſpoſita habentes folia, quæ tamen ab his, flore & fructu ſatis longe recedunt. Rubia huc non pertinet, cum baccam gerat. a)

[RVBEOLA quadrifolia, caule ramoſo flaccido, floribus trifidis. *Gallium album tripetalon* MORIS. *Prælud.* p. 267. In M. *Altenſtolberg* & ex Siberia miſit GMELINVS. Caulis tripedalis, quadrangulus, ramoſus, brachiatus, debilis. Folia fere quaterna, ſaepe reflexa, linearia, ſine lanceolato, absque ſpina, ſub floribus ovato lanceolata, fere Serpylli. Semina levia, flos longus, rubeolæ, albus.]

## III. *Seminibus nudis quaternis.*

Cum plantæ flore regulari monopetalo & ſeminibus nudis ternis hactenus nondum innotuerint, vel ſaltim apud nos non proveniant, transeo ad gymnotetraſpermas, quas Raius pariter a foliorum ſcabritie Aſperifolias appellavit.

CONSOLIDA Rivini. *Symphytum* Tournefortii. συμφυτὸν μέγα Dioſcoridis. *Conſolida maior*, ſive *Symphytum maius* offic. *Schwartzwurz und Wallwurz* Germ. noſtra flore eſt albido; in pratis & ad ſcrobes, v. g. *im Paradiſe*, ſed circa Lipſiam & Wittebergam in pratis frequens pariter eſt purpureo, & purpureo-coeruleo flore, unde & horto noſtro medico illata eſt, & floret cum vulgari plerumque Maio & Iunio. Reliquæ Conſolidæ officinarum v.g. media, minor, minima, regalis, ſaracenica, &c. alibi loco convenienti recenſebuntur. Hæc radix deprehenditur tuberoſa, cuius nitida figura vid. in Car. Cluſ. Hiſt. plant. rariorum. vid. etiam Tournef. qui recte annumeravit Anchuſas huic plantae. Germ. etiam audit *Beinwelle*.

CERINTHE quorundam maior, verſicolore flore I. B. 3. p. 602. *Cerinthe* ſ. *Cynogloſſum montanum maius* C. B. Pin. p. 258. in hortis floret æſtate, e. g. Ser. Princip. & Medico.

CERIN-

a) In methodo naturali quam maxime huius loci eſt, neque magis a Gallio removeri debet, quam Perſica ab Amygdalo.

CERINTHE quorundam maior, ſpinoſo folio, flavo flore I. B. 3. p. 602. *Cerinthe flavo flore, aſperior* C. B. Pin. p. 258. cum præcedente. (Varietas prioris).

CERINTHE flore ex rubro purpuraſcente C. B. *Cerinthe* 3. Cluſii Hiſp. hiſt. plant. cum præcedente. (Pariter)

CERINTHE minor C. B. P. p. 258. *Cerinthe ſecunda* Cluſii Hiſpan. hiſt. *minor, ſeu quarta* eidem in Hiſtor. Plantar. rarior; ad ſepes *zwiſchen Kunitz und Colmsdorf, auch weiter an allen Hecken.* [Maxima copia ſecundum pedem M. *Kuniz-Berg* in parte reſpiciente ad ſeptentrionem]. Floret Iulio. a)

PVLMONARIA folio non maculoſo, ſive 2da Cluſii Hiſt. Plant. Floribus eſt communiter coeruleo-rubentibus, rarius albis; cuius folia maculis autem notantur, uti in hortis paſſim occurrit, *Pulmonaria maculoſa officinarum* audit. Hæcque planta differt a vulgari ſylvatica, non ſolum foliorum maculis frequentioribus, ſed et foliorum maculatorum ſpecioſa latitudine; errant itaque, qui ſtatuunt has differentias eſſe minime ſpecificas. C. Bauhino vero *ſymphytum maculoſum,* ſive *pulmonaria latifolia* in Pin. p. 259. dicitur, In nemoribus frequens v. g. *im Rauenthale* florent Martio et Aprili. *Lungenkraut, fleckigt Lungenkraut, Hirſchmangolt, blaue Schlüſſelblumen.* b)

PVLMONARIA flore albo, *im rauhen Thale, und bey Brieſſenitz* cum vulgari, ſed raro occurrit.

PVLMONARIA montana anguſtifolia, folio breviori. *Symphytum maculoſum, ſive Pulmonaria anguſtifolia, coerulea* C. B. P. p. 260. In ſylvis montoſis v. g. *aufm Forſt.* Floret Aprili et Maio M.

PVLMONARIA montana anguſtifolia folio longiore. *Pulmonaria anguſtifolia rubente coeruleo flore* C. B. Pin. p. 260.



a) Planta a priori vere diverſa eſt, flore ad tertiam partem ſecto, ſegmentis anguſtis, triangulis, minime revolutis. Totus flos achroleucos eſt.

b) Maculoſam a non maculoſa, aut ſpontaneam ab hortenſi differre non video.

p. 260. In nemoribus v. g. *in Hakenhölzlein bey Freyberg, und in der Heyde bey Halle.* a)

MYOSOTIS paluſtris maior perennis. *Echium ſcorpioides paluſtre* C. B. p. 254. ubi recte peculiari capite de hac planta agit ſub nomine auriculæ muris, male vero Tournefortius Lithoſpermis admiſcuit, cum non ſolum florum diſpoſitione in ſummis ramulis inſtar heliotropii reflexis, ſed et perianthii et ſeminum conformatione ab iisdem recedat, quae miliacea ſunt, ſpadicea, exigua, et perianthio ventricoſo continentur. Lithoſpermi vero maiora, unionum ſimilia ſunt, cum minimo perianthio. In locis uliginoſis et ad ſcrobes et ad foſſas paſſim floret Maio et Iunio. Germ. *Vergiß mein nicht.*

MYOSOTIS paluſtris, maior, fl. albo. *Lithoſpermum paluſtre, minus, fl. albo* Tourn. *Echium ſcorpioides paluſtre, flore niveo* C. B. Pin. p. 254. cum præcedente, v. g. *auf der Walthersrwieſe.* (Varietas.)

MYOSOTIS ſylvatica, præcox, latifolia, hiſpida. In ſylva prope *Cluſewitz* floret Aprili et Maio; Huius mentio fit in Flora Pruſſica quaſi modo genita, quam Breynius iunior edidit. Hanc forſan intellexit C. B. in Pinace, dum dicit echium ſcorpioides arvenſe variare magnitudine, et aliquando vulgato quadruplo maius eſſe, et hiſpidius. (Alia varietas, paluſtris myoſitidis hirſuta, quod in ſiccis proveniat).

MYOSOTIS minor, arvenſis. *Echium ſcorpioides arvenſe* C. B. P. p. 254. in agris et vineis paſſim floret Aprili & Maio, et toto fere anno. Huius floris umbilicus eſt luteus, et aliquando in agris aridis et lapidoſis occurrit flore fere toto luteo, a) v. g. *bey der neuen Schencke hinter Lobeda*, verſus *Rode*, quod Echium ſcorpioides minus floſculis luteis C. B. in prodromo appellat, p. 119. [Differt a palluſtri vita annua, flore minore.]

LITHO-

a) Haec foliis ſuis lingulatis, minime ventricoſis, facile a prima ſeparatur. A proxime vero priori neutiquam.

LITHOSPERMVM minus, repens, latifolium, C. B. P. p. 258. *Lithoſpermum virgatum* Thalii. *Lithoſpermum repens, maius* Cluſii Pannon. et Hiſtor. vbi nitida huius extat figura; In montibus frequens v. g. *auf dem Kunizer-Berge, und im Coſpidaiſchen Holze*, et in M. *Altenſtolberg* floret Maio; ſemina maturat Auguſto, quae tota hyeme virgis ipſius exaridis in vepribus adhærent ordinatio quaterna, ſaepe tamen vnum alterumve deficit. Huius plantae ſummi caules ad terram ſe reclinantes, radices agunt, inſtar flagellorum piloſellæ; quod eſt inter plantas rarius contingens, niſi forſan Gramen in horto Malabarico recenſitum ſimul excipias; immerito vero aliqui cum C. B. ad echium vel anchuſas referri poſſe iudicant, cum Lithoſpermi genuina ſit ſpecies, vti vel ſola ſemina lapidea, ſplendentia, figuræ ovalis, et flos in quinque ſegmenta ſubrotunda expanſus nos docere poteſt. *Steinſaame, Steinhirſe.*

LITHOSPERMVM maius, erectum C. B. P. in horto Medico, et Sereniſſ. Principis floret Maio et Iunio; huius flores ſunt albicantes, præcedentis vero purpureo-coerulei. Officinæ huius ſemen milium ſolis appellant, cum potius milium ſoler dicere debuiſſent, a loco in quo Arabes legebant lithoſpermum, nempe montibus Soler, vti teſtatur Georgius a Turre p. 466. et ex eo P. Ammannus in Charact. Plantar p. 476. Spontaneum deprehendi *bey Kloſter-Lütſchen*, in Saxonia inferiori. Vide C. B. in Catalogo Plant. circa Baſilæam provenientium. (In Helvetia nempe ubique fere vulgaris eſt).

ASPERVGO Tournefortii. *Bugloſſum ſylveſtre, caulibus procumbentibus* C. B. P. p. 257. *Cynogloſſa forte topiaria* Plinio, *Echium lappulatum quibusdam* I. B. apud Chabræum p. 520. vid. et F. Columna in Ecphraſi plant. rarior. vbi καρποχηνοπόδα cognominat, nempe a figura perianthii; habet enim perianthium compreſſum, a) triquetrum, dentatum, bivalve, ad foliorum ternorum vel quaternorum ſimul naſcentium alas, in quo ſemina quater-

na,

a) quindecim denticulis alterne maioribus et minoribus.

na, parva, compreſſa, fuſca, ſeſamoidea. Nonniſi floris colore ab hoc differre videtur minor et tenerior huius ſpecies, quam Menzelius in Pugillo Tab. VII. exhibuit; et Bugloſſum caulibus procumbentibus, tenerius, floribus albis, vocavit. Ad murum portæ quam vocant S. Iohannis, et ad ſæpes *bey Zwezen und Alten-Berge* Maio et Iunio floret.

BVGLOSSVM anguſtifolium, maius C. B. P. p. 256. *Bugloſſum officinarum noſtrarum;* floris color coeruleus, albus, rubeus, interdum variegatus: folia modo latioria, modo anguſtiora ſunt, uti bene obſervavit C. B. P. in pratis paſſim, v. g. *auf der Inſul, auf den Wieſen nach Lobſtädt zu, (zwiſchen Wenigen-Jena und Kuniz* maxima copia) floret Maio et Iunio. Germ. *Ochſenzunge.*

BVGLOSSVM latifolium, ſemper virens C. B. *Bugloſſum fol. Borraginis Hiſpanicum* I. B. in hortis floret cum præcedente.

CYNOGLOSSVM maius, vulgare C. B. P. p. 257. *Cynogloſſum et Cynogloſſa officinarum;* Germanis *Hundeszunge.* Hoc primo anno ſine caule reperitur, quod tamen a caulifero non diverſum; hinc duæ figurae apud Matthiolum, Lobelium, Dodonaeum, qui ad mentem Dioſcoridis, qui cynogloſſae florem negaverat, hanc plantam effinxerunt. Rarius flore occurrit albo, rariſſime flore ex albo et puniceo variegato. Ad vias et ſepes paſſim floret Maio et Iunio. *Hundszunge.*

[CYNOGLOSSA folio virenti I. B. III. p. 600. Cynogloſſum ſylvaticum Hercynicum THAL. p. 31. In montoſis Germaniæ paſſim v. g. in M. *Hertzberg* ſuper *Ilefeldam*, vbi diu plantarum cauſa moratus eſt RVPPIVS. A priore differt habitu duriore, viridibus foliis, breviter hirſutis neque mollibus.]

LAPPVLA Rivini, *Lappula ruſticorum:* Lugdunenſ. *Cynogloſſum minus* C. B. P. & I. B. Cuius figura & deſcriptio non concordant. Plantae huius ſemina a ſeminibus veri Cynogloſſi plane differunt, vti conferenti patebit, cum acuminata ſint (et conica) nec concordant cum ſeminibus Bugloſſi, unde male a Tournefor-

tio ad Bugloſſum refertur; Satius itaque eſt peculiare plantæ genus ex hac conſtituere, quam alienis generibus admiſcere. Ad ſepes et in muris paſſim floret Iunio et Iulio.

LAPPVLA fl. albo cum præcedente, ſed rarius. Nam ſolis aëſtibus exagitata, tantummodo vel quaſi flore albo occurrit, ſed vix ac ne vix quidem differt a vulgatiſſima. [Varietas.]

OMPHALODES Tournefortii: *Linum umbilicatum* I. Raii in methodo plant. emendata et aucta, ut et Parkinſoni. Hoc quidam ad bugloſſum, alii ad Cynogloſſum retulerunt, ſed neutri accenſeri poteſt ab iſta enim differt ſeminibus cavis, neque lappaceis; In horto Sereniſſ. Principis floret Maio & Iunio.

OMPHALODES pumila, verna, ſymphyti folio Tournefortii. *Symphytum minus, borraginis facie* C. B. P. p. 259. *Symphytum pumilum, repens, borraginis facie* Lobelii: In hortis variis frequens floret Martio et Aprili. Semina rare maturantur, ſunt tamen præcedentis ſeminibus ſimillima, ſed longe minora.

BORRAGO officin. *Bugloſſum latifolium, Borrago* C. B. P. p. 256. Bugloſſum forte Dioſcoridis; In hortis variorum frequens floret Iunio et Iulio, flore coeruleo et albo variat. Germ. *Borragen, Borretſch.*

## *IV. Seminibus nudis plurimis.*

MALVA ſylveſtris, folio rotundo C. B. P. pag. 314. *Malva ſylveſtris minor* Tabernæm. variat foliis retundioribus et latioribus; Ad ſepes et ad vias paſſim floret Iunio. *Pappeln, Pappelkraut, Roſspappeln.*

MALVA ſylveſtris folio ſinuato C. B. P. *Malva ſylveſtris maior* Tab. cum præcedente; aliquando flore albo variat. *Haſenpappeln.* Diſtinguitur flore maiore, magis purpureo, caulibus ſubrectioribus.

Huic multum ſimilis MALVA MAVRITIANA dicta foliis variis Bauhini, flore ruberrimo Hoffmanni in Flora Aldorffina, quae familiaris hortis noſtris eſt, et floret Iunio

nio Iulio et Auguſto, quin in brumam usque. Videtur vero Hoffmannus confuſus eſſe in nominibus harum duarum malvarum, ſiquidem malva illa Mauritiana flore ruberrimo non ſit malva folio vario C. B. ſed malva folio ficus eiusd. in Prodromo p. 137. vt deſcriptionem, figuram, et plantas ipſas conferenti patebit. Mauritianæ enim huic noſtræ malvæ folia revera ſunt nigricantia, aſpera et craſſa; præterea ad amuſſim quadrat, quod habeat ſcapum ſive caulem ſimplicem aliquot cubitorum. Quamvis vero florem et ſemen Bauhinus non viderit, ſatis tamen ex his dictis apparet, quod Mauritiana malva flore ruberrimo ſit malva folio ficus, non vero malva folio vario C. B. cui poſteriori folia nonnihil lanuginoſa et flores purpuraſcentes, ſtaminibus in umbilico pallidis, et ſemen in capitulis foliaceis ſemicirculare, caulemque cubitalem in plures ramos brachiatum tribuit Bauhinus l. c. quæ omnia ad amuſſim quadrant malvæ in hortis noſtris pariter quandoque obviæ, quam I. B. malvam ſtellatam appellavit, et quae ſemina ſub umbone quodam foliaceo quaſi recondita gerit, quamque forſan Hoffmannus loc. cit. intellexit ſub nomine malvæ mauritianæ, foliis variis flore incarnato pallido; tales enim ſunt revera huius elegantioris malvæ flores, quae æſtate floret cum præcedentibus. Eadem fruteſcit in horto Altenbergenſi. a)

MALVA criſpa ſive lacinioſa, flore dilute purpureo I. B. apud Chabræum p. 399. Malva criſpa ſive meſenterica vulgo, quia fimbriatum meſenterii ambitum folia criſpa pulchre referunt. In hortis floret Iunio et Iulio; quandoque et inter hortorum reiectamenta vegetat; flores habet parvos et copioſos, veluti verticillatim diſpoſitos.

MALVA

a) Satis adparet MAVRITIVM HOFFMANNVM per Malvam ſuam Mauritianam, intelligere Lavateram altheæ facie, in hortis vulgarem, quæ eadem eſt Malva folio vario C. B. et ſtellata I. B. Malva vero ficus folio eſt ſpecies Malvæ roſeæ, toto genere a Lavateris diverſiſſima, quod vel ex colore ſulfureo et luteo RVBRIVS poterat ſenſiſſe, quo eam iu-

MALVA arborea, veneta dicta, parvo flore, C. B. P. p. 315. Flos eſt coeruleus, nec multo maior quam malvæ equinae flos, annotante C. B. ſemina nuda communiter quina poſt ſingulum florem gerit, Iunio et Iulio.

MALVA roſea folio ſubrotundo, C. B. P. p. 315. malva roſea offic. Germ. *Stockroſen*, *Mundroſen*; flores ſunt candidi, rubentes, modo ſaturatius, modo dilutius, alias purpuræ modo relucentes, ex rubro nigricantes, hinc tres figuræ in horto Eyſtettenſi, et in hortis aliis paſſim Iunio et Iulio floret.

MALVA roſea, folio ſubrotundo, flore pleno C. B. cum præcedente frequens occurrit. Flos pariter colore variat albo, incarnato, rubro, puniceo, nigricante, non ſecus ac ſimplicis; floret cum præcedente.

MALVA paluſtris, mollis et incana P. Herman. *Althæa Dioſcoridis et Plinii* C. B. P. p. 315. Althæa offic. in hortis colitur. Spontanea vero provenit *bey Halle und Wittenberg nach Roſsla hin*, et *bey Zapfendorf*, ad ſcrobes, fl. Iul. et Aug. *Wie auch an der ſalzigen See bey Gulsdorf und der Unſtruth bey Laucha*, it. *nach Erdeborn hin.* [Ad Rhenum paſſim ſecundum ſcrobes, v. g. inter *Worms* et *Guntersblum*.]

MALVA paluſtris, mollis et incana, laciniato folio. Althæa laciniato folio C. B. P. p. 316. et Cluſ. Pan. pag. 502. cum præcedente. *An der Unſtruth und Salzſee.* [Varietas]

MALVA montana mollis et incana, flore maiore. *Althæa flore maiore* C. B. P. p. 316. *Althæa pannonica* II. Cluſ. Pannon. *Althea Thuringica* Camer. Eyſtett. In montoſis ad ſepes *nach Sulze und Eckardsberge zu* floret Iulio et Auguſto. [Facile adgnoſcitur foliis rotundius, quam reliquæ alceæ, ſerratis, deinde calyce exteriori monophyllo, obſcure trifido, qualis in non alia indigena malva reperitur.]

MALVA fruteſcens, folio rotundiore, incano. *Althæa fruteſcens, folio rotundiore incano* C. B. P. *Althæa frutex* Cluſii Hiſp. in horto Medico floret Iulio.

MALVA

MALVA ſylveſtris, altiſſima, folio cannabino, flore amplo. *Alcea vulgaris maior* C. B. P. p. 316. *Alcea officinarum Siegmarswurz, oder Fellriß* Germanis, quod pannos oculorum diſcutiat; Ad ſepes praecipue in aſperis v. g. *zwiſchen Coſpida und Cluſewitz* in agrorum et vinearum marginibus, *auch bey Wage,* floret Iulio et Auguſto. Eamdem flore albo cum præcedente inveni, ſed rarius. In horto Medico.

ALCEA folio rotundo, laciniato, C. B. Pin. *Malva montana ſ. alcea rotundifolia laciniata* Columni Part. 1. p. 148. In ruderatis *bey Gieſſen, hinter dem Dieſsberg, um die alten Eiſenhämmer etc.* floret cum præcedente. a)

## *V. Seminibus tectis capſula.*

Tranſimus nunc ad plantas flore regulari monopetalo, quae ſemina non nuda, ſed tecta gerunt. Teguntur vero vel capſula ſicca, vel cortice molli, qui, ſi minor, bacca, ſi vero maior, pomum commode dici poteſt. quamvis termini inter pomum et baccam non adeo ſint definiti. Prius igitur diſponendae ſunt illæ, quæ fructu gaudent ſicco, ſive capſula, et quidem

(1) SIMPLICI, ſive nullis loculamentis ſeptisve interius diſcreta.

HYDROPHYLLON MORINI RIVINI et T *Dentariae affinis floribus echii capſula anagallidis.* Lipſiæ in horto Boſiano æſtate floret.

ANDROSACE vulgaris, latifolia, annua Tournefort. *Androſacee altera* Camerar. Epit. Matth. p. 400. in hortis Curioſorum aliquando occurrit, floretque Iun. et Iul. *iſt häufig wild in* arvis *zwiſchen Maynz und Oppenheim.*

[ANDROSACE montana flore minori BUXBAUM a. Petrop. II. p. 369. T. 23. f. 2. *Alſine verna androſaces capitulis* C.B. Prodr. p. 118. In planitie Northuſana olim a FURER o lecta nuper ex Ruſſia, miſſa apud me floruit, vera Aretia

a) A priori diverſa eſt foliis, quorum ima rotunda, ſuperiora tenuiſſime laciniata ſunt, tum ſeminibus hirſutis. In Helveria vulgaris eſt.

Aretia, nempe corolla quinque glandularum in centro floris conſpicua, ſegmentis floris emarginatis, calyce umbellae brevi, multifolio, acuto, caule nudo, foliis ad terram in circulum diſpoſitis, longe acuminatis, margine dentes exſerente breves.]

PRIMVLA veris maior, floribus luteis, odoratis Dodon. *Primula veris flavo flore elatior* Cluſ. hiſt. *Verbaſculum pratenſe odoratum* C. B. P. p. 241. *Primula veris* Matthioli et officin. *Arthritica* Geſn. In pratis ſiccioribus frequens v. g. *wo man nach Löbſtädt gehet*, floret Martio et Aprili. Huius radicem aniſum ſpirare docet Nebelius in Diſſertat. de plantis vernis Marpurgi habita. Germ. *Schlüſſelblumen*, *Himmelſchlüſſel*.

PRIMVLA ſylvatica flore pallido & inodoro. Primula pratenſis *inodora*, *luteo-pallida Lobelii*; *Primula veris pallido flore elatior* Cluſ. Hiſtor. *Verbaſculum pratenſe, vel ſylvaticum*, *inodorum*, C. B. P. p. 241. In pratis & ſylvis v. g. *im rauhen Thal etc.* floret cum præcedente, a qua floribus pallidioribus & maioribus, nec non odore longe remiſſiore facile diſtinguitur.

PRIMVLA veris Conſtantinopolitana Cornuti ſ. Carchichec Turcarum, quæ flores ſolitarios, in ſinguli cauliculi ſummitate gerit carneo-purpureos, vel etiam albos, perianthio pariter colorato, amplo, et florem mentiente cinctos. I. B.

PRIMVLA veris conſtantinopolitana ſive Carchidec polyanthos RAI *hiſt. plant.* Cum præcedente. Flores habet in ſinguli cauliculi ſummitate plures. [Varietas]

PRIMVLA veris hortenſis, perianthio colorato æmulo. *Verbaſculum proliferum* C. B. P. 242. *Primula veris floris gemino altero alteri innato* Lobel. Lugd. *Primula veris prolifera* Tabernæm. Sed falluntur hi viri egregie, quia non eſt prolifera, ſed ſaltim perianthio colorato et inſtar floris expanſo cingitur floris ipſius tubus, alias flos eſſet nudus, quod primulae characteri repugnat, & præterea rugæ huius exterioris tubi perianthium eſſe ſatis indicant; In hortis frequens varie ludit, floretque Martio & Aprili. a)

AVRICVLA urſi flore luteo. *Sanicula alpina lutea*. C. B. P. *Auricula urſi prima, vel luteo flore* Cluſ. Pan non. p. 344. In hortis variorum floret Martio & Aprili, foliis & floribus mirum in modum variat, uti recte obſervavit C. B. Germ. *Bärenöhrlein. Bergſchlüſſelblumen.*

AVRICVLA urſi, flore purpureo Lobelii in Icon. *Sanicula Alpina purpurea* C. B. *Auricula urſi ſecunda* Cluſ. Pan. p. 346. flore eſt purpuraſcente, rubeſcente ſanguinis modo & atro colore, uti recte annotavit C. B. In hortis cum præcedente. Has duas auriculas recenſuiſſe ſufficiat, tanquam magis obvias; qui vero plures ſpecies inſigniter quotidie variantes noſſe deſiderat, hortos adeat, præcipue Celeberr. Deckeri in Batavia qui magnam huius floris non ſine voluptate colit varietatem.

NVMMVLARIA erecta Rivini Lyſimachia lutea maior, quæ Dioſcoridis; C. B. P. p. 245. *Lyſimachia Matthioli & officinarum*; foliis nunc ternis nunc quaternis nunc binis quandoque quinis reperitur, ex quibus Tournefort. diverſas ſpecies efficit. Ad fluviorum ripas ſtagna & ſcrobes *bey Wenigen-Jena, und wo man nach Cuniz gehet,* [*auch ſonſt an der Saale*] floret Iulio & Auguſto. Tournefortius hanc plantam Lyſimachiam vocat eique officinalem numulariam cum mutato nomine ſubiicit. Vtilius vero videtur, plantas equidem congeneres ſub id nomen locare, cum quo in officinis recepta eſt. Vti Altheam a ſimillima Malva Tournefortius in officinarum gratiam diſtinxit. Eadem obſervatio valet de Aniſo, Helenio, Hedera terreſtri & Pulegio, quas plantas T. ad Apium, Calamintham & Mentham retulit.

NVMVLARIA Pannonica, quadrifolia, foliis nigris punctis notatis. *Lyſimachia minor foliis nigris punctis notatis* C. B. Pin. p. 245. *Lyſimachia lutea in alis foliorum florens* CAES. In hortis æſtate. Folia fere quaterna.

NVMMVLARIA ſupina, ſive nummularia officin. *Nummularia major lutea* C. B P. p. 309. In pratis & ad ſcrobes paſſim ſerpit: Floret Junio & Julio. Germ. *Wieſengeld, Egelkraut, Pfennigkraut.* ANGA-

a) Varietas Primulæ foliis rugoſis hirſutis ſcapo unifloro HALLER *enum.* p. 482.

ANGALIS flore phœniceo C. B. P. p. 252. *Anagallis mas* Dioſcoridis & Matthioli. Variat floris colore, communiter eſt phœniceo, eſt & purpuraſcente, ſive obſolete purpureo, cui phœniceum quippiam permiſtum conſpicitur monente Cluſio in Hiſt. ubi ipſius figuram exhibet; Et hæc aliquando in agris. v. gr. *bey Wittenberg nach Teichel zu,* ſæpius vero in horto Medico occurrit; variat non ſecus ac ſequens foliis ternis. Germ. *Gauchheil, Grundheil, Heil aller Welt.*

ANAGALLIS cœruleo flore C. B. P. p. 252. *Anagallis* fœmina Dioſcoridis & Matthioli. *Anagallis cœrulea fœmina* Lob. & Cluſ. Hiſt. cum præcedente. In cultis paſſim cum præcedente floret Majo, Iunio & Iulio.

ANAGALLIS LVTEA nemorum C. B. P. p. 252. *Anagallis luteo flavoque flore* Cluſ. Pannon. p. 492. & Hiſtor. Tournefortius ad Lyſimachiam retulit, ſed immerito; nam & flos & fructus magis ad Anagallidem accedit, quam Lyſimachiam, *bey Scheiz im Walde, und in denen Holzſchlägen zwiſchen der frölichen Wiederkunft und Hummelshahn*, v. g. *im grünen Schlag und Hirſchſprung* [Paſſim in hercynicis ſylvis abunde] floret Iun.

ANAGALLIS ſpuria, ſive minima, arvenſis, tetrapetaloides. Anagalloides in Poſth. an *Alſine minima, fructu coriandri exiguo Menzelii* in Pugillo plantarum? Non videtur probabile collata deſcriptione noſtra cum icone Menzelii. Mihi genuina anagallidis videtur eſſe ſpecies a reliquis nullatenus differens, niſi quod habeat florem in quatuor ſaltem ſegmenta diſſectum, præterea parvitate totius plantulæ & foliis alternatim poſitis, nec non caule triangulari, qui in vulgari anagallide quadrangularis. Radicula fibroſa inutilis. Cauliculus erectus vix digiti longitudine, trigonus foliolis veſtitus, abſque pediculo adnatis, acuminatis, integris, neque ſerratis, alternis, exiguis. In floſculorum alis ſedent floſculi, monopetali, non decidui, quadripartiti poſt horum marceſcentiam fructus rotundi, ſimplices operculati. Copioſa provenit in agris arenoſis *zwiſchen der neuen Schenck und Zölniz;* qui vero hanc plantam propter rationes dictas a

reliquis Anagallidis ſpeciebus ſeparare voluerit, ei non repugnabo, floret, Iulio & Auguſto. [Centunculum DILLENIVS dixit *poſt catal. Gieſſ.* p. 111. & in E. N. C. *Cent. V. VI. app.* Anagallidaſtrum MICHELI *nov, gener. plant.* p. 14. T. 18. ob florem quadrifidum, & alterna folia. LINNAEVS nomen DILLENII genusque conſervat gener. plant. ed. II. n. 108.]

TRIENTALIS Cordi & Rivini. *Pyrola alſines flore, Europæa maior* C. B. Pr. p. 100. ubi elegans extat figura. Tournefortius hoc genus non habet, adeoque definitionem ſubjicere placuit: Trientalis eſt herba flore regulari monopetalo, plano ſive rotato, & multifido, ſpecioſo, fugaci; ſeminibus anguloſis ternis quaternisque calyptra membranacea obvolutis, & tectis capſula ſphærica, membranacea tribus carinis per maturitatem dehiſcente. *Hinter Schleffreiſen in Walde, und um die Teiche herum,* [et in uliginoſis ſylvis *um die fröliche Wiederkunfft.* Abunde in ſylvis hercynicis, locis umbroſis & torfaceis.] floret Julio & Auguſto.

CYCLAMEN orbiculato folio interne purpureo C. B. p. 308. in hortis floret vere & autumno.

GLAVCOIDES maritima, ſive potius Thuringica, latiore folio. *Glaux latiore folio, Thuringica* C. B. P. p. 215. *Bey der Saltzigten See, und an der Sultzke bey Kelme und Langenbogen* floret Junio. a)

MYRIOPHYLLVM Rivini. *Millefolium aquaticum, ſive viola aquatica caule nudo* C. B. P. p. 241. *Fœniculum aquaticum ſecundum* Tabernæmontani. *Bey Gera im Voigtlande, wo man nach Eiſenberg reiſet,* in pratis, & in ſcrobibus circa Lipſiam & Wittenbergam *auch in denen Sümpffen bey Cluſſewitz und Litzeroda,* cum Sparganio minore, ſed rarius floret Junio & Julio *Waſer-Fenchel.*

a) Ipſam Glaucem maritimam vult RVPPIVS, quæ circa fontes falſos paſſim provenit v. g. Sülbecæ in Cheruscis. Nihil enim differt a ſpeciminibus, quæ circa mare lecta penes me ſunt. Quare ego male hoc ſynonymon ad Peplin retuli In *enum. Stirp. Helv.*

*Fenchel.* Flos hypocrateriformis, ſpecioſus. Semina anguloſa. Capſula exacte ſphaerica.

GENTIANELLA alpina, verna, major C. B. *Gentiana alpina, flore magno, cæruleo violæ Marianæ* J. B. In horto Sereniſſ. Principis floret Aprili.

GENTIANELLA cœrulea, oris piloſis C. B. P. *Gentianella cœrulea, fimbriata, anguſtifolia, autumalis* Fab. Columm. *Gentianella lanugine ad ſingulas florum lacinias donata, flore quadripartito* J. B. apud Chabræum p. 504. In ſylvis & pratis editioribus v. g. *um Iena-Prieſenitz um die Pfingſtwieſe.* floret Septembri, vltima fere inter omnes plantas, cum colchico. Flos quadrifidus.

GENTIANELLA perennis, radice cruciatim pertuſa. *Gentiana minor*, ſeu *vulgi curciata* C. B. P. p. 188. radice pertuſa & non pertuſa variat. In apricis & aſperis v. g. *hinter Zigenhayn auf dem Fuchs-Berge unweit Coſpita* cum Odontite lutea. Flos quadrifidus. floret Jul. & Aug. Germ. *Klein-Entian, Sperenſtich, Himmelſtengel.*

GENTIANELLA autumnalis, annua, foliis centaurei. *Gentiana autumnalis, anguſtifolia, minor, floribus ad latera piloſis* C. B. P. p. 186. *Pneumonanthe* Cord. In ericetis & pratis ſiccioribus atque paſcuis frequens floret Septembri. a) *Aufm Forſte, im Holzſchlage gegen dem Fürſtenbrunnen über. Hinter Ziegenhayn.* Flos quinquefidus.

GENTIANA anguſtifolia, autumnalis, major C. B. Pin. p. 188. *gentianæ ſpecies, calathiana quibusdam, radice perpetua, ſive paluſtris* J. B. 3. p. 524. *Pneumonanthe* Tabern. icon. 787. in ericetis uliginoſis *bey Wittenberg* floret Septembri. b) Perennat.



a) Cum malis his nominibus intelligit Gentianam foliis amplexicaulibus, floris fauce barbata *Enum. Helv.* p. 473. quæ lenæ, et Gœttingæ paſſim autumnali tempore provenit. In alpibus vere floret.

b) Gentiana foliis longis anguſtis floribus in alis ſeſſilibus. *Enum.*

GENTIANA officinarum Germaniæ. *G. rubra officinarum Saxoniæ. G. maior lutea* C. B. Pin. p. 187. In hortis Lipſiæ: in alpibus vero ſpontanea. Gentiana differt a gentianella, flore plano & multifido, qui in Gentianellis campaniformis a) eſt, & ſemine paleaceo, quod iisdem rotundum eſt.

CENTAVREVM flore phœniceo. *Centaureum minus* C. B. P. p. 278. *Tauſend-Güldenkraut.*

CENTAVREVM flore albo, a præcedente parum differt niſi floris colore. [Varietas] Minime autem centaureum bicapſulare eſt, uti quidem hactenus opinati ſunt Botanici, ſed unicapſulare & bivalve; Nomen non a Centum aureis, ſed a Chirone Centauro. In ericetis & ſylvis variis v. g. *im rauhen Thale und im Wald über Jena-Prieſenitz, auch häuffig im Wäldern bey Naumburg und Camburg* floret Julio & Auguſto.

CENTAVREVM minus valerianæ facie. Centaureum *purpureum minimum* Moriſ. H. R. Bleſ. & Hiſtor. Oxon. P. 2. p. 566. In pratis juxta vias & ſemitas cum junco bufonio frequens v. g. *im groſſen Paradieſs, und zwiſchen Borſtendorf und Dornburg* floret cum præcedente, a quo differt, quod ſtatim a radice in ramos brachietur dichotomia alias Valerianellæ familiari, & quod caules habeat angulofos & quaſi alatos, nec non parvitate ſua, quamvis naſcatur in paluſtribus, cum alias Botanici tradant, centaureum in udis locis longe majus provenire. [Mera varietas Goettingæ frequens. *Enum. Helv.* p. 475.]

MENYANTHES Tournefort. & Rivini. *Trifolium fibrinum* Tabernæmont & officin. *Trifoliata paludoſa,* ſ. *acopa Dioſcoridis* Moriſ. *Trifolium paluſtre* C. B. P. p. 327. *Menyanthes paluſtre* Lugdun. duplici figura; variat enim ratione loci, majus datur & minus, rotundiore & acutiore folio, uti bene annotavit C. B. P. uti etiam videre licet in pratis

a) Hanc diſtinctionem ferri non poſſe, habitus, vis medicata, gradus intermedii, demonſtrant. Gentiana fl. punctatis & altera flore purpureo, habitu vulgari luteæ ſimillimæ &

pratis udis, *bey Ruttersdorf, und in der Ziske bey Coſpida* floret Majo, *Biberklee, Sumpfklee, Scharbocksklee, Dreyblat.*

NYMPHOIDES Tournef. Nymphæa lutea, minor, flore fimbriato C. B. P. in ſtagnantibus aquis floret Julio & Aug. *Bey Oehoy im Cleviſchen Lande, auch auf der Inſul im Rhein, wo die Schenckenſchanz drauf iſt, und anderswo in Teutſchland,* v. g. *bey Mannheim.* [Paſſim in Alſatia.]

PLANTAGINELLA. *Plantaginella paluſtris* I. R. Method. p. 112. & C. B. P. p. 190. *Plantago aquatica, minima* Cluſ. Hiſtor. plant. rarior. Huius figuram exhibet Menzelius in pugillo, cur vero Plantaginellæ ſimilem dixerit, cum plane eadem ſit, non video. Rajus & Volckamerus p. 22. florem ipſius dicunt pentapetalum, mihi vero autopſia perſuaſit, ipſum eſſe monopetalum regularem & quinquifidum; Provenit in locis, ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt inque orbitis humectis, v. g. *am Wege, wo man nach Lichtenhayn und Ammerbach gehet.* it. *zwiſchen Zwätzen und Borſtendorf am Wege,* & alibi, [*häufig im groſſen Paradieſe am Fahrwege, ſo bald man von der Schneidemühle über den erſten Steg gegangen iſt.* Cum autem hæc plantula nondum bene picta habeatur, iconem meliorem adjicere viſum eſt, qua character continetur. T. I. Calyx campaniformis, quinquedentatus A. Petalum unicum quinquefidum, ſegmentis acutis, triangulis, quorum unum minus eſt B. Stamina quatuor, quorum duo breviora & ſub apice incurva ſunt C. Tuba ſimplex, obliqua D. Ovarium ovale, calyce contentum E. bivalve, polyſpermon, ſeminibus in acervum congeſtis, concentricum ovario F. Ob irregularitatem floris alio pertinet, prope Lentibulariam in Ruppii ordine.] floretque Junio & Julio. vid. Plukenetii Phytograph. fig. 24.

ACACIA Indica, Farneſiana Aldini 2. (in honorem Cardinali Farneſii, cuius horticultor fuit Aldinus, plantasque rariores in ejusdem horto obſervatas, ſingulari libro complexus eſt.) *Acacia Indica foliis ſcorpioidis leguminoſæ, ſiliquis fuſcis, teretibus, reſinoſis* Hort. Lugdun. Bat. In hortis variis floret Majo. Germ. *Indian. Schlehdorn.*

AMARANTHOIDES Indicum, monoſpermum, foliis ocymaſtri, capitulis purpureis prodr. parad. bat. *amarantho affinis, Indiæ orientalis, floribus conglomeratis, ocymoidis folio* Breyn. cent. 1. in hortis floret æſtate & autumno.

## (2) CAPSVLA BIPARTITA.

SYRINGA flore cœruleo major. *Lilac* Matthioli & Tournefort. vulgo Germ. *Spaniſchen Holunder und Huck auf die Magd*; item *Sirenien*, corrupte a Syringa; item *Nägeleinbaum*. In hortis & ſepibus frequens floret Majo.

SYRINGA major, flore albo; cum præcedente. Sic in horto Medico in una eademque arbore flores cœrulei & albi deprehenduntur ex inſitione.

SYRINGA liguſtri folio, *Lilac liguſtri folio* Tournef. *Jaſminum Perſicum, foliis non laciniatis* Hort. Edinburg. In horto Medico & Sereniſſ. Principis floret Majo. Flores magis rubent & magis diſperſi ſunt in ramoſioribus paniculis. Hæc eſt illa planta, quam C. B. in Prodromo p. 158. *Liguſtrum myrtifolium* appellavit.

SYRINGA laciniato folio. *Lilac laciniato folio* Tournef. *Agem lilac Perſarum* Corn. 189. *Liguſtrum foliis laciniatis* C. B. Pr. p. 158. In hortis floret Majo & Junio. Hanc plantam C. B. l. c. deſcripſit ſub nomine Liguſtri foliis laciniatis. Sed differt Liguſtrum a Syringa, quod habeat baccas veluti bipartitas, Syringa vero capſulas habet lignoſas & bipartitas. Præterea a Jaſmino differt bacca communiter gemella, veluti teſticulata, aliquando vero ſaltim monopyrena.

NICOTIANA major, latifolia C. B. P. p. 169. *Nicotiana major ſive tabacum majus* J. B. 3. 629. *Hyoſciamus Peruvianus* Dodon. Pempt. 452. ſeritur in plurimis Germaniæ regionibus frequentiſſima. circa Jenam *bey der Raſenmühle* floret Julio & Auguſto. *Toback.*

PETVM Rivini. *Nicotiana minor* C. B. Pin. 170. *Priapeja quibusdam, Nicotiana minor* J. B. 3. 630. *Dubius hyoſcyamus luteolus, ſolanifolius* Lobel. icon 269. Hæc diſtinguitur a Nicotiana communi, floribus ſegmentis obtuſis, & capſula glande penis referente, unde Geſnero

Priapeja dicta fuit; in hortis hinc inde floret Aug. Germ. *Türckiſcher Toback.*

APOCYNVM erectum, incanum, latifolium, ægyptiacum, floribus croceis Parad. Batav. *Apocinum Ægyptiacum lacteſcens, ſiliqua aſclepiadis* C. B. Pin. 303. *Beidelſar* (rectius Beid-el-oſſar, quaſi ovum ex Oſſar, quia fructus ipſius lanugine fœtus, ovum refert) ſive *Apocinum Syriacum* J. B. 2. 136. *Beidelſar P.* Alpini Ægypt. 36. An ab hoc aliter quam floris colore differat ſequens planta, me ignorare fateor. De hac planta varia nugatus eſt Heicherus in ſuis proventibus plantar.

APOCYNVM erectum, latifolium, ſyriacum, incanum, floribus parvis, obſolete purpuraſcentibus Par. Bat. *Apocynum majus, ſyriacum, rectum,* Cornut. 90. *Apocynum ſyriacum* Cluſii in Hiſt. Plantar. rarior. pag. 87. *Beid-el-oſſar* Veslingii in P. Alpini 28. In horto Sereniſſ. Principis floret Julio.

APOCYNVM Æthiopicum fruteſcens, folio ſalicis, flore ochroleuco Volckammero pag. 39. dicitur Apocymum *Curaſſavicum fibroſa radice, floribus aurantiis, Chamenærii foliis anguſtioribus,* in hortis floret Majo & Junio.

VINCETOXICVM Dodon. Pempt. 407. & Hirundinaria officinarum. *Aſclepias albo flore* C. B. P. 303. *Aſclepias ſive vincetoxicum multis floribus albicantibus* J. B. 2. 138. In montoſis, aſperis & ad ſepes vinearum frequens, floret Junio & Julio. Germani *Schwalben-VVurtzel* appellant, & differt ab Apocyno, non tam ſiliqua ſolitaria, ſed potius floris ſtructura, non ſecus ac Aſclepias Rivini a) hac ratione a vulgari Vincetoxico diſtinguitur. [Siliqua naturaliter gemina, aliquando tamen altera abortiva deeſt.]

VINCETOXICVM flore nigricante; *Aſclepias nigro flore* C. B. *Aſclepias nigro flore quorundam* J. B. 2. 140.

 *Apo-*

a) In M. S. nam nihil de Aſclepiade edidit, quæ ſit regulari

*Apocinum* Columnæ in Phytobaſano III. Floret Jul. & Auguſto in horto Medico, Sponte autem provenit prope Lipſiam, in monte vulgo *der Sandberg* dicto, nec non circa Monſpelium & in aliis Galliæ, Italiæque locis.

VINCETOXICUM maritimum, ſalicis folio, flore albo Tournefort. *Tithymalus maritimus, ſive eſula rara e Lio Venetorum Inſula* Lobelii icon. 372. C. B. in Pin. p. 291. dicitur *Tithymalus maritimus floribus purpuraſcentibus*, ſiquidem flore albo & purpureo variat. In horto Medico floret Majo.

VINCETOXICUM fruticoſum, folio ſubrotundo populneo. *Apocynum folio ſubrotundo* C. B. *Apocynum folio rotundiore, flore ex albo palleſcente* J. B. 2. 134. *Apocynum I. latifolium* Cluſii in Hiſtor. p. 124. In horto Medico floret cum præcedente.

VINCETOXICUM volubile, foliis acutioribus. *Periploca monſpeliaca foliis acutioribus* Tournefort. *Scammoneæ monſpeliacæ affinis, foliis acutioribus* C. B. Pin. 294. *Apocinum latifolium amplexicaule* J. B. 2. 135. *Apocynum III. latifolium* Cluſii in Hiſtor. p. 125. In horto medico floret Junio. Hæ tres plantæ, nec cum Apocynis, nec cum Periploca quoad floris ſtructuram conveniunt, ſed potius cum Vincetoxico officinarum, adeoque merito ad illud reponuntur.

CRASSA Rivini. *Fritillaria craſſa capitis bonæ ſpei* Stapelii in Theophraſtum 335. *Apocynum humile, ſiliquis erectis, africanum* Hort. Lugdun. Batav. in hortis variis floret æſtate.

CRASSA minor. *Aſclepias africana aizoides, longioribus foliis, minus dentatis* Tournefort. *Apocynum humile aizoides, cauliculis longiſſimis, denticulis rarioribus donatum* Plukenet Almageſt. Botan. 37. cum præcedente.

PERIPLOCA Tournef. *Periploca ſcandens vulgo;* in hortis Curioſorum floret Julio.

NERION Indicum, anguſtifolium, floribus odoratis, ſimplicibus, Horr. Lugdun. Batav. In horto medico flor. Aug. & Sept. *Unholdenkraut, Lorbeerroſen.*

NERIVM floribus rubeſcentibus C. B. *Nerium ſ. rhododendron flore rubro* J. B. 241. *Oleander, laurus roſea* Lobelii icon. 364. In hortis floret cum præcedente.

NERIVM latifolium flore rubro pleno. *Nerium Indicum, latifolium, flore variegato, odorato, pleno Hort.* Amſtelod. *im Fürſtengarten,* floret cum vulgari.

NERION floribus albis C. B. Pin. cum præcedentibus.

VINCA Rivini. *Pervinca* Tournef. *Vinca pervinca* officinarum; *Clematis daphnoides major, flore cæruleo* J. B. 2. 132. Ad ſepes, variis in locis & in dumetis v. g. *auf dem Kunitzer Schloßberg, an denen Hecken um Cluſewitz,* floret Martio & Aprili. *Wintergrün, Todtenviolen.*

VINCA fl. albo. Cum præcedente, ſed rarius.

VINCA fl. purpureo, pleno, in hortis cum vulgari. [In Helvetia prope Bernam ſpontanea.]

VINCA foliis, variegatis; *Wintergrün mit verſilberten und vergüldeten Blättern,* in hortis variis occurrit, ſed rarius floret. [Etiam ſponte circa Gœttingam reperitur.]

CVSCVTA major C. B. Pin. 219. *Caſſutha ſive Cuſcuta* J. B. variis plantis adnaſcitur in variis locis, hinc magnitudine variat, & hinc varia ſortitur nomina, inter quæ maxime celebre nomen Epithymi, h. e. cuſcutæ thymo adnatæ; hic ſæpius adnaſcitur chamædryi, quæ forſan pariter non ſpernenda. In vineis & montibus v. g. *wo man nach dem Jägerhauſe gehet,* & ad ſepes paſſim. flor. Junio.

CVSCVTA minor. *Epithymum, ſive Cuſcuta minor* C. B. P. In locis gramineis v. g. *auf dem Fuchsberge* & alibi floret Jun. Germ. *Flachsſeide, Frauenhaar.* a)

## (3) CAPSVLA TRIPARTITA.

CONVOLVVLVS major, albus C. B. P. p. 294. Semen huius nigrum eſt, aliquando ruffeſcens annotante Bauhino; Huic perſimilis b) eſt convolvulus Syriacus, ex quo

a) Huic caules chordarum muſicarum ſimiles, exigui, rufi, duriores & firmiores, qui priori craſſi, fungoſi & albidi ſunt

b) Habitu, folio, nam flores perminuti, arvenſis ſimiliores, &

quo Scammoneum officinarum provenit, hinc Hoffmannus in Floræ Aldorffinæ deliciis ſylveſtribus, hunc noſtrum dumetorum album convolvulum, *ſcammoneum Germanicum* nominat: *groſſe Winde, Zaunglocke*, Gallis *Liſcron.* Frequens eſt ad ſepes & dumeta v. g. *auf der Inſul* & alibi floretque Junio & Julio.

CONVOLVVLVS minor. arvenſis, flore roſeo C. B. P. p. 294. *Helxine ciſſampelos multis, ſive convolvulus minor* J. B. 2. 157. floris colore variat, ſiquidem modo candidus ſit, modo roſeus, modo albus cum purpureo umbilico, vel punicantibus lineis aſperſus, vel purpureus radiis albis pictus; quin & foliis variat, ſiquidem aliquando folia auriculata & ſagittæ æmula gerit oblonga, qualia D. Dent obſervavit apud Rajum; & Tournefortius in corollario inſtitutionum rei herbariæ Convolvulum græcum, ſagittæ foliis, flore albo exhibet, quem tamen in hortis ſatum faciem mutare, & ad Convolvulum minorem arvenſem C. B. P. plurimum accedere teſtatur; vid. Plukenet in Phytographia Tab. 24. Fig. 3. Huiusmodi occurrit convolvulus in via Lichtenhaynam verſus, per acclivia ducente; vulgaris vero minor arvenſis convolvulus, paſſim inter ſegetes obvius, floret Julio. *Winde.*

CONVOLVVLVS purpureus, folio ſubrotundo C. B. P. p. 295. *Campanula Indica* J. B. 2. 165. *Convolvulus Indicus, flore violaceo* Eyſtett. Flore dilute ac intenſe purpureo variat. In horto medico & S. Principis frequens floret Jul. & Aug.

CONVOLVVLVS Indicus, flore purpuraſcente ſemine albo H. R. Monſpel. cum præcedente.

CONVOLVVLVS Luſitanicus flore cyaneo Broſſ. *Convolvulus peregrinus, cœruleus, folio oblongo,* C. B. P. p. 295. J. B. 2. 166. *Campanula exotica* Aldini. Pulcherrimus hic convolvulus vulgo hortulanorum convolvulus non convolvulus dicitur. Flore pallidiore variat, qui color Botanicis, aquatus dicitur. Occurrit in hortis variis, floretque Junio & Julio.

CONVOLVULUS orientalis, flore coccineo minore, a Commelino ſub nomine Quamoclit a) deſcriptus, pariter nonnunquam horti medici Principisque incola eſt.

CAMPANULA vulgatior, foliis urticæ, vel major & aſperior C. B. P. p. 94. *Campanula major & aſperior, folio urticæ* J. B. 2. 805. *Cervicaria major.* Dodon. Pempt. 164. In ſylvis frequens v. g. *im rauhen Thale*, floris colore variat. Junio.

Eadem fl. pleno in hortis.

CAMPANULA pyramidata, altiſſima Tournefort. *Campanula lacteſcens, fœtidior* Cluſii Hiſt. CLXXII. *Pyramidalis lævis* J. B. 2. 808. *Rapunculus hortenſis latiore folio, ſeu pyramidalis* C. B. P. p. 93. In hortis variis frequens ſub nomine pyramidalis; floret Junio & Julio. Germ. *Glöcklein.*

CAMPANULA foliis echii C. B. Pr. p. 36. ubi elegans figura. ut & in Chabræo Sciagraph. p. 265. ſub titulo Trachelii altiſſimi, hirſuti; copioſe occurrit in pratis *bey Bubeck und Waldeck*; nonnunquam etiam *im Walde bey Coſpida*, [Copioſe in montibus hercynicis reperi, etiam inter *Gibeldehauſen* & *Schwartzfeld*, ſed varietas eſt Campanulæ pratenſis flore comglomerato, unice altior, aſperior, foliis plerisque longioribus lingulatis. Charactere vero ſpecifico, nempe floribus copioſis, in ala folii latioris ſedentibus. omnino convenit.] floretque Jul. & Aug.

CAMPANULA hortenſis, folio & flore oblongo C. B. P. p. 94. *Viola mariana* Geſn. Floris colore aliquando variat, in hortis floret Jul. & Aug.

CAMPANULA pratenſis, flore conglomerato C. B. P. p. 94. *Trachelium minus multis* J. B. 2. 800. In pratis montoſis aridis, v. g. *auf dem Jentzig und Hauſsberge*, Jun. & Jul. Flore albo *bey Cluſewitz auf der dürren Wieſe.*

CAMPANULA media, foliis inferius candida lanugine veſtitis C. B. P. p. 94. *Cervicaria media* Thalii; *nach Bebera*

a) Ipomœa LINNAEI flore longiore, tuboque floris anguſto a Convolvulo differt.

*bera zu*, ad ſepes a) floret Jun. & Jul. Hæc planta ut & præcedens Campanula foliis echii, aliquando capſula quinque partita variat, uti recte obſervavit Tournef. Elem. Bot. ſed cum hoc non ſit perpetuum præſtat reliquæ Campanularum familiæ cum eodem Tournefortio utramque plantam, præcipue propter ſummam convenientiam, quo ad partes reliquas, admiſcere.

CAMPANVLA hortenſis, rapunculi radice C. B. P. p. 94. *Trachelii genus, mollioribus foliis* Cluſii Pannon. & Hiſtor. *Campanula repens, flore minore, cæruleo* J. B. 2. 804. variat quoque flore albo, præcipue *über den Steiger auf ſteinigten Aeckern, nach Cluſewitz hin*, flore cæruleo vero in vineis & agris paſſim obvia eſt, floretque Jun. & Jul Flores longa ſerie ad unam partem ſpectant.

CAMPANVLA perſicæ folio Cluſ. Hiſtor. CLXXI. *Campanula anguſtifolia, cærulea* J. B. 2. 803. *Rapunculus perſicifolius, magno flore* C. B. P. p 93. In montoſis & ſylvis paſſim floret Jun. & Jul. Colore albo ludit.

CAMPANVLA nemoroſa, anguſtifolia, parvo flore Tournefort. *Rapunculus nemoroſus, anguſtifolius, parvo flore* C B. loc. cit. *Rapunculus nemoroſus III.* Tabernæm. Icon. 412. cum Præcedente, ſed rarius. b)

CAMPANVLA radice eſculenta, flore cæruleo H. L. Bat. *Rapunculus eſculentus* C. B. Pin. 92. *Rapunculus vulgaris, campanulatus* J. B. 1. 795. Variat etiam foliorum longitudine, pariter ac multitudine. In locis gramineis & ad ſepes foliis glabris pariter atque hirſutis variat & flore albo. Majo & Junio. v. g. *im Fürſtengarten, wo man nach Kunitz gehet.*

CAM-

a) An plantam a ſequente diverſam velit, diſcere non potui, valde vero ſuſpicor, minime diverſam voluiſſe.

b) Intelligit varietatem ſequentis. præaltam, brachiatam, ramoſam, quam hoc nomine etiam C. B. dixit, veram tamen varietatem, ut ex foliis ſubhiſpidis, undulatis, flore patulo ad dimidia ſecto, calyce capillari, facile adparet.

CAMPANVLA minor, rotundifolia, alpina a) C. B. P. *Campanula minor rotundioribus imis foliis* Cluſ. Hiſtor. CLXXIII. flore albo & aquato variat. In pratis paſſim v. g. *im Paradieß und auf der Inſul*, it. *auf denen Wieſen bey Lobſtädt.* Junio.

RAPVNTIVM capitulis ſcabioſæ, quod C. B. P. p. 92. dicitur *Rapunculus ſcabioſæ capitulo cœruleo*, & a quibusdam *Scabioſa ovina.* Flore albo variat, ſed rarius. Provenit copioſe in agris ſterilibus verſus Rotham urbeculam, & locum *die fröliche Wiederkunft* dictum.

RAPVNTIVM capitulo ſcabioſæ lacte cœruleo folio glabro ſpiſſo. Vtriusque figuram habet TABERNAEMONTANVS. Diverſitatem etiam C. B. vidit, neque tamen ſeparavit. b) Albo etiam flore, ſed rariſſime reperitur. Cum præcedente.

POLEMONIVM flore cœruleo & albo. *Valeriana græca* Dodon. *Valeriana cœrulea* C. B. P. p. 164. qui pſeudovalerianam dici poſſe judicat Ego cum Tournefort. & S. Daalen in Pharmacolog. Polemonium dicere malui; In hortis Majo & Jun.

SPECVLVM flore cœruleo arvenſe, *ſpeculum veneris* Gerh. Anglis & hortulanis *Onobrychis arvenſis*, vel *Campanula arvenſis, erecta* C. B. P. pag. 215. In Hort. Ser. Princ. & aliis floret æſtate. Spontanea provenit copioſa inter ſegetes *bey Franckfurt am Mayn, wo man nach Bockenheim gehet.* Gottingæ paſſim & circa Langenſalz. Flore albo quandoque variat.

IRIS VVLGARIS germanica ſive ſylveſtris C. B. P. pag 30. *Iris ſylveſtris* Tabern. Icon. 648. *Iris officinarum noſtrarum. Schwertel, oder blaue Lilien, blaue Schwert-Lilien.* Hæc eſt, quam in tectorum culminibus, vinearum maceriis & muris plantare conſueverunt, & quæ in hortos translata, cultura ſpecioſior red-

a) Vulgarem intelligit foliis imis rotundioribus, ut in plantis Ruppianis vidi: ſed ab ea alpina differt foliis etiam ſuperioribus ſerratis, ovato lanceolatis.

b) Varietas prioris.

redditur, uti recte annotavit C. B. Frequens eſt per totam Thuringiam & Saxoniam locis indicatis, floretque Majo; Adeoque ab hac non differt hortenſis latifolia iris eiusdem C. B. niſi loco natali. De iride florentina quomodo ab hac differat, vid. Joh. Rajus in hiſtoria plantarum univerſali.

IRIS hortenſis pallide coerulea C. B. Pin. p. 31. cujus flores aquæ cyaneum colorem referunt DODONAEI. In hortis æſtate floret.

IRIS hortenſis alba Germanica C. B. Ib. Rarius in hortis. Ab alba Florentina C. B. parum differt, & totam diverſitatem ad locum natalem refert RAIVS.

IRIS latifolia Germanica ochroleucos C. B. l. c. *Iris maior latifolia* ſ. 28. CLVSII. In horto Principis floret M. Majo.

IRIS latifolia Germanica candido purpurea C. B. Pin. l. c. Cum præcedentibus.

IRIS Suſiana flore maximo ex albo nigricante C. B. l. c. In hortis rarius. Floret Majo & Junio.

IRIS lutea, ſativa C. B. P. 32 *Iris ſativa, floribus aureis* Matthioli. In horto Sereniſſ. Principis floret cum præcedente.

IRIS lutea variegata Camerarii C. B. P. 32. *Iris variegata ex luteo & purpureo* Camerarii. In horto medico floret cum præcedentibus.

IRIS pratenſis, anguſtifolia, humilior C. B. P. *Iris tenuifolia Michelfeldenſis* Ghabræi Sciagr. p. 243. In pratis *bey Bubeck und Waldeck*, [copioſe] *auch bey Leipzig auf denen VVieſen im Roſenthal*, floret cum præcedentibus. a)

IRIS graminea, cui pereunt quotannis folia flore variegato J. B. apud Ghabræum p. 243. In horto Principis floret Majo: Huius capſula admodum anguloſa eſt.

IRIS tenuifolia major, flore cœruleo & ſtriato Cluſii J. B.

a) Elatior potius eſt, quam hic legi, ſi quidem elatior ab humiliori differt. Bicubitalis enim caulis eſt, nihilo hortenſi humilior.

*J.B.* apud Ghabræum p. 243. *Im Fürſtengarten* cum præcedentibus.

CHAMAEIRIS flore ſaturate violaceo C. B. P. p. 33. In horto Medico floret Aprili & Majo.

CHAMAEIRIS minor, flore variegato C. B. *Chamæiris minor, latifolia* VII. Cluſ. Hiſtor. In horto Sereniſſ. Principis ſub nomine Iridis perſicæ; Floret Aprilis & Maji initio.

IRIS paluſtris, lutea Tab. *Acorus adulterinus* C. B. P. p. 34. *Gelbe VVaſſerlilien, im groſſen und kleinen Paradies im Gräben und Sümpfen,* Majo M. Hujus & alteram ſpeciem naſci prope Gymnaſium *die Schulpforte* dictum, teſtatur Camerarius in ſuo Matthiolo p. 3. Præterea ſpeciem Iridis anguſtifoliæ reperi in montibus Schmonenſibus inter dumeta & virgulta, cujus florem cum non conſpexerim, plura de illa dicere non licet. a)

XYPHIUM Tournef. *Iris bulboſa tota violacea, vel cærulea* J. B. Chabr. p. 239. In horto Sereniſſ. Principis floret Majo. Hæc & reliquæ Irides bulboſæ, Tournef. Xyphia dicuntur.

CROCUS vernus, anguſtifolius, magno flore Moriſon C. B. P. *Crocus vernus, anguſtifolius I.* Cluſii. *Crocus vernus, anguſtifolius, floribus cæruleis ſive violaceis* J. B. floret menſe Martio in viridariis noſtris.

CROCUS vernus, latifolius, flavus C. B. P. *Crocus vernus, flavo flore* Cluſii cum præcedente floret Martio.

CROCUS vernus, latifolius, albus, variegatus, Moriſon C. B. P. *Crocus vernus, latifolius, albo flore,* J. B. cum præcedentibus, & idem folio argenteo. Varietates ejuſdem plantæ.

CROCUS ſativus C. B. *Crocus autumnalis, ſativus, floridus, & ſine flore* Moriſ. *Crocus verus, ſativus, autumnalis,* Parkinſon, floret Septembri in horto Medico; Seritur quoque a ruſticis prope pagum *Luther, hinter VVinzerla.* Piſtillum elegantiſſime criſtatum a Tournefort. depictum conſtituit crocum officinarum. Germ *Saffran.*

C NAR-

a) De neutra quidquam mihi innotuit.

NARCISSVS major, totus luteus, calice prælongo C.B. *Bulbocodium Hiſpanicum* J.B. *Pſeudonarciſſus Hiſpanicus, aureus, maximus* Parkinſ. Germ. *Gelbe Hornungsblume, oder gelber Jacobsſtab.* In hortis frequens floret Februario & Martio.

Idem flore pallide luteo ſ. ochroleuco.

NARCISSVS multiplex, totus flavus C.B. Pin. cum præcedente.

NARCISSVS ſylveſtris pallidus calyce luteo C.B.P. 152. Varians floris colore & magnitudine, & flore pleno. Aprili & Majo M. in hortis floret. (In Helvetia ubique in pratis.)

NARCISSVS flore ſimplici, medio purpureo Moriſ. Hiſtor. 2. *Narciſſus albus circulo purpureo* C.B.P. In hortis floret Majo. *Narciſſen.* Ab iſto vix differt Narciſſus niveus circulo odorato rubello C. B. Pin. p. 48. Majo florens, neque Narciſſus albus circulo luteo vel croceo C.B.l.c.

NARCISSVS juncifolius, oblongo calyce luteus major C.B.p. 51. Gallis *Joncquilles,* hic etiam aliquando in hortis obvius.

LILIO-narciſſus, ſeu Narciſſus liliflorus, flore albo ſingulari, cum rubedine diluto. Pluckennt. Phytograph. Tab. 42. Fig. 3. *An narciſſus Japonicus ſ. Virginianus, flore albo, colchicum æmulante* Hoffm. de quo vid. ejus Flor. Alt. Hort. p. 44. In horto Ser. Principis floret Majo & Junio. Vulgo Liliaginem Cordi vocant, male, neque enim CORDO notus fuit.

LILIO-aſphodelus phœniceus Park. Parad. 148. *Lilium rubrum, radice Aſphodeli* C.B.P. p. 80. *Lilium radice Aſphodeli, phœniceum, ſive lilio-aſphodelus quibusdam* J.B. 2. 701. In hortis frequens floret Majo & Jun.

LILIO-aſphodelus luteo, flore T. & CLVS. *Lilium luteum Aſphodeli radice* C.B. p. 80. odoratior, & minor, rarior eſt in hortis noſtris; occurrit tamen aliquando, & a præcedente non niſi floris colore, totius plantæ magnitudine & teneritate diſtinguitur.

ALOE ſpuria ſ. Metl Americanorum. *Aloe folio in oblon-*

*longum aculeum abeunte* C. B. Pin. 286. *Guajaco viribus ſimilis indica* C. B. Pin. p. 448 *Metl ſive Maguei* ejuſdem in Pinace p. 20. Vide Carolus Cluſius in hiſt. hiſp. pag. 442. ſqq. ubi refert, ex hac planta Americanos & vinum & chartam & lintea parare, eademque illos uti contra luem Veneream. Floruere aliquot huius aloës ſtirpes in horto Schleebenſi, quarum caules in porticu iſtius horti adhuc conſpiciuntur, æque ac in atrio horti Boſiani.

HAEMANTHVS Africanus p. 657. in Inſtit Tourneſ. Tulipa Capenſis vulgo in hortis Curioſorum floret autumno & hyeme.

COLCHICVM commune C. B. P. 67. *Colchicum* J. B. 2. 649. Ab hoc *Colchicum album purpuraſcentibus lineis* J. B. 2. 651. *Colchicum commune, folio lineis albis picto* H. R. *Colchicum vulgare atropurpureum Pariſienſium, flore ſimplici* H. R. Pariſ. ut & *Colchicum Vere & Autumno florens* C. B. P. p. 68. *Colchicum biflorum* J. B. Cluſii Hiſtor. 202. non differre videntur; ſiquidem Colchicum bis florens apud Germanos ſæpius occurrat. Floret ultimo autumno, & fructum tricapſularem fungoſum, ſeminibus ovalibus, ſubrugoſis (Germ. *Bettlers-Läuſe* dictis) fœtum demum altero anno perficit. Flos Germanis vocatur *Zeitloſen, nackende Huren, Herbſtblumen, Wieſen-Zeitloſen, oder Spinnblumen,* quia eo tempore floret, quo telas ſuas repetunt puellæ. De hujus radicis virtute vid. Celeb. Wedelii Propempticon de Colchico veneno & alexipharmaco, & Chriſtoph. Ludov. Wilhelm. Doct. Med. Tract. Germ. in 4to de Colchico & aliis amuletis. C. B. pro hermodactylo habet, quia Colchico ſolo colore radicis differat. Aliquando & vere floret.

COLCHICVM fl. pleno. In hortis Curioſorum floret cum præced.

HYACINTHVS orientalis, caule maculato C. B. P. *Hyazinthus orientalis* Matthioli, Dodon. Geſneri. In hortis frequens floret Martio & Aprili; Magnitudine totius plantæ & præcipue florum variat, nec non colore,

qui nonnunquam albus, quin & geminatus, ſive alter alteri innaſcens. *Hyacinth.*

HYACINTHVS indicus, tuberoſus, flore hyacinthi orientalis C. B. P. p. 47. ſub nomine Tuberoſæ (*der Tuberoſen*) ubique proſtans in hortis præcipue penſilibus frequens floret Jun.

MVSCARI Cluſii Hiſt. Hiſpan. & Pannon. Turcarum Camerarii. *Hyacinthus racemoſus, moſchatus* C. B. P. p. 43. *Bulbus vomitorius* Matthioli, floris colore variat vid. C. B. c. l. apud nos vulgatius eſt muſcari majus obſoleto albo flore. In hortis floret Majo.

MVSCARI minus, cœruleum racemoſum, juncifolium. *Hyacinthus racemoſus, cœruleus, minor juncifolius* C. B. P. p. 43. *Hyacinthus cœruleus minor vel* VI. Tabernæm. In hortis frequens Aprili & Majo.

MVSCARI nemorenſe, comoſum. *Hyacinthus comoſus, major, purpureus* C. B. P. p. 42. In ſylvis præcipue cæduis *nach Sultze und Eckardsbergen zu* floret Majo & Jun. Hæc planta duplex eſt, arvenſis latiore folio, & nemorenſis anguſtiore folio, uti recte obſervavit Car. Cluſius in hiſt. pannon. Arvenſis copioſa eſt in agris Wetteraviæ prope Moguntiam & folia ibi latiora habet. a)

MVSCARI paniculatum, monſtroſum. *Hyazinthus Sanneſius* F. Columnæ in Ecphraſ. plant. rar. *Hyacinthus uva ramoſa, major* C. B. P. p. 42. In horto principis M. Majo hanc aliquando ſpontaneum deprehendi, copioſiſſimam, in ſylva Francofurto ad Mœnum vicina, ſed, cum ſit originis americanæ, b) vix credere licet, quod ſua ſponte ibidem exorta fuerit. Siquidem eſſe poſſit, ſemina a quodam fato ibidem progerminaſſe. Aliquando pariter hanc plantam deprehendi ad ripam Salæ, quod me facit dubium. Dantur autem aliæ etiam plan-

a) Non iſte *comoſus* duorum generum eſt: ſed præter hunc Hyacinthum abunde in helvetia naſcitur, & odoratus juncifolius, & inodorus latifolius *Enum. helv.*

b) Planta monſtroſa eſt, & forte ex ipſo comoſo hyacintho priori degeneravit.

plantæ, utrique orbi communes. v. g. Aſter conyzoides ſ. Conyza thyrhoides Jungermanni, quæ Americanæ eſt omnino originis, & pappo ſuo in Europa vndique diffuſa, vel ipſis Europæis plantis eſt vulgatior. Vid Paulus Boccone in hiſt. Plant. rariorum per Siciliam naſcentium, ſocietati Regiæ in Anglia dicata.

Hyacinthi ſtellati, qui flore ſint hexapetalo, pertinent ad Ornithogala.

## (4) CAPSVLA QVATRIPARTITA.

ONAGRA Tournefort. & Rivin. *Lyſimachia lutea, corniculata* C. B. in App. in Pin. *Lyſimachia lutea, ſiliquoſa, Virginiana* Parkinſon. *Lyſimachia lutea, corniculata, non pappoſa, Virginiana major* Moriſ. In hortis frequens, ut & aliquando in campis, floret Jun. & Jul.

CHAMAENERION altisſimum, ſylvaticum. *Lyſimachia ſpecioſa, quibusdam onagra dicta, ſiliquoſa* J. B. *Lyſimachia chamænerion dicta, latifolia* C. B. *Chamænerion et Epilobion* Geſneri ad Cordum; quod nomen Epilobii placuiſſet, niſi Gallorum Botanicorum fidus Tournefortius jam elegans Chamænerii nomen impoſuiſſet. In ſylvis præcipue montoſis copioſum pullulat v. g. *gegen dem Fürſtenbrunnen über*. Junio. *Weiderich-Röſſlein.*

CHAMAENERION paluſtre, folio ſaligno, molli & anguſto. Tournef. *Lyſimachia ſiliquoſa, ſpecioſa, anguſtifolia, flore purpuraſcente* J. B. *Lyſimachia chamænerion dicta, anguſtifolia* C. B. *Delphinium buccinum* Dioſcoridis Lobel. a) *Auf ſumpfigten Wieſen bey Querl.* Jun. & Jul.

CHAMAENERION glabrum, latifolium, majus. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, major.* C. B. P. p. 245. In-

 ter

a) Non ea, quam citat RVPPIVS, planta eſt, cujus nomen Tournefortianum corrupit. Neque eſt Epilobium foliis ellipticis obtuſe lanceolatis integerrimis totum leve *Enum. Helv.* 408. quod idem in paludoſis circa *Walkenried* copioſe naſcitur. Sed eſt

ter frutices & dumeta denſiora *auf der Wellmeſe gegen den Fürſtenbrunnen über*, nec non ad ripas Salæ *bey Cunitz*, floret Jun & Jul.

CHAMAENERION glabrum, latifolium, minus. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, minor* C. B. P. p. 245. *An denen Felſen bey Hain-Büchen und auf der Wellmeſe.* floret Jun & Jul. [Varietas]

CHAMAENERION paluſtre, hirſutum, magno flore. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, magno flore* C. B. P. p. 245. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, flore purpureo majore* J. B. apud Chab. p. 286. Ad ſtagna & foſſas *zwiſchen dem Iohannis- und Löber-Thor*. Jun. & Jul.

CHAMAENERION paluſtre, hirſutum, parvo flore. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, parvo flore* C. B. P. p. 245. Major eſt & minor, utraque in C. B. Prodromo p. 116. eleganter deſcripta; Lyſimachiæ ſiliquoſæ hirſutæ parvo flore majoris & minoris nomine; a) occurrit vero utraque cum præcedente, *wo man nach Ziegenhayn gehet.* Floret Jun. & Jul. Hujus loci eſt XYLON ſ. Gloſſypium offic. quod ex ſeminibus in officinis obviis prodit, ſi non nimis fuerint vetuſta & Quamoclit, & Turpethum ſed rariſſime in terris noſtris viſa.

STRAMONEUM ſive Datura. *Stramonea, ſive Datura major, fœtida, pomo ſpinoſo oblongo* Hort. Acad. Lugd. Bat. *Solanum fœtidum, pomo ſpinoſo, oblongo.* C. B. *Nucimetellæ congener planta Datura* Camer in Epitom. Matth. pag 168. *Datura Turcarum* Eyſtett. In hortis variis floret Julio *Wächſt überall wild bey Wittenberg* v. g. *in der Fiſcherey*, *und um die Dörffer* cum Xanthio. Ex hac ſpecie ajunt parari *Maslach* Turcarum, quod olim C. B. obſervavit. De noxis ſtramonei vid Sam. Dahle in pharmacologia: an Solanum manicum Theophraſti Ereſii?

STRAMONEUM majus purpureum majore. Hæc ſpecies a Parkinſon. in Raji Hiſtoria deſcripta eſt. In horto

a) Hoc a .. pertinet ad Chamenerion glabrum latifolium, uti ex ſtirpibus RVPPIANIS vidi.

horto S. Principis floret Julio. [Varietas prioris flore & caule violaceo.]

STRAMONEVM fructu rotundo, deorſum ſpectante, & aſpero F. Colum. *Solanum pomo ſpinoſo, rotundo, flore longo* C. B. P. *Solanum multis dictum, ſeu pomum ſpinoſum* J. B. *Nux metella* Matthiol. floret cum præcedentibus *im Fürſtengarten* Julio & Auguſto. Wittebergæ circa pagos &c. [Valde dubito de hac ſpecie, quæ frigora formidat & ſemina ægre perficit.]

Stramonii perianthum dimidium una cum pentagono floris tubo decidit, inferior autem pars fructus baſin ad cupulæ modum ambit.

ERICA ſpuria ſive TETRALIX. *Erica ex rubro nigricans, ſcoparia* C. B. Pin. p. 468. *Erica Brabantica, folio coris hirſuta, quaterno* J. B. 1. 358. *Erica* XIII. Cluſ. Hiſt. 46. in ericetis & carectis udis *bey Wittenberg*, & in Weſtphalia atque ducatu Juliacenſi frequens floret æſtate & autumno. [*Bey Bolwerk am Ende der Wieſe beym äuſſerſten Hauſe.*] Hæc aliæque plantæ a Tournefortio Ericis accenſitæ non merentur cum vulgari Erica tetrapetala confundi.

## (5) CAPSVLA QVINQVE PARTITA.

ANDROMEDA foliis alternis lanceolatis margine reflexis LINN. Lap. n. 163. T. I. f. 2. *Myrtus tenuifolia* THAL. p. 78. Magna copia inter *Oderbruke* & *Königsberg* qua itur ad montem *Bructerum*]

KETMIA Syrorum quibusdam C. B. P. p. 316. *Alcea arboreſcens*, ejusdem ibidem. *Alcea arboreſcens, glabra, Ketmia dicta* J. B. 2. 957. In hortis variis flore purpuro violaceo & ex albo - & rubro-mixto variat; Semina reniformia, in dorſo ciliaribus pilis ornata.

KETMIA ægyptiaca, ſemine moſchato Tournefort. p. 100. *Alcea ægyptiaca, villoſa* C. B. *Althæa ægyptiaca, moſchata, Abelmoſch dicta* Moriſ. Hiſtor. Oxon. P. 2. p. 533. De reliquis Ketmiæ ſpeciebus vid. Tournefortius.

BAMMIA Rivini, *Ketmia veſicaria vulgaris* Tourne-

 fort.

fort. *Alcea veſicaria* C. B. P. p. 317. *Alcea ſoliſequa, multis veneta* J. B. 2. 1068. in hortis floret Jun. & Julio. *Wetterröſslein, Morgenſtern, Stundenblume*, quia flos ipſius cito defluit. Differt a) Ketmia fructu hiſpido, in perianthio ventricoſo recondito. b)

COTYLEDON Dioſc. *Umbilicus Veneris* vulg. *Umbilicus Veneris major* Camer. Epit. p. 394. in hortis Curioſorum, ſed rarius, floret æſtate.

COTYLEDON africana fruteſcens foliis orbiculatis, limbo purpureo cinctis I. R. H.

## (6) CAPSVLA MVLTIPLICI.

ABVTILON Dodon. Pempt. 656. *Althæa Theophraſti, flore luteo* C. B. Pin p. 316. *Althæa lutea ſ. Abutilon Avicennæ putatum* Park. In Horto Sereniſſ. Principis & aliis aliquando occurrit.

ABVTILON americanum foliis Ricini. *Althea Ricini folio* HERMAN in horto medico. TOVRNEFORTIVS male Malvis adſcripſit. [Ad Abutila etiam LINNAEVS revocavit. cui eſt Sida 5. CLIFF. p. 346.]

# *VI. Seminibus tectis, bacca, ſive fructu molli.*

## (1) MONOPYRENA.

LAVREOLA folio deciduo, ſive Meſereon Germanicum J. B. 1. 566. *Chamelæa Germanica.* Dodon. Pempt. 364. *Thymelæa folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola fœmina* C. B. Pin. p. 264. *Thymelæa Lauri folio deciduo, ſive Laureola fœmina* Tournefort. 595. *Daphnoides flore purpureo* Tabern. p. 1482. *In Wäldern,* v. g. *im rauhen Thale, Cunitzer-Berge, und bey Iena-Prieſ-*

a) Ab Erica differunt, quod calyce externo viridi careant, & flore ſint breviter quadridentato, qui Ericæ non quidem tetrapetalos, ſed profunde tamen quadrifidus eſt. Conjuncturo tamen minime repugnarem ob faciem, florem immarceſcibilem, calycem coloratum &c.

b) Calyce interiori veſicario, exteriori in plurimas lacinias inciſo. Hinc Trionum dixit LINNAEVS.

*Prieſſenitz.* Flore occurrit dilute purpureo, inſtar floris mali perſicæ, unde vulgo Laureola flore perſico dicitur. Floret Martio Germ. *Seidelbaſt*, *Kellershalß.*

LAVREOLA folio deciduo, flore albo, officinis Laureola fœmina C. B. P p. 462. *Thymelæa Lauri folio deciduo*, *flore albido*, *fructu flaveſcente* Tournefort. In horto Medico floret cum præcedente. [Varietas]

LAVREOLA ſemper virens flore viridi, quibusdam Laureola mas. Primo vere floret in hortis curioſorum v. g. Gothæ in Avemanniano.

LAVREOLA alpina, linifolia, humilior, flore purpureo, odoratiſſimo. *Thymelæa alpina, linifolia*, *humilior*, *flore purpureo*, *odoratiſſimo* Tournef. *Thymeleæ affinis facie externa* C. B Pin. 463. in hortis Curioſorum, vbi cum Matthiolo Cneorum appellant. Sponte provenit prope Francofurtum ad Mœnum, [CLVSIO teſte] & prope Auguſtam Vindelicorum. Floret Martio.

OLEA veterum & offic. & Olea ſativa C. B. in hortis curioſorum.

ELAEASNVS T. & MATTH. *Olea ſylveſtris folio molli incano* C. B. P. p. 427. In hortis curioſorum primo vere floret.

VIBVRNVM Matthioli 217. Tournefort. p. 607. tab. 376. *Lantana vulgo*, *aliis viburnum* J. B. I. 557. In ſepibus & ſylvis floret paſſim Majo. *Schling-Baum*, Baccæ comeduntur & virgulta loco ſalicum uſurpantur. Nomen enim habet a *vieo*, a quo etiam *vietor* derivatur.

TINVS prior Cluſii Hiſt. 49. *Laurus ſylveſtris, Corni fœminæ foliis ſubhirſutis* C. B. P. p. 461. *Laurus Tinus*, *ſeu ſylveſtris prior* J. B. I. 418. Hæc a veteribus Lauro fuit admiſta, ſed cum Lauri flos fructusque longe diſtet ab hujus flore atque fructu, præſtat eandem a Lauro ſeparare, vid. Car. Cluſ. in hiſt. plant. per Hiſp. naſcentium. In hortis Curioſorum floret Majo; nonnunquam & in hybernaculo ſemperviret floretque.

OPVLVS Ruellii p. 281. Tournefort. p. 607. Tab. 306. *Sambucus aquatica, flore ſimplici* C. B. P. p. 564. *Sambucus aquatica* J. B. I. 552. *Sambucus paluſtris* Dodon. Pempt. 846. In ſylvis humidioribus & ſepibus frequens floret Majo. *Hirſch-Holder.* Flores hujus umbellæ laterales, longe ſunt majores, quam ii, qui meditullium occupant; & ſteriles.

OPVLVS flore globoſo Tournefort. *Sambucus aquatica, flore globoſo pleno* C. B. P. 456. *Sambucus roſea, ſive aquatica* Lobelii Icon. 201. Germ. *Schnee-Bälle, Schwelcken.* [Varietas eſt, in qua omnes omnino flores degenerant ſterileſcunt & lateſcunt] Raro flore purpuraſcente reperitur.

VISCVM baccis albis C. B. P. p. 423. Viſcum Dodon. Pempt. 826. In variis arboribus v. g. Salice, Acere, Oxyacantha, Tilia, Pyro, Malo &c. in Fraxinis vero naſcens baccas magis flavas habet, uti recte vidit Joh. LOESELIVS. Apud nos occurrit præcipue *im Rauben-Thale*, floretque Martio. Germ. *Miſtel.* NB. Viſcum duplicis generis habet flores, alteros quidem ſteriles & majores, alteros vero fœcundos & minores, & hos quidem tota planta ab invicem remotos. [Hinc inter diœcias habet LINNAEVS n. 895.]

VISCVM polycoccon Camerarii non ſolum in Helvetiæ, ſed & Pannoniæ altis montibus frequens eſt, ut adeo Rajus immerito cum vulgari pro eadem planta habeat; *Iſt auch in denen Gebürgen zwiſchen dem Vogtlande und Böhmen.* [An diverſum ſit, comparatis plantis judicare oportet. Mihi non conſtat.]

SYCIOIDES americana, fructu echinato, foliis angulatis Tournefort. *Cucumis canadenſis, monoſpermos, fructu echinato* Parad. Bat. *Bryonioides canadenſis, villoſo fructu, monoſpermos* eidem. *Hundes-Gurcken* vulgo. In horto medico, Altenbergenſi &c. floret Julio, Auguſto, & hinc in brumam usque.

(2) BACCA DIPYRENA.

IASMINUM vulgatius, flore albo C. B. Pin. p. 327. *Iaſminum, ſive Gelſeminum flore albo* J. B. 2. 101. *Gelſeminum vulgatius, Iaſminum* Lobel. Icon. 105. In hortis variis floret Majo & Junio. *Jeſmin*, Iaſminum in genere habet baccas dipyrenas, ſed obſervavit Tourneſ. dari & Iaſminum, bacca monopyrena, quod potius alio referre præſtat, & ſeparatum, ex illo genus conſtituere.

IASMINUM Hiſpanicum, flore majore, externe rubente J. B. 2. 101. *Iaſminum humilius, magno flore* C. B. P. p. 398. Iaſminum grandiflorum Tabernæm. icon. 885. cum præcedente. [Varietas auctore LINNAEO.]

IASMINUM, ſive Gelſeminum luteum J. B. 2. 102. *Jaſminum humile, luteum* C. B. P. 397. *Jaſminum luteum* Lobel. icon. 106. In horto medico floret cum præcedentibus.

IASMINUM *luteum, vulgo dictum bacciferum* C. B. malo nomine nam omnia Iaſmina baccas ferunt. *Trifolium fruticans, quibusdam Polemonium flore luteo* J. B. 1. 374. *Trifolium fruticans* Dodon. Pempt. 571. In hortis variis floret Jun. & Jul. Hujus baccæ per maturitatem ſunt nigræ, & ſemina communiter bina fovent in bacca ſimplici, ſequens vero indicum, baccas poſt ſingulum florem veluti gemellas gerit, pariter tamen nigras.

IASMINUM indicum, flavum, odoratiſſimum Ferrarii. In hortis variis frequens floret Junio; Hujus fructus communior eſt, quam reliquorum, conſtanter fere geminus, unde & reliqua, quorum fructum nondum vidi, propter convenientiam in reliquis partibus, huc retuli.

RUBIA tinctorum ſativa C. B. P. p. 333. *Rubia ſativa* J. B. 3. 714. *Rubia* Dodon. Pempt. 352. In horto medico floret Junio & Julio; Ex hujus radice contrita paratur Grap officinarum, quo utuntur tinctores. *Färber-Wurtzel*, *Färber-Röthe*. Copioſa colitur in agris Sileſiæ. Hæc planta quo ad florem, & naſcendi modum fere convenit cum plantis, quas Rajus ſtellatas vocat, v. g.

Cru-

Cruciata, Gallio, Mollugine, Rubeola &c. Sed cum ipſius fructus ſit bacca, præſtat eandem huc reponere, quam ſolum propter foliorum convenientiam ad ſtellatas reliquas, ſuperius recenſitas referre a)

FRANGVLA Dod. Pempt. 787. *Alnus nigra, baccifera* C. B. P. p. 428. J. B. 1. 560. In ſepibus & ſylvis frequens floret Majo, quandoque & Autumno. Germ. *Faul-Baum und Pinnholtz.* Hæc planta dubium inter Botanicos characterem habet, ſiquidem in floris tubulo habet quaſi lamellas, a Tournef. eleganter depictas; ſed cum non ſint deciduæ, præſtat cum Rivino ad Monopetalas referre. [A Rhamno differt flore quinquefido, tuba ſimplici, ſexu in uno flore conjuncto.]

FRANGVLA polycarpos, *Alnus nigra policarpos* C. B. Pin. pag. 428. in ſepibus & ſylvis *bey Kranichfeld, Arnſtadt* floret cum præcedente. Vid. Elsholzii flora marchica. Hanc plantam dictis locis creſcere, refert etiam Illuſtr. noſter Wedel. in Colleg. de Mat. Medica. [Si vera planta C. B. eſt, tunc erit *Frangula* noſtra *oris foliorum ſerratis. Enum. Helv.* p. 164.]

(3.) BACCA TRIPYRENA.

ALATERNVS I. Cluſii Hiſpan. 56. *Phylica elatior* C. B. In horto Medico & aliis hortis floret Jun. Jul. occurrit & aurea, ſeu foliis ex luteo variegatis H. R. Pariſ.

SAMBVCVS fructu in umbella nigro C. B. P. p. 456. *Sambucus vulgaris* I. B. In ſepibus frequens floret Junio. *Holder, Holler, Holunder, Flieder-Baum, Fliedern.*

SAMBVCVS fructu in umbella viridi C. B. Pin. *Sambucus fructu albo* Lobelii icon. 162. Occurrit aliquando *in denen Wein-Bergen nach Zwetzen zu, im Lerchen-Felde,* floretque cum præcedente. [Varietas.]

SAM-

a) Sed fructu gemello, flore, floriſque ſitu, ſtaminibus, tubis, facie, viribus vulnerariis cum Stellatis convenit, ſolo differt fructu magis pulpoſo. Eo ergo ex naturae ordine pertinet.

SAMBVCVS foliis laciniatis inſtar Azadaracht. In hortis Curioſorum floret cum præcedente.

SAMBVCVS racemoſa, rubra C. B. P. p. 456. *Sambucus racemoſa, acinis rubris* I. P. 1. 551. *Sambucus montana, racemoſa* Lobel. Icon. 163. In montoſis ſylvis v. g. *bey Tautenburg und Rode*, it. *gegen den Fürſten-Brunnen über*. Germ *Hirſchholder*. Hujus baccæ vulgo pro baccis Ebuli divenduntur. Floret Aprili & Majo.

SAMBVCVS humilis, ſive Ebulus C. B. P. *Ebulus, ſive Sambucus herbacea* I. B. 1. 546. In agrorum limitibus occurrit hinc inde, ſed circa Jenam rarius. v. g. *bey der alten Ginne, und bey Rabs*. [Gottingae minus rara] Germ. *Attich, Nieder-Holder, Kraut - Holder*, uti Græcis χαμαιάκτη in pari ſignificatu. Nam vocula χαμαὶ in compoſitis humilem, ἀκτή vero Græcis Sambucum notat. Floret Junio.

## (4.) BACCA TETRAPYRENA.

AQVIFOLIVM Tournefortii p. 60. Tab. 371. *Aquifolium, ſive Agrifolium vulgo* I. B. 1. 114. *Ilex aculeata, baccifera, folio ſinuato* C. B. P. 425. In hortis variis; Floret Majo & Junio. Foliis pariter reperitur deauratis. *Stech-Eiche, Stech-Palmen*. Spontaneum eſt frequens in ſylvis vaſtioribus Weſtphaliæ & *des Weſter-Walds*. [Helvetia tota]. Per æſtatem aculeos & ſinus foliorum laterales deponit, perinde vti Hedera.

LIGVSTRVM I. B. 1 528. *Liguſtrum Germanicum* C. B. P. p. 475. *Phyllirea* Dodon. Pempt. 775. qui propterea a Matthiolo notatur; qui tamen ipſe reprehenſionem magis meretur, ſiquidem more ſuo fictitiam & ad Dioſcoridis textum concinnatam figuram propoſuit; quin & Liguſtrum Latinorum pro Cypro Græcorum habuit, quod eſt falſiſſimum; Alkanna enim Arabum eſt Cyprus Græcorum, de quo videatur C. B. in Matthiolum. Bacca naturaliter tetrapyrena; unum tamen aliquando aut alterum ſemen deficit. In ſepibus paſſim floret Junio. *Kingerten, Bein-Holtz, Mund-Holtz.*

(5.) BAC-

## (5.) BACCA POLYPYRENA.

MOMORDICA vulgaris Tournefort. *Balſamina rotundifolia repens, ſive mas* C. B. P. 306. *Balſamina cucumeraria* I. B. 2. 251. In horto medico floret æſtate. Fructum vero rariſſime perficit.

ELATERIVM Rivini, & officinarum. *Cucumis ſylveſtris, aſininus dictus* Tournefort. & C. B. P. 314. *Cucumis ſylveſtris, ſive aſininus* I. B. 2. 248. Ex hac planta paratur Elaterium veterum, de quo vid. Theophr. Ereſius. Elaterium vero dicitur propter fructus, per maturitatem cum impetu a petiolo abrumpendi modum. In horto medico floret æſtate. *Wilde Cucumern, Eſelskürbis, Eſelsgurken.*

CVCVMIS vulgaris, ſativus, maturo fructu ſubluteo & albo. C. B. Pin. 310. *Cucumis vulgaris viridis & albus* I. B. 2. 245. In hortis paſſim floret æſtate. Germ. *Gurken, Cucumern.* An Cucumis flexuoſus C. B. P. 310. ſive Cucumis longiſſimus I. B. 2. 247. ſpecie differat a vulgari? an vero mangonio hortulanorum talis fiat? uti vult Matthiolus, aliis horticulturæ amatoribus inveſtigandum relinquo.

COLOCYNTHIS officinar. C. *fructu rotundo major* C. B. Pin. p. 313. Ex ſeminibus officinalibus ſatis nonnunquam pullulat. Floret æſtate.

MELO vulgaris C. B. P. 310. *Melones* I. B. 2. 242. *Melo ſ. Melopepo vulgo, Cucumis Galeni* Dod. Pempt. 663. In horto S. principis & aliis floret cum præcedente. *Melonen.*

MELO reticulatus I. B. 2. 244. propter corticem veluti reti obductum; cum præcedente.

PEPO oblongus C. B. P. 311. *Pepo maior, oblongus* Dod. Pempt. 665. In hortis paſſim, vbi *Kürbiſſe* appellant. Differt vero a Cucurbita Pepo, non ſolum foliorum aſperitate, & floris colore, qui eſt croceus ſive luteus: in Cucurbita vero albus: ſed fructus etiam cortice minus duro, pariter atque cellulis, de quo vid. Tournefortius, non ſecus ac de reliquis diſtinctionibus

Melo-

Melonis Melopeponis &c. (In poſthumis unicam Peponis ſpeciem habet, additque variare fructus magnitudine & figura, hinc ſpecies adeo multas apud I. B. & T. ortas eſſe. Uti omnes coniungit Pepones LINNAEVS *Cliff.* p. 452.)

PEPO vulgaris Raji Hiſt. 639. *Cucurbita foliis aſperis, ſive Zucha flore luteo* I. B. 2. 218. Cum præcedente. *Cucurbita maior, rotunda, folio aſpero* C. B. P. 312.

PEPO rotundus, aurantii forma C. B. P. 311. *Cucurbita aurautii forma.* Eyſtett. cum præcedentibus.

PEPO fructu pilæ palmariæ forma Tournefort. *Cucurbita pila palmaria non multo maior* I. B. cum præcedentibus.

PEPO fructu minimo, ſphærico Tournefortii. *Cucurbita aſpera, minima, ſphærica, crocea, variegata* I. B. 2. 218. cum præcedentibus; ſed rarius.

PEPO fructu ſubrotundo, variegato Tournef. Inſtitut. p. 105. *Cucurbita medio crocea*, I. B. 2. 222. cum præcedentibus.

PEPO fructu turbinato, variegato, Tournefort. *Cucurbita aſpera mediæ magnitudinis, turbinata variegati coloris* I. B. 2. 222. cum præcedentibus.

PEPO fructu turbinato, albido Tournefortii. *Cucurbitæ turbinatæ, maiores, albæ* I. B. 2. 222. cum præcedentibus.

PEPO fructu turbinato, ſubcroceo Tournefort. *Cucurbita aſpera, turbinata, ſubcrocea* I. B. 2. 223. cum præcedentibus.

PEPO fructu minimo, turbinato Tournefort. *Cucurbita aſpera, minima, turbinata, pallida* I. B. 2. 223.

PEPO fructu parvo, pyriformi Tournef. *Cucurbita aſpera, pyriformis, parva, alba* I. B. 2. 223.

PEPO fructu ovato, flaveſcente Tournef. *Cucurbita aſpera, ovalis, flavo colore* I. B. 2. 323.

PEPO fructu ovato flaveſcente alter Tournefort.
*Cucur-*

*Cucurbita aſpera, pugillaris ex rotundo oblonga* I. B. 2. 223.

PEPO fructu ovato, variegato Tournef. *Cucurbita ovalis fere variegata; parva* I. B. 2. 218. Hæ aliæque peponis ſpecies, ſive varietates, variis in hortis paſſim coluntur florentque æſtate.

MELOPEPO clypeiformis C. B. P. 312. *Cucurbita clypeiformis, ſive ſiciliana, Melopepon latus a nonnullis vocata* J. B. 2. 214. *Melopepo clypeatus* Tabern. Icon. 470. In horto medico floret æſtate.

ANGVRIA Citrullus dicta C. B. P. 312. *Citrullus folio colocynthidis ſecto, ſemine nigro, quibusdam Anguria* J. R. 2. 235. In hortis floret æſtate. Semina vero quæ rubra ſunt communiter, rarius matura profert.

CVCVRBITA longa, folio molli, flore albo J. B. 2. 214 *Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli* C. B. P. 313. *Cucurbita longior* Dod. Pempt. 669. In horto medico floret æſtate.

BRYONIA nigra Dodon. Pempt. 399. *Bryonia alba baccis nigris* C. B. ad ſepes paſſim. Floret Majo & Junio. *Zaun-Rübe, Gichtrübe.* Baccis rubris frequentior eſt Gieſſæ & in Haſſia quæ a nigra baccarum, & radicum colore & foliis differt. Dicitur etiam *Raſſ-Wurtzel*, quia radix hujus plantæ rabiem inferre creditur, alias ſolum externe impoſita alvum valde movet, non ſecus ac radix Cyclaminis, quæ officinis Artanita dicitur, & ex qua paratur unguentum de Artanita.

BRYONIA Ceylanica HERM. In hortis curioſorum.

Plantæ a Pepone ad Bryoniam uſque recenſitæ duorum generum flores habent, alios majores, ſteriles, meris ſtaminibus refertos, alios minores, fecundos, embryoni inſidentes.

SOLANVM officinarum, acinis nigricantibus C. B. P. 166. *Solanum vulgare acinis nigris* J. B. In hortis & cultis locis frequens floret Junio & Julio. Foliis inſi-

gniter variat, aliquando ad Chenopodium accedentibus, anguloſis & non anguloſis. *Nacht-Schatten, Sau-Kraut.*

SOLANVM officinarum, acinis luteis C. B. P. p. 166. *Solanum hortenſe, ſive vulgare acinis luteis* J. B. Recte hanc plantam a prima diſtinxit Bobartus & Moriſon. & Dill. in horto Elthamenſi T. 274. & 353. Cum præcedente, ſed rarius, reperitur nonnunquam *auf der Inſul und* in ſcrobibus *zwiſchen Borſtendorff und Dornburg*, cum Xanthio; *auch vor den Johannis-oder Erfurtiſchen-Thor* ad parietes hortorum & ſcrobes floret æſtate & autumno in brumam usque; *iſt überall bey Wittenberg.* [in poſth. circa *S. Micheln.*] Caules hujus aſperi, veluti ſpinoſi. [folia multo, quam in vulgari hirſutiora. In hybernaculis vidi perennare.]

SOLANVM ſcandens, ſeu Dulcamara C. B. P. p. 187. *Glycypicros, ſive amara dulcis* J. B. 2. 109. *Dulcamara* Dodon. Pempt. 402. Dulcamara foliis ad baſin auriculatis variat, quæ a Matthiolo ſub tit. Vitis ſylveſtris exhibita eſt. In ſepibus & ſalicetis floret Junio & Julio. German. *Je länger je lieber. Hindſch-Kraut.*

SOLANVM ſcandens, ſeu Dulcamara flore albo C. B. P. 167 cum præcedente; ſed rarius v. g. *bey der neuen Schencke.* [abunde *Walkenriede* ad ſtagnum.]

SOLANVM ſcandens, foliis variegatis H. R. Par. præcedentis eſt varietas, & occurrit in horto Medico.

SOLANVM fruticoſum, bacciferum C. B. P. p. 166. *Strychnodendros* J. B. 3. 614. *Pſeudo-capſicum* Dodon. Pempt. 718. In hortis, ubi Amomum Plinii, vulgo dicunt. Floret Julio.

SOLANVM tuberoſum, eſculentum C. B. P. 167. Prodr. p. 87. *Papas americanum* J. B. 3. 621. Germ. *Tartuffeln oder Erd-Aepffel.* In hortis variis totius Germaniæ floret Julio & Auguſto. Inepte a quibusdam hæc planta, nec non ſolo radice tuberoſa, cum Cyclamine confunditur.

SOLANUM ſpinoſum, indicum, flore Borraginis H. R. Pariſ. *Solanum foliis, & caule ſpinoſis* Moriſ. H. R. Bleſ. In horto Medico & aliis floret æſtate. Ab hoc Solanum indicum, folio ſinuoſo, aculeis atro-purpureis inſtructo Tournefort. Inſtit. p. 149. parum vel nihil differt.

MANDRAGORA Mas Camer. Epit. Matth. pag. 379. Germ. *Allraun-Männlein. Mandragora* off. In hortis Curioſorum aliquando occurrit, ſed raro florens conſpicitur.

LYCOPERSICUM majus flore multifido. Lycoperſicon Galeni Anguill. 217. *Solanum pomiferum, fructu rotundo, ſtriato, molli* C. B. P. p. 167. *Mala aurea, odore fœtido, quibusdam Lycoperſicon* J. B. 3. 620. *Aurea mala* Dodon. Pempt. 448. In hortis variis, ubi vulgo Poma amoris dicuntur, floret æſtate.

LYCOPERSICON minus flore quinquefido, Lycoperſicon *fructu rubro, non ſtriato* Tournefort. Inſtitut. 156. cum præcedente frequens floret æſtate. Ab hoc minime differt *Lycoperſicon fructu Ceraſi rubro* Tournef. *Solanum racemoſum, Ceraſorum forma* C. B. Pin. 167. J. B. 3. 623.

CAPSICUM ſiliquis longis, propendentibus Tournefort. p. 152. *Piper indicum, vulgatiſſimum* C. B. P. p. 102. In hortis variis floret Junio & Julio. Germani *Spaniſchen Pfeffer* appellant; De hoc videatur Frater Gregorius de Rhegio, qui integrum Tractatum de hac planta, eiusque ſpeciebus conſcripſit.

ALKEKENGI Tournefort. *Halicacabum* Rivini Germ. *Jüden-Kirſchen oder Boborellen. Solanum veſicarium* C. B. P. p. 166. In vineis paſſim floret Junio & Julio. *Solanum halicacabum vulgare* J. B. 609.

ALKEKENGI foliis Chenopodii.

ALKEKENGI foliis Stramonei, hæ ſpecies, vel potius varietates occurrunt prope ſepes *zu Lichtenhayn.* [Varietates.]

ALKEKENGI indicum, majus Tournefort. *Solanum veſicarium* C. B. P. p. 166. *Solanum, ſive Halicacabum indicum* J. B. 3. 609. *Halicacabum, ſive Solanum indicum* Camerarii Hort. Tab. XVII. In horto medico floret Junio & Julio.

ALKEKENGI majus, floribus & fructibus verticillatis. *Solanum ſomniferum Veterum* & Camerar. Epit. Matth. p. 377. in hortis Curioſorum floret Julio

LILIVM convallium Tournefort. & officinarum. *Flos convallium* Rivini. *Lilium convallium album* C. B. P. p. 304. *Lilium convallium vulgo* J.B. 3. 531. Germ. *Mayen-Blümlein.* Naſcitur copioſum *im rauhen Thale* & aliis nemoribus.

LILIVM convallium, flore rubente C. B. P. 304. J. B. 3. 533. *Lilium convallium, floribus ſuave rubentibus* Lobel. Icon 173. In hortis variis floret cum præcedente. [Varietas].

POLYGONATVM latifolium, vulgare C.B.P. p. 303. *Polygonatum, vulgo Sigillum Salomonis* J. B. 3. 529 & officinarum. Germani *Weiß-Wurtz* appellant. In ſylvis frequens v. g. *bey Cluſewitz* floret Majo.

POLYGONATVM latifolium, flore majore, C. B P. p. 303. *Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis* J. B. 3. 529. *Polygonatum latifolium* II. Cluſii in Hiſt. 276. *bey Coſpida und auf dem Fuchs-Berge* inter frutices, floret cum præcedente.

POLYGONATVM latifolium, flore duplici, odoro Hort. Reg. Pariſ. *Sigillum Salomonis, flore pleno* Acad. Reg. Pariſ. 115. In hortis Curioſorum occurrit, floret cum præcedente. Cujus varietas eſt.

POLYGONATVM anguſtifolium non ramoſum C. B. Pin. p 303. *Polygonatum anguſtifolium* J. B. 3. 531. *Polygonatum alterum* Dodon. Pempt. In ſylvis montoſis v. g. *auf dem Enſels* vel vulgo *Inſels-Berge bey Waltershauſen*, ubi variæ proveniunt aliæ plantæ rariores, quas in ſeqq. paſſim annotavimus. *Auch bey Hirchen-*

 *han*

*han und aufm Feld-Berge.* [Gottingæ in omnibus ſylvis.] Floret cum vulgari, ſed paulo ſerius.

GVAIACANA T. & Ballonii. *Lotus africana latifolia* C. B. P. p. 447. *Guajacum* Hortulanorum & Cordi in hiſtor. In hortis curioſorum æſtate floret.

ARBVTVS Dioſcoridis & T. Arbutus folio ſerrato C. B. p. 460. *Erd-Beer-Baum.* In hortis Curioſorum æſtate floret. In Græcia in arborem vaſtæ magnitudinis adoleſcit, nobis fruticat.

VACCINIVM Rivini. *Vitis idæa* Tournefortii. *Vitis idæa, foliis oblongis, crenatis, fructu nigricante* C. B. P. p. 470. *Vitis idæa anguloſa* J. B. 1. 520. *Vitis idæa ſive Myrtillus* Tabernæm. Icon. 1078. In ſylvis paſſim, in ſpecie *nach dem Vogtlande hin, und nach Hummelshayn, auch nach dem Hartz hin, und bey groſſen Oebrig.* [mox ſupra *Bürgel* & verſus *Schleſreiſen.*] Germ. *Heidel-Beeren.* Floret Majo.

VACCINIVM foliis oblongis crenatis fructu albo. *Weiſſe Heidel-Beeren.* In ſylvis *bey Cölln*, cum vulgari floret. [Varietas.]

VACCINIVM foliis Buxi, ſemper virens, *baccis* rubris. *Vitis idæa foliis ſubrotundis, non crenatis, baccis rubris* C. B. Pin. p. 470. *Vitis idæa ſemper virens, fructu rubro* J. B. 1. 522. *Vaccinia rubra* Lobel. Icon. p. 109. cum præcedente, *bey Städtgen Rode und Schleſreiſen*, paſſim floret, toto viretque anno. Germani vocant *Preuſſel-Beeren.*

VACCINIVM altiſſimum, foliis ſubrotundis, exalbidis. *Vitis idæa magna quibusdam, ſive Myrtillus grandis* J. B. 1. 518. *Vitis idæa, foliis ſubrotundis, exalbidis* C. B. P. p. 407. cum præcedentibus *hinter Schleſreiſen* [& prope *Bolwerk*] *im Walde bey den Teichen* cum Oxycocco, ubi *Trunckel-Beeren* vel corrupte *Tunckel-Beeren* appellant, quia baccæ vim inebriandi habent; floret Majo & Jun.

MOSCHATELLINA Tourn. *Ranunculus nemoroſus, Moſchatellina dictus* C. B. P. *minimus Ranunculus ſeptentrio-*

*trionalium, herbido, muſcoſo flore, & Moſchatella Cordi* Lobel. *an denen Hecken bey Städtgen Rode und Haynbüchen,* Lipſiæ ubique ad ſepes, *auch* in horto medico, floret Martio & Aprili.

GROSSVLARIA ſimplici acino, vel ſpinoſa, ſylveſtris C. B. Pin. 455. *Uva criſpa ſ. Groſſularia* J. B. 1. 47. in ſepibus frequens floret Aprili. Foliis glabris & hirſutis variat.

GROSSVLARIA ſpinoſa, ſativa C. B. P. p. 445. *Stachel-Beeren, Kloſter-Beeren.* In hortis frequens floret Martio & Aprili. [LINN. pro varietate.]

GROSSVLARIA ſpinoſa, ſativa, altera, foliis latioribus C. B. Pin. p. 445. *Groſſularia ſpinoſa, fructu obſcure purpuraſcente* J. B. 1. 48. etiam fructu hirſuto reperitur: a quo nota diſtinctionis petitur. *Rothe Stachel-Beeren, Kloſter-Beeren,* cum præcedente, & aliis variis Groſſulariæ ſpeciebus floret cum ſylveſtri.

GROSSVLARIA multiplici acino, ſive non ſpinoſa hortenſis, rubra, ſive ribes officinarum C. B. Pin. 455. *Ribes vulgaris, acidus, ruber* J. B. 2. 97. *Ribes hortenſe* Trag. *Ribes Arabum* Lob. *Ribeſium fructu rubro & Ribes Serapioni* Dodon. *Uva urſi Galeni, Groſſularia rubra,* Lugd. *Ribes vulgaris baccis rubris* Camerar. Varia adhuc nomina invenies apud Matthiolum, a Caſp. Bauhino edit. nec non in Tabernæmontano & aliis. *Iohannis-Beeren, Iohannis-Träublein,* quia plerumque circa feſtum S. Iohannis matureſcunt. In hortis frequens reperitur.

RIBES hortenſis fructu majori rubro C. B. *Groſſularia hortenſis fructu maiori rubro* C. B. p. 455. Cum præcedente in hortis. Baccis etiam variegatis reperitur. [Varietas.]

GROSSVLARIA hortenſis majore fructu albo H. R. Pariſ. *Gr. hortenſis fructu margaritis ſimili* C. B. *Ribes maiore fructu albo.* Germ. *Weiſſe Iohannis-Beeren.* In hortis paſſim floret Aprili. Fructu quoque carneo interdum proſtat. [Varietas].

GROSSVLARIA vulgaris, fructu dulci C. B. P. 455. Cluſ. hiſtor. 120 *Ribes alpinus, dulcis* J. B. 2. 98. Provenit in ſepibus *bey Dornburg*; copioſius vero *auf dem Enſels-Berge*; copioſiſſime *bey Kuh-Cöllen an denen Hecken*, & ubique fere in ſylvis *am Hartze bey Ilefeld, wie auch in Schmoniſchen Gebürgen und Hecken*. [abunde in M. *Hertzberg & Stolbergæ*] Hortulani vendere ſolent hunc fruticem pro planta ferente uvas Corinthiacas.

GROSSVLARIA non ſpinoſa, fructu nigro majore C. B. Pin. 455. *Ribes niger vulgo dictus folio olente*, J. B. *Ribeſium fructu nigro* Dodon. Pempt. 749. In hortis Curioſorum v. g. *zu Altenbergen, wie auch im Stadt-Graben hinter dem* Collegio. [& Weendæ prope Gottingam ad rivum]. Hujus frutex Germanis *Gicht-Baum* dicitur, illumque ſuperſtitioſe certis temporibus transplantant, contra arthritidem. Habent etiam pro ſpecifico lithontriptico.

MELOCACTVS Indiæ occidentalis C. B. *Melocactus echinatus* Tabern. *Echinomelocactus* Lobelii. In hortis botanicis ſed rarius floret. Interius lanugine, quadam referta eſt hæc planta.

MELOCACTVS minor & lacteſcens cum præced.

# CLASSIS II.

DE

## PLANTIS FLORE REGVLARI DIPETALO GAVDENTIBVS.

STELLARIA aquatica Raji in Meth. emend. p. 93. *Stellaria aquatica* Lobel. icon. *Fœniculum aquaticum, ſtellatum* Tabern. In ſcrobibus & aquis ſtagnantibus

tibus frequens floret Julio. Floſculos habet in foliorum alis ex duobus corniculatis ſtaminibus, quæ petala complicata pariter bina ambiunt, conflatos, capſulam compreſſam, quatuor lineis altius impreſſis quadripartitam, folia ſummis aquis innatantia, conferta, ſtellam quodammodo referentia, unde nomen; quæ vero aquis immerſa, anguſtiora multo ſunt. Hujus plantæ accurata & graphica Deſcriptio vid. apud J. Bauhinum.

STELLARIA minor, foliis ſubrotundis, conjugatis. *Lenticula paluſtris, bifolia, fructu tetragono* C. B. P. 362. *Callitriche Plinii* F. Columnæ. In locis, ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, cum Plantaginella floret æſtate.

[STELLARIA foliis linearibus, apice reſecto *Enum. Helv.* p. 198. Lenticula paluſtris anguſtifolia folio in apice biſecto. LOES. p. 140. ic. 38. Cum prioribus.]

CIRCAEA Lutetiana Lob. Icon. 266. major Park. *Solanifolia Circæa dicta major* C. B. P. 168. *Ocimaſtrum verrucarium* J. B. 2. 977. In ſylvis; copioſa circa Lipſiam *in dem Roſenthal und Gonnewitzer-Holtz, bey Wittenberg in der Probſtey, und bey Gieſen im Steltzen-Morgen.* [& in ſylvis trans *Rode*] Quæ vero in monte ſylvæ Thuringicæ altiſſimo vulgo *der Enſels-Berg* dicto occurrit, a ſequente, non niſi magnitudine differt.

CIRCAEA minima F. Columnæ in Ecphraſ. P. 2. 80. *Solanifolia Circæa alpina* C. B. P. 168. Diverſa foliis glabris, crebrius & argutius inciſis, caule humiliori, calyce colorato rubello. *Im Walde, wo man nach der neuen Schencke nach Zölnitz gehet, und in denen Holtz-Schlägen zwiſchen Hummelshayn und der frölichen Wiederkunft, auch auf der Walters-Wieſen hinter Prieſſnitz,* Floret Junio Jul. & Auguſto. Occurrit etiam in horto medico.

# CLASSIS III.

## DE PLANTIS FLORE REGVLARI TRIPETALO GAVDENTIBVS.

### I. *Semine nudo unico.*

LAPATHVM exoticum, folio ampliſſimo, inſtar foliorum Braſſicæ. *Rhabarbarum* Tournefortii. In hortis floret Jun. & Jul. Cur hujus florem Tournef. monopetalum aſſerat, & non omnium aliorum Lapathorum ſimilem, rationem non video. a)

LAPATHVM hortenſe, folio oblongo, ſive ſecundum Dioſcoridis C. B P. 114. *Lapathum ſativum, Lapas* J. B. 2. 985. *Lapathum ſativum* Dod. Pempt. 648. In hortis variis floret æſtate; Hanc ſpeciem Tabern. in iconibus p. 434. *Hippolapathum ſativum* appellat, a vulgo hortulanorum dicitur herba patientiæ, Germ. *Das Kräutlein* Patientia. it. *Zitter-Wurtzel.*

LAPATHVM folio acuto, plano C. B. P. 115. *Lapathum acutum, ſive Oxylapathum* J. B. 2. 983. & officinarum. Germ. *Grind-Wurtz, oder Halb-Pferdt, Pferdts-Ampfer, halbe Gäule, wilde Rhebarber.* De hujus plantæ virtutibus contra ſcabiem vid. Sim. Pauli Botan. quadripartito, ſed cutim luteo tingit colore, non facile eluendo. In pratis agriſque frequens: floret Jun. & Jul.

LAPA-

a) Difficile eſt RVPPIVM excuſare, Rheo enim omnino flos monopetalos eſt, & ſtamina novem, cum ſex in Lapatho ſint todidemque calycis foliola.

LAPATHVM folio acuto, criſpo C. B. P. 115. *Lapathum acutum criſpum* J. B. 2. 988. & Tabern. icon. 436. cum præcedente.

LAPATHVM folio acuto, rubente C. B. P. 114. *Lapathum ſanguineum, ſive ſanguis Draconis herba* J. B. Chabræi p. 310. *Erythrolapathum* Camerar. Epit. Matthiol. pag. 132. In horto medico cum præcedentibus.

LAPATHVM minimum C. B. P. 115. Tabern. icon. 437. *Lapathum acutum, minimum* J B. 2. 985. Ad ſcrobes, ſed rarius, floret cum præcedentibus.

LAPATHVM ſylveſtre magnum, vulgare J. B. *Hippolapathum ſylveſtre* Tabern. Icon. 436. Ad ſcrobes *im groſſen Paradieſs* floret cum præcedentibus.

LAPATHVM maximum, aquaticum Chabr. p. 309. J. B. 2. *Lapathum aquaticum, folio cubitali* C. B. P. 116. *Lapathum paluſtre* Tabern. icon. 437. *an denen Teichen bey Lobada.* Floret cum præcedentibus. De hac planta vid. Abraham Muntingius in Tr. peculiari, ſub tit. herbæ Britannicæ veterum.

LAPATHVM aquaticum, minus J. B. apud Chabr. p. 309. *Lapathum aquaticum, minus* C. B. P. 116. *Hydrolapathum minus* Tabern. Icon. 438. *Auf denen Wieſen bey Wenigen-Iena* & in foſſis *im kleinen Paradies* floret cum præcedentibus.

LAPATHVM hortenſe latifolium C. B. P. 115. *Lapathum majus l. Rhabarbarum monachorum* J. B. In hortis variis floret æſtate. Lapathi vocem longe pronunciandam eſſe volunt aliqui, non ſecus ac vocem Scordium, quod Borrichio, Smetio aliisque Poëtis Medicisque ulterius indagandum relinquimus. a)



a) Cæterum Lapatha tripetala facit RVPPIVS, invita natura. Pari enim jure Liliaceas omnes tripetalas faceret, quarum folia interiora ſemper aliquo modo ab exterioribus diſtinguuntur. Deinde nimis notum eſt Lapatha apetalo flore eſſe, & relinqui debuiſſe cum Fagopyro, Atriplice &c.

LAPATHUM folio acuto, flore aureo C. B. 114. *Lapathum anthoxanthon* J. B. 2. 987. *Lapathum ſylveſtre IV. genus* Dalechamp. Lugd. 603. In locis humidis, *bey Leipzig und VVittenberg, auch bey Gotha, an der ſalzigen See, und Kloſter Lutſchen, auch bey Karſsdorff an der Unſtruth*, vbi per hyemem aquae ſtagnarunt, floret Jul. & Aug. a)

LAPATHUM folio minus acuto C. B. P. 115. *Lapathum vulgare, folio obtuſo* J. B. 2. 984. Ad ſcrobes & ad ſepes locis humidis frequens v. g. in ſalicetis *nach VVenigen-Iena zu*, floret Jul. Hanc ſpeciem Heucherus Novis Proventibus Hort. Med. Witenb. præfixit ſub titulo Herbæ patientiæ. b)

ACETOSA pratenſis C. B. P. 114. *Oxalis vulgaris* J. B. 2. 989. In pratis frequens floret Jun. Germ. *Sauer-Ampfer*, quaſi lapathum acidum dicas. Belgæ *Sur* vocant & differt a Lapatho ſtaminibus a piſtillis communiter tota planta remotis.

ACETOSA foliis criſpis C. B. P. 114. cum præcedente, ſed rarius. [Varietas]

ACETOSA hiſpanica, maxima Camerarii; An *Acetoſa montana maxima* C. B. P. 114. *Oxalis ſylvatica maxima* J. B. 2. 990. *Im Fürſten-Garten* floret cum vulgari. [Varietas ex ſylva Hercynica]

ACETOSA arvenſis, lanceolata C. B. P. 124. In agris lapidoſis *nach Rode und Hummelshayn zu*, floret Majo. Foliis valde variat, hinc tot figuræ apud Tabern. quandoque & hamis deſtituuntur, hinc *Acetoſa arvenſis mi-*

a) Diſtinctum videtur. Valvulæ ſeminis inter flores ſerratæ & ciliatæ. Verticilli denſiſſimi diſtantes, folia perangusta. Gottingæ prope *Holtenſen*.

b) Diverſum eſt ſeminis involucris dentatis, & a proxime priori folio obtuſo ſeparatur. Reliqua Lapatha RUPPII omnia ejusdem plantæ varietates ſunt, ſeminis involucris interioribus non dentatis.

*minima*, *non lanceolata*, C. B. P. 114. *Oxalis minima* II. Tabern. icon 441.

ACETOSA americana foliis longiſſimis pediculis donatis C. B. P. 114. Prodr. 54. *Oxalis africana* J. B. 2. 992. *Acetoſa veſicaria peregrina* Eyſtett. In horto medico floret Jun.

ACETOSA arboreſcens, ſubrotundo folio, ex Inſulis fortunatis Plükenet. Almageſt. Botan. & Phytograph. Tab. 252. *Lunaria magorum Arabum* PONAE in *Baldo* & CHABR. p. 312. In horto medico floret Majo.

ACETOSA Ocymi folio βουκεφαληφορω FAB. COL. *Acetoſa annua* MVNTINGII. In hortis Curioſorum æſtate floret.

ACETOSA repens Weſtmorlandica, Cochleariæ foliis apicibus nonnihil ſinuatis PLVKNET phytogr. T. 252. Ibidem.

ACETOSA rotundifolia, hortenſis C. B. P. 114. Oxalis, folio rotundiore, repens J. B. 2. 991. Oxalis rotundifolia Dod. Pempt. 649. In hortis frequens floret Jun. & in muris *Saxenhuſæ* e regione Francofurti ad Mœnum ſponte provenit. a)

## II. *Seminibus nudis ternis.*

TRIGLOCHIN Rivini. *Juncago* Tournefort. *Gramen junceum*, *ſpicatum*, *ſeu Triglochim* C. B. P. 6. *Hyacinthi parvi facie gramen Triglochin* J. B. 2. 508. In pratis juxta ſemitas cum Junco bufonio frequens v. g. *im groſſen Paradieß und nach Ziegenhayn.* Floret Jun.

TRIGLOCHIN maritimum fructu breviore & craſſiore. *Gramen maritimum ſpicatum alterum* Lob. icon. 17. *Gra-*

a) Omnes Acetoſæ Lapatha ſunt, flore, fructu, habitu. In poſthumis equidem ſeparat RVPPIVS floribus a fructibus tota planta diſtinctis. Sed Acetoſæ aliæ ſtaminibus & fructu conjuncti reperiuntur, uti 5. & 6. ſpecies *Enum. Helv.*

*Gramen ſpicatum alterum* C. B. P. pag. 6. Triglochin vocatur a ſeminibus nudis ternis, inſtar ſagittæ barbatæ a baſi ad apicem dehiſcentibus vid. fig. in Domin. Chabræi Sciagraph. ſtirpium. p. 190. cum alieno nomine. Ad lacum ſalſum (*an der ſaltzigten See bey Langenbogen*) frequens floret cum vulgari, cum quo Tournefortius confudit. [Hujus fructus craſſior, ex quinque ſiliculis conponitur.]

## III. *Seminibus nudis plurimis.*

ALISMA Rivini & Cordi. *Plantago aquatica latifolia* C. B. P. 190. *Ranunculus paluſtris, Plantaginis folio ampliore* Tournefort. Inſtit. p. 292. In paluſtribus frequens floret Junio. *VVaſſer-VVegerich, Froſch-Löffel-Kraut.*

Obſ. Aliſma & Sagitta a Tournefortio ſunt relata ad Ranunculos, ſed reclamat flos regularis tripetalus conſtanter, qui in aliis Ranunculi veri ſpeciebus eſt pentapetalus, propterea non ſunt confundendæ plantæ hanc florum conſtantem diverſitatem obſervantes. Tournefortius enim non ſolum has plantas, ſed & Adonidem atque Hepaticam, Chelidoniumque minus offic. huic admiſcuit, quamvis notiſſimum ſit, quod hæ plantæ florem habeant regularem polypetalum, non ſecus ac Nemoroſa.

ALISMA anguſtifolium. *Ranunculus paluſtris, Plantaginis folio anguſtiore Tournefort.* p. 292. *Plantago aquatica, anguſtifolia* C. B. P. 190. *Plantago aquatica minor* Tabernæm. Icon. 374. cum præcedente. [Varietas]

SAGITTA aquatica, major C. B. P. 194. *Sagitta* J. B. 3. 789. *Sagitta major* Tabernæm. icon. 743. In aquis ſtagnantibus *bey Löbſtädt und Wenigen-Iena, auch bey Kuniz, und im groſſen Paradieſe.* Floret Jun. & Jul. Hujus radix eſt gramen bulboſum, aquaticum C. B. Prodr. uti recte obſervavit Joh. Rajus in ſupplemento hiſtor. plantar. & apud Japones eſculenta eſt, uti teſtatur Kæm-

pferus amœnit. exot. faſcic. V. pag. 827. ſub nomine Boſſai.

SAGITTA aquatica minor, latifolia C.B.P. 194. *Sagitta* J.B. 3.789. *Sagitta minor* Tabern. icon. 743. *Ranunculus paluſtris, folio ſagittato, minore* Tournefort. Inſtit. p. 294. cum præcedente.

SAGITTA aquatica, minor, anguſtifolia C. B. P. 194. *Sagitta minor, anguſtifolia* J. B. 3.790. Tabernæm. Icon. 744. *Ranunculus paluſtris, folio ſagittato, anguſtiore* Tournefort. cum præcedentibus, a quibus forſan ſpecie non differt. [Varietates] Sagitta ab Aliſmate differt floribus ſexu differentibus.

## *IV. Seminibus tectis capſula.*

### (1) TRIPARTITA.

TRADESCANTIA, ſive Ephemerum Virginianum. *Ephemerum virginianum, flore cœruleo, minore* Tournefort. p. 368. *Phalangium ephemerum, virginianum Iohannis Tradeſcanti* Parkinſ. Parad. 15. *Allium, ſive Moly virginianum* C. B. Pin. Append. p. 516. *Im Fürſten-Garten* floret Majo & Jun. Floris colore variat, hinc Ephemerum virginianum flore candido, mox cœruleſcente Tournefortii c. l. Phalangium virginianum, flore candido, mox cœruleſcente Hoffmanni Flor. Aldorff. Ab hac planta omnino differt Ephemerum Africanum Hermanni, quod florem habet irregularem tripetalum, & quod Plumerius ſub nomine Commelinæ exhibuiſſe videtur, quas plantas etiam Tournefortius a) & Rajus confundunt. Vid. Paulus Herm.

MORSVS ranæ foliis Aſari. *Nymphæa alba, minima* C. B. Pin. pag. 193. in aquis ſtagnantibus & foſſis *bey Leipzig, Wittenberg und Franckfurth am Mayn* frequens, floret tota æſtate. Fructus hujus plantæ raro deprehenditur, ſed obſervavit Tournefortius, hanc plantam dupli-

a) Injuſta accuſatio. TOVRNEFORTIVS enim Commelinas nullas ſuo generi Ephemerorum admiſcuit.

plicis generis flores proferre, alteros quidem ſteriles, alteros vero fœcundos, & eos quidem tota planta ab invicem remotos; vide Johrenii vade mecum botanicum & Knauthium.

Huc ſpectat juxta Johrenium Aloë Aquatica C. B. quæ in ſtagnantibus Bataviæ & foſſo Wittenbergenſi frequens eſt prope portam *Elſter-Thor* dictam, et in *Sprea* prope *Coloniam Brandenburgicam.*

(2) CAPSVLA SEXPARTITA.

ASARVM Dioſcoridis, & officinarum ut & J. B. 3. 548. In ſylvis paſſim v. g. *im rauhen Thale und im Coſpidaiſchen Holze*, & *M. Kunizberg*, floret Aprili. Germ. *Haſel-Wurz.* Aſarum Europæ provinciis commune, nullas agnoſcit varietates, & ſolum foliorum magnitudine ludit. De Aſaro vero Virginiano vid. S. Dale.

V. SEMINE S. OSSICVLO VNICO BACCA TECTO.

PALMA major C. B. p. 506. *Palma dactylifera* LINSCHOTEN. In hortis ex oſſiculis officinarum ſatis provenit, ſed tarde adoleſcit.

PALMA minor C. B. *Palma humilis* Matth. Cum præcedente. Huic folia ſunt flabelli forma.

*VI. Seminibus tectis bacca.*

CHAMELAEA tricoccos C. B. Pin. 462. J. B. 1. 548. *Chamelæa* Dodon. Pempt. 363. In hortis aliquando culta obvia floret Majo.

# CLASSIS IV.

## DE PLANTIS FLORE REGVLARI TETRAPETALO GAVDENTIBVS.

*I. Semine nudo unico.*

TRIBVLOIDES Tournefort. *Tribulus aquaticus* C. B. τρίβολος ἔνυδρος Dioſc. Germ. *Stachel-Nüſſe*, *Waſſer-*

*Waſſer-Nüſſe*, in ſtagnis & piſcinis *bey Wittenberg und Coßwick; auch im Vogtlande;* [in Alſatia, & circa Spiram v. g. circa Gernsheim.] floret Jun. vid. Hort. Malabar. ubi etiam hujus plantæ figura reperitur, ſed ſine flore & fructu, & Camerar. Epit. Matthiol. p. 333. Copioſa eſt hæc planta *bey Altenburg und Ronneburg, auch bey Weida*, unde ipſius fructus venales aliquando apportantur. Magnitudine fructus variat; fructus ſucceſſive maturantur, non ſimul omnes, & pariter ſucceſſive diverſis vicibus colliguntur.

GLASTVM, ſive Iſatis. *Iſatis ſativa, vel latifolia* C. B. Pin. 113. *Iſatis ſive glaſtum ſativum* J. B. 2. 909. *Iſatis ſativa* Dod. Pempt. 79. In agris Thuringiæ quondam copioſum ſerebatur, poſtquam vero Anil, ſive Indigo uſus invaluit, ceſſavit maximam partem Glaſti cultura. *VVeid.* Ex hac planta paratur Color cœruleus, germanis *VVeid-Farbe* dictus, ſed quia hodie ex Oriente advehitur color Indigo dictus, vti memini, multum eviluit hujus coloris prætium. Floret Junio. Alias ex hac planta paravit Sal volatile copioſum B. Wed. qui vid. in ſingulari Tractatu de volatilitate Salis Tartari. [Male ſeparata a tetrapetalis cruciatis.]

ISATIS ſylveſtris, vel anguſtifolia C. B. P. *Iſatis, ſive Glaſtum ſpontaneum* J. B. 2. 909. *Iſatis ſylveſtris* Dodon. Pempt. 79. In aſperis v. g. *auf dem Fuchs-Berge*, it. *an der hohen Saale.* eundo verſus *Kuniz* [& *VVöllniz*] Floret Majo & Jun. [Varietas]

SANGVISORBA MAIOR, pratenſis. *Pimpinella ſanguiſorba major* C. B. Pin. 160. *Sanguiſorba major, flore ſpadiceo* J. B. 3. Part. 2. 120. *Pimpinella, ſive Sanguiſorba major* Matthioli 1033. In pratis v. g. *wo man nach Kunitz gehet*, floret æſtate Germ. *Blut-Kraut, Biebernell, Wieſen-Knöpffe.*

SANGVISORBA canadenſis, flore albo, ſpicato. *Sanguiſorba major, americana, flore albo, ſpicato* Broſſ. *Pimpinella maxima, canadenſis* Cornuti 174. In hortis Curioſorum floret æſtate.

SANGVISORBA minor, montana, lævis, hirſuta.

*Pimpinella ſanguiſorba, minor* C. B. P. 160. In montoſis, aſperis & apricis paſſim, vinearumque limitibus floret æſtate. Colitur etiam in hortis, & vini cyathis injicitur, propter odorem vinoſum, & gratum. a)

ALCHYMILLA vulgaris C. B. P. 319. Cluſii Hiſt. CVIII. *Pes leonis vel alchymilla* J. B. 2. lib. 17. 598, *Alchymilla* Dodon. Pempt. 140. In paſcuis & ſylvis v. g. *im Rauhen-Thal und Cluſewitzer Holtze*, floret Majo. *Marien-Mantel, unſer lieben Frauen Nacht-Mantel, Löwen-Fuß und Sinau.*

ALCHYMILLA montana, minima F. Columnæ Part. 1. 146. *Chærephillo nonnihil ſimilis* C. B. P. 152. *Percepierre Anglorum quibusdam* J. B. 3. p. 2. 74. In agris *bey dem Lufft-Schiffe und bey Cluſewitz*, floret Junio & Julio. [Gottingæ ubique]

ALCHYMILLA alpina, folio ſericeo, inſtar pentaphylli profunde ſecto. *Alchymilla argentina* Camerar. Epit. Matthiol. pag. 411. In hortis Curioſorum floret Jun. vid. Cluſius hiſt. plant. rar. *um das Rauben-Thal.* [Valde dubito ibi provenire plantam montium non humillimorum propriam.]

PASSERINA Tragi & J. B. 3. 456. *Thymelæa Linariæ folio vulgaris.* Tournefort. Inſtit. p. 594. *Lithoſpermum Linariæ folio Germanicum* C. B. P. 259. In agris lapidoſis & montoſis v. g. *im Rauhenthal und gegen Remd-Rothe über* floret Jul. & Aug. Sed male refertur ad Thymelæas ſive Laureolas a Tournef. [a Laureola differt fructu ſicco, cætera ſimillima.

## II. *Seminibus nudis quaternis.*

POTAMOGETON rotundifolium C. B. P. 193. *Potamogeton rotundiori folio* J. B. *Fontalis major latifolia vulgaris* Park. Germ. *Saam-Kraut.* In aquis ſtagnantibus v. g. *im Teiche um Rudersdorff, auch um denen Teichen bey Ammerbach und Krippendorff.* prope

a) Semina Sanguiſorbis duo, & ea vaſculis tecta. Alio ergo

pe *Lobſtädt* [ & *Bürgel.* ] Potamogeton dicitur ἀπὸ τῦ ποταμῦ fluvio, & γείτων vicinus, quia fluviis delectatur omne Potamogeton. Hæc ſpecies alias a quibusdam ſpicata dicitur; quia ſpicas ſupra aquam erigit. Floret Maj. & Jun. [ Huic folia dura, quæ mollia reliquis.]

POTAMOGETVM alterum Dodon. Chabr. p. 563. quaſi perfoliatum. Prope *Ruttersdorf* & *Lichtenhayn* floret Junio.

POTAMOGETON alpinus, Plantaginis folio Tournefort. *Fontinalis lucens major* J. B. 2. 776. *Potamogeton foliis latis, ſplendentibus* C. B. P. 193 cum præcedente *auf denen Kleiniſchen und Ruderdorffiſchen Teichen.* [ Gottingæ paſſim ]

POTAMOGETON longo ſerrato folio C. B. Pin. pag. 193. *Lapathum fluitans, longo, ſerrato folio* J. B 2. 988. in fluviis & torrentibus, v. gr. *in der Illme, und in der Nidela* floret Jun. a)

POTAMOGETON foliis anguſtis, ſplendentibus C. B. P. 193. *in Graben im groſſen Paradies, ohnweit VVellnitz,* floret Jul. [An forte *Potamogeton folio anguſto, pellucido fere gramineo* DILL. Syn. p. 148. an potius idem cum *Potamogetone folio longo ſerrato?* Omittitur certe iſte in poſthumis.]

POTAMOGETON foliis criſpis, ſive Lactuca ranarum C. B. P. 193. *Tribulus aquaticus, minor* Cluſii Pannon. & Hiſt. *Fontinalis criſpa* J. B. *Auf denen Raths-Teichen zwiſchen dem Löber-und Iohannis-Thore, auch an der Saal bey der Raſenmühl.* Floret Majo.

[POTAMOGETON foliis lanceolatis oppoſitis acuminatis ROYEN *flor. Leid.* p. 213. *Fontalis media lucens* J. B. III. p. 777. Perinde uti prior frequens, a qua foliis conjugatis, imbricatis facile diſtinguitur.] Videtur in poſthumis intelligi nomine Potamogetonis foliis anguſtis

E minime

a) In *Enum. ſtirp. Helv.* p. 200. male cum Alpino Plantaginis folio conjunxi, a quo vere differt foliis minus ventricoſis, & lanceolatis, cum priori ovalia ſint.

minime fimbriatis, ſarmentis rotundis C. B. P. p. 193. ubi naſci dicitur *in groſſen Paradies* verſus *Wöllnitz.*

POTAMOGETON anguſtifolium, caule compreſſo, folio graminis canini. *Potamogeton caule compreſſo, foliis graminis canini* Raji 189. vid. Merret. in Pinace; In aquis ſtagnantibus *zwiſchen Zöllnüz und Laaſsdorff.*

BOTAMOGETON puſillum, gramineo folio, caule rotundo Raji Hiſtor. 190. *Auf dem Teiche bey VVenigen-Iena*, in pratis, floret Jun.

POTAMOGETON gramineum, ramoſum C. B. P. & Prodr. p. 101. *In dem Mühl-Graben bey der Papier-Mühle, wie auch in der Leiter*, quod eſt rivulus ſ. torrens molas Jenenſium ante portam circumagens, & cuidam Jenenſium plateæ nomen largiens. Floret Jul. [Idem procul dubio ſequenti]

POTAMOGETON millefolium RAII. *Peucedanum aquaticum* TABERN. p. 178. In ſcrobibus inter *VVöllniz & Saalam*, & copioſe in foſſis prope *Sülze & Eckardsberg* [Eſt *Potamogeton pediculis florigeris longiſſimis, glomerulis florum remotis. Enum. Helv.* p. 201.

POTAMOGETON capillaceo folio, floſculis ad foliorum alas. *Potamogiton capillaceum, capitulis ad alas trifidis* C. B. Prodr. p. 101. *Graminifolia aquatica, corniculis tribus, quatuorve ad foliorum alas* Joh. Raji in hiſtor. plant. & methodo. (*Zanichellia paluſtris major* MICHELI nov. gen. plant. p. 70. T. 34. f. 1.) *In der Leiter, wie auch in einem kleinen* lacu *zwiſchen dem Rauenthal und der Ziſskau*, floret Jul.

POTAMOGETON foliis pennatis Tournefort. & Merret. in Pin. *Millefolium aquaticum, pennatum, ſpicatum* C. B. Pr. 73. *Millefolium pennatum aquaticum* J. B. 3. 783. Germ. *Säuſam.* quia folia ſetas porcinas aliquatenus referunt, *in der Saale bey der Raſe-Mühlen und zwiſchen der Schneide-Mühlen und Kamsdorff*, [abunde] floret Jul. copioſiſſime in piſcinis Ketſchavienſibus. [A Potamogetone differt petalis a calyce diſtinctis, ſeminibus quatuor non nudis, ſed loculamentis receptis.]

POTA-

POTAMOGITON foliis pennatis, alterum & ſurrectius, ad nodos florens. *Millefolium aquaticum, floſculis ad foliorum nodos* C. B. *Myriophyllum aquaticum minus* Cluſ. pann. & hiſt. In ſtagnantibus aquis *bey VVenigen-Iena und Kuniz* floret Jun. & Jul. Tournefortio in inſtitutionibus dicitur *Potamogeton floſculis ad foliorum nodos* p. 233. (Pentapteridis altera ſpecies.)

CISSAMPELOS, ſive Malaccociſſos. *Clematis hederæ folio, flore minore herbaceo* Ammanni p. 342. *Hedera Virginiana* H. L. B. In horto medico floret Jun. Radices habet flavas & ſarmentoſas.

TORMENTILLA ſylveſtris C. B. P. 326. *Tormentilla* J. B. 2. 598. Dodon. Pempt. 118. & officinarum. Flores habet communiter tetrapetalos & ſemina nuda quaterna; ſi vero aliquando contingat, quinis illam luxuriare petalis, tunc & ſemina quina producit. [Falſa obſervatio, ſemina enim plerumque ſex, aut plura producit, cum petala pene conſtanter quaterna habeat.] Alias & flore, & fructu cum Pentaphyllo magna eſt affinitas, ſed quoniam numero petalorum floris inter ſe differunt; cum Tormentillæ flos ſit reg. tetrapetalus, Pentaphylli ſ. Quinquefolii vero reg. pentapetalus, præſtat has plantas ſeparare, non ſecus ac Ranunculum & Thoram, quæ hujus etiam eſt loci; ſiquidem teſte figura Ioh. Bauhini & Dominici Chabræi florem habeat reg. tetrapetalum. In ſylvis v. g. *auf dem Forſt*, floret Jul. *Tormentill-VVurtzel, Terpentin-VVurtzel* inepte.

TORMENTILLA radice repente Tournef. *Pentaphyllum viride, minus, flore aureo, tetrapetalo, radiculas in terram e geniculis demittens* Moriſ. Hiſtor. Oxon. P. 1. 190. In ſylvis paſcuis & ericetis *hinter Hanſpitzen, und noch häuffiger nach Hummelshayn* in ericetis. Iul. & Aug. flore majore eſt & fibroſa radice.

THORA major Camer. Epit. Matth. p. 382. *Ranunculus Aſphodeli radice major.* Dalech. 1736. & Lobel. 263. *Thora folio Cyclaminis* I. B. *Aconitum Pardalianches primum ſeu Thora major* C. B. *VVolffs-VVurtz, Leo-*

 *parden-*

*parden-VVurtz.* In hortis Curioſorum flor. Maj. Iun. it. in montibus Helveticis reperitur. a)

## *III. Seminibus nudis plurimis.*

FLAMMVLA Dod. Pempt. 404. *Clematis, ſive Flammula ſcandens, tenuifolia alba* J. B. Chabr. p. 117. *Clematis, ſive Flammula repens* C. B. P. 300. *bey VVittenberg* in pratis *Bleeſerſenſibus* & verſus *Roſslau.* In dumetis. Jun. & Jul.

FLAMMVLA ſurrecta. *Clematis, ſive Flammula ſurrecta alba, Flammula Jovis quibusdam* J. B. Chabr. p. 117. *Flammula* recta C. B. Pin. 300. In horto medico, floret Junio, *Brenn-Kraut, Brenn-Wurz, Blatter-Zug,* Aquam ex hac & præcedente planta deſtillatam eſſe valde acris & urentis ſaporis teſtatur Camerar. Epit. Matthiol. p. 327.

FLAMMVLA ſepium, foliis integris. *Clematis ſylveſtris, latifolia, ad Atraginem Theophraſti referenda* C. B. Pin. 300. *Clematis latifolia integra* J. B. 2. 125. ad ſepes paſſim, floret Jun.

FLAMMVLA ſepium, foliis dentatis. *Clematis latifolia, dentata* J. B. Chabr. p. 116. cum præcedente. [cujus varietas eſt] Hujus utriusque ſemina inſtar cujusdam plumacei vel ornamenti pennati tota hyeme ſepibus & dumetis adhærent. Germ. *Lienen, Reb-Binden, Ree-Binden, Wald-Reben.* Flammula differt a Clematide ſeminibus caudatis.

FLAMMVLA pannonica, erecta, folio Vincetoxici, flore amplo. *Clematis pannonica ſurrecta, flore cœruleo* J. B. Chabr. p. 118. *Clematis cœrulea erecta* C. B. P. 300. vid. hujus plantæ elegans deſcriptio & figura in C. Cluſ. hiſt. plant. per Pannoniam naſcentium p. 293. In horto medico & S. Principis floret Jun.

CLEMATIS, flore ſimplici. *Clematis, ſive Flammula, flore*

a) Ex mala icone tetrapetalum florem facit RVPPIVS. Nam pentapetalos eſt nihil, a Ranunculis diverſus. Sed & Tormentilla

*flore purpureo & cœruleo ſcandens* J. B. Chabr. p. 117. Clematis a Flammula differt ſeminibus non papposis, quæ in Flammula ſunt quodam pappo criſtata; (tubis nempe plumoſis) In horto medico floret Jun. & Jul.

CLEMATIS purpurea flore pleno, ſcandens Chabr. p. 117. *Clematitis cœrulea, flore pleno* C. B. P. 301. In hortis floret cum præcedente: Semina hujus plantæ non ſunt papposa, adeoque recte ſeparatur a Flammula.

THALICTRVM pratenſe, majus Thalictrum pratenſe, anguſtifolium C. B. Pin. 337. J. B. 3. 487. In pratis *an der Unſtruth bey Laucha* cum Lathyro paluſtri & Scordio, *auf denen Oberdorffiſchen Wieſen.* a) Floret Junio. *VVieſen-Raute.*

THALICTRVM montanum, *Thalictrum minus* C. B. P. 237. In vineis, montiumque pratis paſſim floret Jun. v. gr. *auf dem Hauß - Berg, Gleiß - Berg*, (*und Fuchßberg*, & verſus *Coſpida* ſupra *Sülzam.*)

THALICTRVM majus, flavum, ſtaminibus luteis, vel glauco folio C. B. Pin. 336. *Thalictrum ſpecioſiſſimum, glaucum, ſemine & caule ſtriato* J. B. 3. 486. in hortis Curioſorum floret Majo. Hujus radicem quidam Rhizopolæ inepte pro Rhabarbaro venditant.

THALICTVM alpinum, Aquilegiæ foliis, florum ſtaminibus purpuraſcentibus Tournef. *Thalictrum majus, folliculis anguloſis, caule lævi* I. B. 3. 487. Peganum quorundam, in horto Sereniſſ. Principis floret Majo.

THALICTRVM majus, ſiliqua anguloſa aut ſtriata C. B. Pin. 336. *Thalictrum nigrius, caule & ſemine ſtriato* I. B. 3. 486. In horto medico floret Majo.



a) [Sub *fonte principum* verſus *Wöllniz.* Sed eſt *Thalictrum majus ſiliqua ſtriata* C. B. In poſthumis loco hujus nominis ponit *Thalictrum majus non ſtriatum* C. B. P. & in pratis verſus *Kamburg* & *Halam* rarius ait provenire. Neque tamen ideo credo a Thalictro vulgo in Helvetiæ pratis naſcente, ſiliqua anguloſa vel ſtriata, diverſum eſſe.

## IV. *Seminibus tectis capſula.*

### (1.) SIMPLICI.

PAPAVER hortenſe, ſemine albo, ſativum Dioſc. album Plinio. C. B. P. 170. *Papaver album* J. B. 3. 390. *Papaver album*, *ſativum* Lobelii icon. 272. In hortis & agris cum ſequentibus v. g. *bey Zwetzen*, floret æſtate. Germ. *Mohnen, Mag-Saamen*, *Mohn.*

PAPAVER hortenſe, nigro ſemine, ſylveſtre Dioſc. nigrum Plinio C. B. P. *Papaver nigrum*, *ſativum* Dodon. Pempt. 445. cum præcedente; aliquando & in hortorum purgamentis tanquam ſpontaneum occurrit.

PAPAVER hortenſe, cujus capitula foraminibus hiant, ſemine incano ἀγϱιώτεϱον Dioſc. C. B. p. 170.

PAPAVER hortenſe, flore pleno, violaceo Hort. Reg. Pariſ. Cum præcedentibus.

PAPAVER hortenſe, flore pleno, dilute violaceo, albo, incarnato, purpuraſcente miniato, albo oris rubicundis, &c. Hort. Reg. Pariſ. cum præcedentibus.

PAPAVER criſtatum, floribus & ſemine album C. B. P. 171. *Papaver fimbriatum*, *aut criſtatum*, *album* Lob. icon. 273. *Papaver fimbriatum*, *flore albo* J. B. 3. 391. In agris & hortis circa *Zwetzen*, ut & *im Fürſten-Garten.*

PAPAVER criſtatum, floribus ex albo & rubeo mixtis C. B. P. 171. Hæ aliæque Papaveris ſpecies, an varietates? in hortis paſſim coluntur, de quibus vid. Tournefort. Inſtitut. p. 231. [Varietates omnino Papaveris foliis ſimplicibus glabris inciſis LINN.]

PAPAVER erraticum majus, ῥοιὰς Dioſcoridi, Theophraſto, Plinio C. B. P. 17 . *Papaver erraticum*, *rubeum*, *campeſtre* I. B. 2. 395. In agris frequens Jun. & Jul. Germ. *Klapper-Roſen*, *Klatſch-Roſen.* Rariſſime flore albo reperi [inter *Nörten* & *Catelnburg* propius hanc arcem in agro abunde reperi a 1738.]

PAPAVER erraticum, pleno flore C. B. P. 171. *Argemone multiplex* Tragi 119. In hortis, ubi florum colore pulcherrime ludit, nempe miniato, ſanguineo, pur-

pureo, carneo, niveo ſoto, carneo per limbum albo &c. floret cum præcedente.

PAPAVER erraticum, minus C. B. P. Tabernæm. icon. 575. In agris præcipue montoſis & lapidoſis, floretque Jun. & Jul. [Varietas.]

PAPAVER erraticum, capite longiore, hiſpido Tournefort. Inſtit. p. 238. *Argemone capitulo longiore* C. B. P. 172. Lobel. Icon. 276. *Argemone capitulo longiore, ſpinoſo* I. B. 3. 396. In agris v. g. *um Zwetzen*. Jun.

PAPAVER erraticum, capite longiſſimo, glabro Tournef. *Argemone capitulo longiore, glabro*. Moriſ. H.R. Bleſ. In agris & inter ſeges *nach Sultze und Eckardsberge zu*, floret Jun. [Dimidio milliaris propius Sulza, & circa ſtagnum Walckenriedenſe, tum Gottingæ paſſim. Differt a vulgari ſpecie pilis caulis duriuſculis, appreſſis, qui molles ſunt in vulgari, & undique exſtant, tum figura capituli. Hujus capitula ab inſectis corrupta ſæpe monſtroſa intumeſcunt.

GLAVCIVM flore luteo Tournefort. *Papaver corniculatum luteum* I. B. 3. 398. *Papaver corniculatum majus* Dodon. Pempt. 441. *Gehörnter Mag-Saamen*. In horto Medico floret Jun. & Jul. & Gothæ ad vallum urbis.

GLAVCIVM hirſutum, flore phœniceo Tournefort. Inſtit. *Papaver corniculatum, phœniceum, hirſuto folio* J. B. 3. 399. *Papaver corniculatum, phœniceum, hirſutum* C. B. P. 171. cum præcedente, cujus varietas videtur [etiam LINNAEO conſentiente. Folia tamen viridia, obiter hirſuta ſunt, quæ prius albo tomento pleniſſima habet, neque colendo degenerat.]

CHELIDONIVM, ſive Chelidonia J. B. 3. 482. *Chelidonium majus* Dod. Pempt. 48. *Chelidonium vulgare majus* C. B. P. 144. Ad ſepes & muros paſſim floret Majo. German. *Schellkraut, GoldWurtz*, ab aureo ſ. croceo radicis colore & ſucco.

RAPHANISTRVM flore albo ſtriato, provenit copioſum in agris verſus Licham, verſus Rothe [et Göttingæ] ubi radices habet ſatis craſſas. Hæc eſt Lampſana ve-

terum, quæ C. Bauhino in Pin. pag. 95. dicitur Rapiſtrum flore albo, ſiliqua articulata, a qua parum differt Lampſana Apula Fabii Columnæ. Ludit enim flore ſubcœruleo & purpuraſcente. Hac paſti ſunt milites Julii Cæſaris, a Cneji Pompeji militibus in anguſtias redacti, in campis Macedoniæ. [ut creditur]

RAPHANISTRVM ſiliqua articulata, glabra, majore & minore Moriſ. Hiſtor. Oxon. p. 2. 265. *Rapiſtrum flore albo ſtriato, Sinapi agreſte, album Trago* J. B. 2. 851. cum præcedente, ſed rarius. *Gieſſæ* & *Lichæ* copioſe. [Eadem priori neque ſeparata in poſthumis]

RAPHANISTRVM ſegetum, flore luteo, vel pallido Tournefort *Rapiſtrum flore luteo, ſiliqua glabra, articulata* Raji Hiſt. 805. In agris frequens *zwiſchen Lobada und der neuen Schencke*, floret Junio, Julio & Auguſt. Germ. *Hederich*. [Solo colore diverſa]

RAPHANISTRVM diſpermum; Raphaniſtroides Knauthii. Rapiſtrum monoſpermum C. B. Prodr. 37. In agris *bey Steinburg, Bieber, Rulsdorff und Helffta* verſus *Erdeborn* copioſe Jul. Recte obſervavit Moriſonus, hanc plantam habere geminos articulos & in ſingulo articulorum ſemen ſingulum, adeoque non mereri cognomen monoſpermi. [Alterutrum tamen ſemen ſæpe abortit.] An vero novum genus a Raphaniſtro diverſum, ſub titulo Raphaniſtroides mereatur? dubito.

RAPHANVS major, orbicularis vel rotundus C.B. P. 96. *Raphanus, ſive Radicula ſativa* Dod. Pempt. 679. floribus purpureis & candidis variat, coliturque præcipue circa Erfurtum, floretque Jul. *Rettich, Radieß*.

RAPHANVS major, oblongus, cortice & albo & nigro; an hunc ſub Raphano nigro intellexerit C. B. non capio. Hoc nihil vulgatius in agris noſtris *um Zweitzen herum, und bey Erfurth*, cum præcedente floret.

RAPHANVS minor, oblongus C. B. *Radicula ſativa minor* Dod. pempt. 676. in hortis variat Vere ſeritur & vulgo *Radießgen*, quaſi parvus Raphanus vocatur. Floret Majo. [Varietas prioris.]

CHRYSOSPLENIVM foliis amplioribus, auriculatis Tournefort. *Saxifraga rotundifolia, aurea* C. B. P. 309. *Saxifraga aurea* Dod. J. B 3 707. In paluſtribus & umbroſis v. g. *bey Scheiz und Kleine,* verſus *Schleſreiſen,* it. *bey Laaßdorff in Wäldern und ſchattichten Waſſer-Fällen.* [Gottingæ paſſim & copioſe ad rivum ſuper Geismar] Aprili. Hæc planta a multis pro venenoſa habetur, ob acrimoniam, qua pollet.

SPERGVLA perennis, repens, folio gramineo læte virente. *Alſine puſilla, graminea, flore tetrapetalo. Saxifraga graminea, puſilla, flore parvo tetrapetalo* Raji Hiſt. 1026. *Caryophyllus minimus, muſcoſus noſtras.* Parckinſ. Theatr. 1340. In ſaxis aſpergine rorida madidis v. g. *bey der Schneide-Mühle unter der hohen Saale,* cum Lichene Hepatico ſtellato floret Jun. & Jul. Petala habet fugaciſſima, quæ raro conſpiciuntur; uti recte obſervavit Tournefortius in hiſtoria plantarum circa Pariſios naſcentium, hinc nomen Alſines flore fugaci, quadripetalo ab illo accepit. [Eſt *Alſine tetrapetala foliis anguſtis in origine lateſcentibus Enum. Helv.* p. 390.]

SPERGVLA graminea, annua, foliis obſcure virentibus, flore tetrapetalo. *Saxifraga anglicana, annua, alſinefolia* D. Plot. Hiſt. Oxon. *Auf der Welmeſe in alten Baum-Stöcken,* floret cum præcedente, a qua differt teneritate omnium ſuarum partium, nec non quod ſit erecta, obſcurius virens & annua. [Videtur eſſe *Alſine tetrapetala foliis anguſtis longiſſimis* l. c. In opere Helvetico p. 390. Synonyma Ruppiana commutata ſunt.]

SPERGVLA unicaulis, puſilla, foliolis latiuſculis acutis. *Alſine puſilla, pulchro flore, folio tenuiſſimo, noſtras, ſeu Saxifraga caryophylloides puſilla, flore albo, pulchello* Raji Hiſt. 1023. In apricis *bey Cala, und bey Gieſſen* ad aggeres tenui gramine veſtitos frequens eſt, v. gr. *um den Venus-Berg und das ſogenannte philoſophiſche Wäldgen,* Aprili. [Synonyma mala, ſed credo intelligere *Alſinellam foliis caryophylleis* DILL. Gieſſ. p. 47. *Alſinem vernam glabram* VAILL. P. 3. f. 3. Non aliam enim Alſinem te-

trapetalam novi, quæ foliolis latiuſculis acutis, & unicaulis ſit, neque aliam Gieſſæ legit ſolertiſſimus DILLENIVS. In opere meo p. 389. plantam Ruppii alieno loco retuli. Cæterum incommodiſſime has Alſines inter Raphanos & Braſſicas poni, nemo negabit: cum præterea Raphani ſiliqua omnino biloculari ſint.]

### (3) BIPARTITA

#### (α) *Longiori ſive Siliqua.*

BRASSICA capitata alba C. B. P. 111. J. B. 2. 826. In hortis & agris paſſim colitur, floretque Majo. *Kohl, Kohl-Kraut, Kappis-Kraut, Haupt-Kraut.*

BRASSICA alba, vel viridis C. B. P. *Braſſica alba vulgaris* J. B. 2. 829. cum præcedente. Ex hac conciſa paratur Braſſica muria condita; *Sauerkraut.*

BRASSICA alba, criſpa C. B. c. l. *Braſſica ſubauda, rugoſa* J. B. c. l. *Braſſica ſubauda* Dodon. Pempt. 624. *Wirſching*, cum præcedentibus.

BRASSICA capitata rubra C. B. P. J. B. 2. 831. Dod. Pempt. 621. cum præcedentibus. Hæc ad acetaria paranda maxime præ cæteris expetitur. Germ. *Rother Kopf-Kohl.*

BRASSICA gongylodes C. B. P. 111. *Braſſica caulorapa* J. B. 2. 829. *Braſſica caule Rapum gerens* Dodon. Pempt. 625. *Kohl-Raben*, quaſi *Kohl-Rüben*, quia naturæ quaſi mediæ videtur inter caulem ſive Braſſicam & Rapum. In agris frequens cum præcedentibus.

BRASSICA radice Napi, ſive non caulescens. *Napobraſſica* C. B. Pin. & Prodr. Germ. *Kohl-Rüben unter der Erde.* Seritur in agris *bey der neuen Schencke, und bey Zwetzen*, & floret cum præcedentibus. Huic tuber quod prior ſupra terram gerit, ſub terra reconditur.

BRASSICA fimbriata C. B. P. 112. *Braſſica criſpa, laciniosa* J. B. 2. 832. *Braſſica tophoſa* Tabern. icon. 401. Hæc pariter Germanis *Wirſching* dicitur.

BRASSICA ſelenifia, latifolia.

BRASSICA ſelenifia, anguſtifolia. Hæ pariter paſſim feruntur. v. g. *bey Zwetzen.*

BRASSICA cauliflora C. B. c. l. *Braſſica multiflora* J. B. 2. 828. *Braſſica florida, Botrytis* Lobel. Icon. 245. In hortis colitur; Semina vero hic terrarum rarius perficit, ex Italia quotannis deferenda. Germ. *Blumen-Kohl, & Chartiviol.*

BRASSICA arvenſis C. B. P. 112. *Braſſica rubra minor* J. B. 2. 833. *Braſſica ſylveſtris, Crambe dicta* Dodon. Pempt. 623. *Schnitt-Kohl.* Hæc non facile more reliquarum Braſſicarum caulefcit, ſed more Spinachiæ ſecatur: In hortis, & agris, ſed rarius; frequentius *bey Coburg.*

BRASSICA campeſtris, perfoliata, flore albo C. B. P. 112. *Perfoliata ſiliquoſa* J. B. 2. 835. *Braſſica campeſtris* I. Cluſii Hiſt. CXXVII. In agris paſſim floret Majo & Junio.

BRASSICA alpina, perennis Tournefort. Inſtit. p. 220. In montibus noſtris frequens v. g. *auf dem Kunitzer-Berge, im Rauenthale,* & alibi floret Majo; præcedenti multum ſimilis eſt, ſed perennis. a) Poſſent hæ ſpecies ad Turritim referri.

KEIRI incanum majus C. B. P. 200. *Leucojum hyemale & diu durans, etiam album* J. B. 2. 874. In hortis paſſim

a) De rara & vix cognita planta ea addere viſum eſt, quæ in ſicco ſpecimine obſervare potui. Radix longa, lignoſa, ramis crebris capillata. Folia omnia etiam ad terram glabra, ad caulem perfoliata, elliptica, acuminata, glauca, margine integro. Caulis cubitalis, non ramoſus. Flores in apice pauci. Calyx deorſum minime gibbus, tubuloſus. Petala ovalia, ſimplicia, albida. Stamina flore longiora, Silicula terminata globulo, abit in ſiliquas biunciales, ſeptum planum. Ad Cardaminen Alpinam Bellidis folio accedit, differt foliis caulem amplexantibus, minime ſerratis, ſiliqua duplo & longiori & anguſtiori. Pro ſynonymis in poſthumis exhibet RVPPIVS Braſſicam ſylveſtrem longifoliam foliis non ſinuatis C. B. P. p. 112. Braſſicam ſylveſtrem majorem latifoliam THAL. Sed etiam Braſſica ſylveſtris foliis membranaceis THALII huc revocari poteſt, & Braſſica ſylveſtris foliis

paſſim ubi *Stangen - Levcojen, Stangen - Violen* appellant. Majo.

KEIRI purpureum vel rubrum C. B. P. 200. *Leucojum hyemale, & diu durans, purpureum & roſeum* J. B. 2. 874. *Leucojum purpureum* Tabern. Icon. 309. cum præcedente. Interdum flore albo variat.

KEIRI incanum majus, coccineum. *Leucojum incanum majus, coccineum* Moriſon. Hiſt. Oxon. p. 2. 240. Cum præcedentibus, ſed rariùs.

KEIRI incanum minus. *Leucojum incanum minus* C. B. P. 200. *Leucojum æſtivum, flore purpureo & roſeo, & albo,* J. B. 2. 875. *Leucojum minus & annuum* Dodon. Pempt. 159. Cum præcedentibus. [Varietates ejusdem plantæ.]

KEIRI flore albo, odoratiſſimo, folio. *Leucojum album, odoratisſimum, folio viridi* C. B. P. 202. *Leucojum hyemale, diu durans, flore albo, folio viridi & livido, glabro* J. B. c. l. In hortis, ſed rarius.

KEIRI luteum, maximum, foliis tuberculis obſitis. *Leucojum luteum maximum, foliis tuberculis obſitis* C. B. P. 202. In hortis floret Aprili & Majo.

KEIRI luteum, magno flore. *Leucojum luteum, magno flore* C. B. P. 202. a præcedente parum vel nihil differt; hujus petala exterius rutilant. Hortulani *gülden Lack*, ut & præcedentem vocant.

KEIRI luteum vulgare. *Leucojum luteum vulgare* C. B. c. l. *Leucojum luteum, vulgo Cheiri flore ſimplici* J. B. 2. 872. In hortis frequens Aprili & Majo. Hujus flores officinas ingrediuntur. *Gelbe Violen*, naſcitur etiam in muris Ienenſibus, forſan aliquando ibidem excultum. [ Et in Baſileenſibus. ]

KEIRI luteum pleno flore maius C. B. c. l. *Leucojum luteum pleno* J. B. 2. 873. In hortis variis & ante feneſtras floret Aprili & Majo.

KEIRI flore luteo, pleno, minore. *Leucojum luteum, flore pleno, minus,* C. B. c. l. *Viola petræa, lutea, multiplex* Tabern. icon. 306. In hortis cum prioribus.

KEIRI majus, flore pleno ferrugineo &

KEIRI majus, flore pleno ex purpureo colore & aureo vario; cum præcedentibus. [Septem varietates ejusdem plantæ.]

KEIRI ſylveſtre, foliis Hieracii. *Leucojum luteum, ſylveſtre, hieracifolium* C. B. Prodr. p. 102. In dumetis *über dem Teufels-Loch, und an dem Fuchs-Berge* in vineis, *bey der Schneid-und Raſen-Mühlen.* a) Floret Aprili.

KEIRI ſylveſtre annuum foliis Myagri. *Turritis Leucoji folio* Tourn. *Myagrum ſiliqua longa* C. B. P. 109. *Myagro affinis planta ſiliquis longis* J. B. 2. 894. *Myagrum* II. Lobel. Tabernæm. Icon. 866. *Wenigen-Jenæ* inter ſalices, & in arvis verſus Winzerlam, it. in muris & ſalicetis verſus Eckardtsbergen. Julio. Leucojo Hieracii folio ſimillima, flore minori diſtinguitur & habitu valde ramoſo, & vita annua.]

HESPERIS hortenſis C. B. P. 202. *Viola matronalis* Geſneri hort. Dodon. & vulgi hortulanorum. *Heſperis tertia* Cluſii Hiſt. Icon. In hortis frequens flore candido, dilute purpureo, rubro, eoque vel ſimplici vel purpureo, rubro, eoque vel ſimplici vel pleno, ſuaviſſime olente, præcipue ſi albus fuerit, variat. Floret Aprili & Majo.

HESPERIS hortenſis, flore viridi C. B. c. l. *Heſperis hortenſis, flore viridi, ſeu abortivo* Moriſ. Hiſt. Oxon. p. 2. 251.

a) Etiam hæc planta vix nota eſt. A noſtra Heſperide lutea Helvetica facile diſtinguitur flore multo minori, caule erecto, altiori, foliis ſcabris. Huic adeo noſtro radix lignoſa: Caulis cubitalis & bicubitalis. Folia ſcabra, Turritidi Leucoji folio adfinia, ſed lingulata, rariter dentata, ſine lanceolato; Flores conferti, paulo, quâm huic Turritidi majores. Calyx albydus, tubuloſus, deorſum gibbus. Petala caryophyllea, ovalia, flava. Stamina de more inæqualia, apicibus longis ſagittatis. Tuba ſubhirſuta, brebreviter bicollis. Siliquæ circa caulem erectæ, quadrangulæ, cornu lineæ longitudine. Semina flaventia, parva, ovala, compreſſa. In monte *Altenſtollberg* ubique inter rupes gypſeas & ex Sibiria accepi. In *Enum. Helv.* p. 564. Synonyma ſub β recenſita ad hanc plantam pertinent.

251. cum præcedente v. g. *Im Fürſten-Garten.* [Eſt morbus prioris.]

HESPERIS montana, pallida odoratiſſima C. B. P. 201. *Heſperis colore ineleganti* I. B. 2. 879. *Heſperis I.* Cluſii Hiſt. p. 296 In hortis variis floret Majo & Iun. Germ. *Nacht-Violen.* a)

ALLIARIA Matthioli. *Heſperis allium redolens* Moriſ. Hiſt. Oxon. p. 2. 252. Ad ſepes paſſim floret Majo. Germ. *Knoblauchs-Kraut*, *Leuchel.*

TVRRITIS foliis inferioribus cichoraceis cæteris perfoliatæ Tournefort. Inſtit. p. 224. *Braſſica ſylveſtris, foliis circa radicem cichoraceis* Tournefort. C. B. P. 112. *Glaſtifolia cichoroides* I. B. *Turrita major* Plateau Cluſ. Hiſt. CXXVI. Ad ſepes *bey Stædtgen Roda* floret Majo. [in pago *Bürgel*] Tournefortius, uti inſpicienti patebit, ex una hac planta duas fecit. *Thurm-Senff*, *Thurm-Kraut*, *Thurm-Kohl.* [Hæc altiſſima eſt caule ſimplici, foliis imis ſinuatis, aſperis, ad caulem perfoliatis, leviſſimis.]

TVRRITIS vulgaris, ramoſa Tournefort. *Burſæ paſtoris ſimilis, ſiliquoſa, major ſeu majoribus foliis* C. B. P. 108.

a) Rebus rite penſitatis, inducor, ut credam, plantam, quam pro montana pallida odoratiſſima CLVSII habui, potius aliam ſpeciem eſſe, quæ *Heſperis altera Pannonica inodora Sylveſtris* CLVS. Pannon. p. 333. 334. *Heſperis* III CLVS. Hiſt. p. 297. *Heſperis Pannonica inodora* I. B. II. p. 878. *Heſperis Sylveſtris inodora* I. R. H. C. B. &c. Licet enim CLVSIVS inodoram vocet, et noſtra grato odore Tunicas æmuletur, tolerabilior tamen iſte error eſt, quam ſi venas nigras foliaque vix ſerrata præter omnem veri ſpeciem a CLVSIO deſcribi dicamus. Deinde planta noſtra circa ſcopulos humectos arcium dirutarum *Pleſſ*, *Grubenhagen*, & *Gleichen* eruta, & in hortum plantata, omnino vulgaris Heſperis dishortenſis habitum erectum & umbellatum induit. Iconem ergo dare viſum eſt, cui addo, caulem in ſpontaneis bipedalem eſſe, nutantem, petalonemque colorem album eſſe, debileque tingi pupura: Nocte ſuavius olet. Donec adeo alia Heſperis venoſis floribus inveniatur, quæ cum Syriaca conferri queat, nihil eſt quare accuſem porro præſtantiſſimum LINNAEVM. Conf. *Hort. Gotting.* p. 88. not. 9.



HESPERIS Sylveſtris
inodora ad RUPP. p. 78.

C. G. Rollinus M. Dr. del.

P. 108. *Piloſella ſiliquata* Thalii Tab. 121. *Burſa paſtoris, ſive Piloſella ſiliquoſa* I. B. 2. 870. In agris variis in locis v. g. *Zwiſchen Cluſewiz und dem Pfarr-Hölzgen.* it. *Bey Laaßdorff und Roda*, floret Aprili & Majo; Interdum etiam Autumno refloret. Huic folia ad terram multa, ad caulem pauca, qui nudus & ramoſus eſt, ſcabra & dentata.

TVRRITIS hirſuta, montana, flore albo. *Eryſimo ſimilis hirſuta, non laciniata, alba* C. B. P. 101. *Barbarea muralis* I. B. in libro de Plantis a ſanct. &c. vid. C. B. Prodr. & in Matthiolum. *Auf dem Hauß-Berg und gegen dem Fürſten-Brunnen über.* Majo. ad viam inter *Fontem principum* & *VVöllniz.* [Gottingæ in lapidoſis ubique.] Huic folia omnia hiſpida, ad caulem conferta, dentata.

CARDAMINE pratenſis, magno flore purpuraſcente Tournefort. *Naſturtium pratenſe, magno flore* C. B. P. 104. *Iberis Fuchſii, ſive Naſturtium pratenſe, ſylveſtre* I. B. 2. 889. *Flos cuculi* Dod. Pempt. 592. In pratis paſſim ut & *im Stadt-Graben*, flore & albo & purpuraſcente variat, floreque pleno aliquando in hortis occurrit, floret Aprili & Maj.

CARDAMINE ſylvatica flore albo minore folio vario. *Cardamine annua, exiguo flore* Tournefort. *Siſymbrii cardamines ſpecies quædam, inſipida* I. B. 2. 886. *Sium minimum* Proſp. Alpin. Exot. 331. *Cardamine inpatiens* vulgo. Provenit [abunde in ſylva hercynica] *im grünen Bach und feuchten Holzſchlägen bey der frölichen VViederkunft, am grünen Schlag und Hirſchſprung, im groſſen Paradieß, und zwiſchen der neuen Ginne und Nerckewiz und im VValde* cum Allio Urſino Matthioli, Leucojo bulboſo & Drymopogone, ad radices Alnorum, floretque Majo. Petala habet valde exigua & fugacia inſtar Sophiæ Chirurgorum, [& ſæpe omnino nulla, etiam clauſo calyce] & ſiliquas graciles, vi elaſtica cum impetu diſſilientes. [Dignoſcitur pinnis foliorum acute & profunde inciſis.]

CARDAMINE ſylvatica, hirſuta, flore lacteo, parvo, *Naſturtium pratenſe folio retundiore* C. B. Pin. p. 104. vid. etiam I. *B.* in hiſtor. plant. In ſylvis cæduis *zwiſchen der frölichen VViederkunfft und Hummelshäyn, Gieſſæ* in ſylva *Kleibergenſi*, in *Schwangrund* cum Circæa alpina minima, & Alſine ſylvatica, folio graminis ſtrictiore. Floret Iun. & Iul. [ In ſylva hercynica paſſim. Stamina perinde ſena, uti reliquis congeneribus. Dignoſcitur foliis rotundis, anguloſis, ſed hirſutis. In poſthumis RVPPIVS duas has plantas, diverſiſſimas, confundit.]

CARDAMINE flore majore, elatior Tournefort. Inſtit. p. 224. *Siſymbrium cardamine, ſive Naſturtium aquaticum, majus & amarum* C. *B.* P. 104. *Naſturtium aquaticum, erectum, folio longiore* ejusdem. In ſcrobibus variis v. g. *beym Lutherbrunnen und Stadt-Graben hinter den Fecht-Boden.* Maio. [A prima ſpecie differt foliis omnibus ſubrotundis. Prima autem ſuperiora ſtricta habet.]

DENTARIA heptaphyllos, baccifera C. B. P. 322. *Coralloides minor, bulbifera* I. B. 2 902 *Dentaria* IV. *baccifera* Cluſii Hiſt. CXXI. *auf dem Tautenburgiſchen Forſt.* Floret Majo. Hujus bulbulos venenatos eſſe teſtantur Epiſtolæ Matthioli Germ. dicitur *Schuppen-Wurtz, Zahn-Kraut*, item *Gelck-Kraut*, quia cuidam pecorum morbo *Helck* dicto medetur. *Iſt häuffig bey Gieſen auf dem Hangenſtein, und in dem Schiffenbergiſchen Walde.* [& prope Gottingam in ſylva, quæ villæ, *der Dreiſch,* ſiniſtra adjacet.]

SISYMBRIVM aquaticum Matthioli 487. *Naſturtium aquaticum, ſupinum* C. B. P. 104. *Siſymbrium cardamine, ſive Naſturtium aquaticum* I. B. 4. 88. *Brunnen-Kreſſe, in der Leiter vor der Papier-Mühlen,* & alib. locis irriguis floret Iun.

SISYMBRIVM Erucæ folio, glabro, flore luteo Tournefortii. *Eruca lutea, latifolia ſive Barbarea* C. B. P. 98. *Barbarea* I. B. 2. 868. Dod. Pempt. 712. Ad ſcrobes v. g. *an dem Mühl-Graben vor dem Iohannis-Thore*, floret Majo.

SISYMBRIVM Erucæ folio, glabro, minus, & præcocius Tournefortii, cum præcedente. (Varietas)

SISYMBRIVM Erucæ folio, glabro, flore pleno. In hortis occurrit floretque cum præcedente. *Eruca lutea, ſive Barbarea pleno flore* C. B. P. 99. Vulgaris Barbarea in hortis culta ſpecioſior evadit, & hortulanis *Winter-Kreſſe, St. Barben-Kraut* dicitur. (Varietas)

SISYMBRIVM paluſtre foliis imis Barbareæ reliquis integris dentatis. *It. Hercyn.* p. 24. cum ic. *Thlaſpios generibus cognata* planta THAL. p. 122. [Ubique in udis & ad rivos circa *Clausthal.*]

SISYMBRIVM aquaticum, Raphani folio, ſiliqua breviori Tournefortii. *Raphanus aquaticus alter* C. B. P. 97. Prodr. 38. *Rapiſtrum aquaticum* Tabernæm. icon. 408. In ſcrobibus & ſtagnantium aquarum limitibus variis in locis v. gr. *bey Frauen-Prieſsniz, Wenigen-Iena, und an den Teichen und auf den Wieſen*, e. g. *wo man nach Kuniz gehet,* [*bey der Schneidemühle*] cum Phellandrio, Typha & Scirpo altiſſimo, & alibi in lacubus & ſtagnis, quam ſequens rarior floret Iulio. *VVaſſer-Kreſſe, VVaſſer-Rettich.*

SISYMBRIVM aquaticum, foliis in profundas lacinias diviſis, ſiliqua breviori Tournefort. ſive *Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias diviſis* C. B. P. 97. Prodr. 38. cum priore. v. gr. in ſalicetis *bey Kuniz und Schleben am Teichen.* Hujus vtriusque plantæ egregia figura vid. apud C. Bauhinum. in prodromo p. 38. cap. V.

SISYMBRIVM paluſtre, repens, Naſturtii folio Tournefort. *Eruca paluſtris, & Naſturtii folio, ſiliqua oblonga* C. B. P. 198. *Eruca paluſtris minor* Tabernæm. icon. 447. *Eruca quibusdam ſylveſtris, repens floſculo luteo* I. B. 2. 866. In agrorum terminis & confiniis humidis variis in locis ſerpit. v. g. *wo man nach Lichtenhayn gehet, und nach Zwetzen,* floretque Iun.

ACCIPITRINA Rivini & Loniceri. *Siſymbrium annuum, Abſinthii minoris folio* Tournefort. Inſtit. p. 226. *Naſturtium ſylveſtre, tenuiſſime diviſum* C. B. P. 104. *Seriphium Germanicum, ſive Sophia quibusdam* I. B. 2. 886.

*Sophia Chirurgorum* Lobelii Icon. 738. Ad rudera & vias frequens; Floret Majo & Iunio. Foliorum latitudine variat. Germ. *VVell-Saamen*, *Beſen-Kraut*, *Sophien-Kraut*.

ERVCA arvenſis, vulgaris. *Sinapi arvenſe, præcox, ſemine nigro* Moriſ. H. O. p. 2. 216. *Rapiſtrum flore luteo, foliis inciſis vel ſinuatis* C. B. P. 95. I. B. 2. 844. *Rapiſtrum arvorum* Lobelii icon. 198. Inter ſegetes & in arvis cultisque paſſim, floret Majo & Iunio Germ. *Hederich.* [Huic ſemina numeroſa, ſed cornu longius quam ſequenti, & ſiliqua ſubhirſuta, flos demum major & pallens.]

ERVCA Rapi folio. *Sinapi Rapifolio* C. B. P. 99. *Sinapi ſiliqua latiuſcula, glabra, ſemine ruffo ſive vulgare* I. B. *Sinapi ſativum prius* Dodon. Pempt. 706. In agris præcipue *um Steinburg und Beber, wird auch zuweilen bey VVenigen-Iena, und auf den Aeckern vor den Erffurtiſchen Thore, wie auch* inter olera *vor dem Iohannis-Thore gefunden.* Iun. & Iul. [Gottingæ paſſim ſponte. Diſtinguitur a priori cornu brevi flore minori, flavo, a ſequente iisdem notis & ſeminibus pluribus, fere novenis. Cæterum Erucas ſuas RVPPIVS ſiliquis glabris a Sinapi ſeparat, contra naturalem plantarum perſimilium adfinitatem.]

SINAPI ſiliqua hirſuta, ſemine albo & ruffo I. B. 2. 859. *Sinapapi Apii folio* C. B. P. 99. *Sinapi ſativum alterum* Dodon. Pempt. 707. In agris paſſim v. g. *Auf der Inſul und um VVenigen-Iena herum.* [A priori differt flore majori, pallidiori, ſiliquæ cornu longiſſimo, ſeminibus tribus, quatuorve.] Semine variat, non ſpecie differt, ex ruffo enim naſcitur album, & contra ex hujus ſemine paratur embamma Moutarde Gallis dictum, vulgo *Moſterdt*, item *Senff.*

ERYSIMVM vulgare C. B. P. 100. *Eryſimum Tragi, floſculis luteis, juxta muros proveniens* I. B. 2. 863. *Eryſimum Irio* I. Tabern. icon. 884. Abſurde dicitur vulgo Eryſimum Lobelii; ſiquidem Lobelius non Eryſimum, ſed ſyrupum ex eo parandum, officinis primus inve-

xerit. Iuxta muros, parietes & ſepes paſſim floret Iulio. *Wege-Senff.*

ERYSIMVM alterum, ſiliquis Erucæ C. B. P. 101. *Eryſimum* II. Tabernæm. icon. 448. In horto medico floret Iulio & Auguſto.

ERYSIMVM germanicum, foliis Trinciatellæ Ioh. Raji, in hiſtor. plant. univerſali; cujus deſcriptioni exacte quadrans plantula aliquando provenit in horto medico, ex ſemine neſcio unde delato.

RAPA ſativa, oblonga, ſeu fœmina C. B. P. 90. *Rapum ſativum oblongum* J. B. 2 838. In agris floret Jun.

RAPA ſativa, rotunda, radice candida C. B. p. 89. & ſeq. *Rapum ſativum, rotundum* J. B. *Rapiſtrum orbiculatum ſ. turbinatum* Lobelii & Tabernæm. cum præcedente, *rundte und lange Rüben.* Colitur paſſim in agris circa pagos, gratumque, tenuiſſime inciſa, ac muria condita, *Rübels-Kraut* vocatum, præbet alimentum. Poſt demeſſas ſegetes autem ſatæ, ceu tenerioris ſubſtantiæ radices reliquis præferuntur, & *Halm-Rüblein* vocantur.

NAPVS ſylveſtris C. B. P 95. J. B 2. 843. *Bunias ſylveſtris, Napus flore luteo* Lobel. icon. 200. *Rube-Saat, Rübſen;* In agris pro diverſo ſationis tempore, diverſis anni temporibus floret; ſi enim Autumno ſeratur, ſequentis anni vere Aprili & Majo floret, ſi vero vere, tunc circa Feſtum S. Iohannis & ſerius. Ex hujus ſemine paratur oleum apud Germanos in lucernis, & apud pauperes in cibis multi uſus. *Rüb-Oel, Rübſen-Oel.*

NAPVS ſativa hic raro colitur, ſed potius ex Saxonia inferiori advehitur; apud Batavos frequens eſt, ubi colore radicis albo & luteo variat, & Soete Knollen alta voce quotidie venalis proclamatur. Laudantur præprimis radices Napi ex agro Waſſenaarienſi (Soete Waſſenaarſe Knollen) Germ *Steck-Rüben, Stickel-Rüben.*

( β ) *Breviori vel Sicula.*

BVLBONAC annum, ſiliqua rotundiore, flore purpureo *Lunaria major, ſiliqua rotundiore* I. B. 2. 881. *Viola lunaria, major* C. B. P. 203. *Viola lunaris* I. Ta-

bern. icon. 313. *Bulbonac offic.* Dalii p. 159. ſuppl. In hortis variis floret Majo. *Silberblatt.*

BVLBONAC annuum, ſiliqua rotundiore flore albo. *Leucojum lunatum, ſeu lunarium, latifolium, majus, alterum, ſiliqua rotunda, flore albo* Moriſonii H. O. p. 2. 246. *Im Fürſten-Garten*, floret cum præcedente [Varietas.]

BVLBONAC radice rediviva, ſiliqua oblonga. *Lunaria major, ſiliqua longiore* I. B. 2. 882. *Viola lunaria major, ſiliqua oblonga* C. B. Pin. 203. *Viola lunaria* II. Tabern. icon. 314. Flos ex albo ſubcœruleus eſt. In ſylvis vaſtioribus, v. gr. *Auf dem Hangelſtein bey Gieſſen, auf dem Hartz bey Ilefeld, und auf dem Thüringer VVald*, floret Majo.

ALYSSVM incanum, luteum, Serpilli folio, minus Tournef. *Thlaſpi minus quibusdam, aliis Alyſſum minus* I. B. 2. 928. *Thlaſpi alyſſum dictum, campeſtre & minus* C. B. P. 107. *klein Schildbeſenkraut. Alyſſum minimum* Cluſii Hiſt. CXXXIII. In campeſtribus, vineis & ad ſepes in apricis floret Majo & Iun.

ALYSSVM incanum, luteum, Serpilli folio majus Tournefort. vid. C. B. in prodromo theatri botanici, *an felſichten Orten, und in* apricis v. gr. *in denen Schmohniſchen Bergen; auch an dem Schloſſ-Felſen zu VVendelſtein.* Floret Majo, Iun. & Iul. [Diverſum a priori perenni vita, calyce deciduo, flore majori habitu ſupino minus folioſo, & ſub floribus pene nudo]

ALYSSVM fruticoſum incanum Tournefort. *Thlaſpi fruticoſum, incanum* C. B. P. 108. *Thlaſpi capſulis ſublongis, incanum* I. B. 2. 929. *Thlaſpi incanum Mechlinenſe* Lobel. icon. 216. In arenoſis agris & ad ſepes *hinter Lobada, bey der neuen Schencke,* item *bey Kunitz, und nach Orlamunde hin*, [& in muris *Haynbüchenſibus* &c.] floret Iul. Dominus Dr. Volkammerus hanc plantam ſe flore pleno reperiſſe teſtatur.

ALYSSVM vulgare, Polygoni folio, caule nudo Tournefort. *Burſa paſtoris minor, loculo oblongo* C. B. P. 108. *Burſa paſtoris minima* I. B. 2. 937. In aprici

gramine tenui veſtitis paſſim v. g. *Auf der Landfeſte hinter der Schiesmauer, vor der Papiermuhlen, und ſonſten hin und wieder an der Leiter.* Floret Martio & Aprili. Flore elegantiſſime pleno unicum hujus plantulæ individuum aliquando reperi prope Gieſſam in arvis *bey der Sägmühl* anno 1715.

ALYSSVM foliis Veronicæ. *Thlaſpi foliis Veronicæ* Monſpelienſium. *Burſa paſtoris major, loculo oblongo* C. B. in Prodr. p. 50. & Pin. p. 108. *Draba minor, muralis Dioſcorid.* Fab. Columm. *An denen Felſen unter den Giebichenſteiniſchen Schloßberge* omiſſa a KNAVTIO [rara planta.] Floret Martio & April. cum Geranio lucido ſaxatili.

ALYSSVM ſegetum, foliis auriculatis, acutis Tournef. *Myagrum* Chabræi. *Myagrum ſativum* C. B. P. 109. Inter Linum paſſim frequens floret Iun. & Iul. *Leindotter, Flachsdotter, Dotter.* Colitur quoque in agris circa Laucham olei ex ſeminibus parandi cauſa. Hujus ſemina pro ſeminibus Seſami venduntur. De vtroque Myagro vid. Camerar. Epit. Matth. 454.

[ALYSSON foliis auriculatis glabris profunde dentatis *Enum. Helv.* p. 537. *Myagrum fœtidum* C. B. *Prodr.* p. 51. Ubique in Germania, & procul dubio etiam Ienæ vulgare.]

ALYSSVM ſegetum, elatius, foliis auriculatis, flore & ſemine minore, Tournef. an *Myagrum ſylveſtre* C. B. vid. I. B. & Chabræus. In agris inter ſegetes frequens, floret æſtate, præcedens vero ſpecies magis agros lino conſitos amat. [Procul dubio hoc nomine intelligit *Rapiſtrum ſegetum folio auriculato acuto* J. R. H. quod circa Ienam Alyſſo præcedente etiam vulgatius eſt. *Sulzæ* etiam reperi & *Langenſalzæ.* Differt capſulis ſphæricis, rugoſis, plerumque monoſpermis.]

THLASPI vulgatius J. B. 2. 261. *Thlaſpi arvenſe, Vaccariæ incano folio, majus* C. B. P. 106. *Thlaſpi alterum* Dodon. Pempt. 712. In locis ruderatis hinc inde v. g. *bey der Raſen-Mühle, und zwiſchen Iena und Prieſeniz.* Floret Majo & Jun. *Bauren-Senff.*

THLASPI arvenſe, ſiliquis latis C. B. P. 105. *Thlaſpi cum ſiliquis latis* J. B. 2. 923. In arvis & inter ſegetes paſſim. Aprili & Majo. *Pfennig-Kraut*, a figura ſiliquarum.

THLASPI arvenſe, perfoliatum, majus C. B. P. 106. *Burſa paſtoris foliis Perfoliatæ* J. B. *Thlaſpi oleraceum*, Tabern. icon. 462. In agris montoſis & lapidoſis, vt & vineis paſſim floret Aprili.

THLASPI perfoliatum, minus C. B. *Thlaſpi III. pumilum Cluſii* Hiſt. CXXXI Cum præcedente, a quo parum vel nihil differt judicio Joh. Raji. (Varietas)

THLASPI Roſa de Jericho dictum Moriſ. Hiſt. Oxon. p. 2. 328 *Roſa hierichuntina vulgo dicta* C. B. P. 484. *Roſa hierichuntina* Lobelii Icon. 203. In horto medico floret Jun. & Jul.

NASTVRTIVM hortenſe, vulgatum C. B. P. 103. *Naſturtium vulgare* J. B 2. 912. In hortis paſſim floret Jun. *Garten-Kreſſe*.

NASTVRTIM hortenſe, criſpum C. B. 104. *Naſturtium hortenſe, criſpum, latifolium & anguſtifolium*, C. B. Prodr. 43. & 44. *Naſturtium criſpum* J. B. 2. 913. In horto medico floret cum præcedente.

NASTVRTIVM hortenſe latifolium Camerar. in Epit. Matthiol. p. 156. vid. & Matthiol. per C. B. editus & auctus in cap. de Naſturtio. Cum Naſturtio vulgari aliquando occurrit in hortis. [Varietates.]

IBERIS Matthioli 293 *Iberis Naſturtii folio* C.B.P.97. *Naſturtium ſylveſtre, tenuiter inciſum, minori fructu* Tournefort. p. 214. Differt a Naſturtio petalorum vix conſpicua parvitate. Iuxta vias, ad rudera & ad pagos paſſim floret Jun. & Jul. Germ. *Hunde-Seich* ab odore ruſticis dicitur.

CORONOPVS Ruellii, ſive Naſturtium verrucoſum J. B. 2. 919. *Ambroſia campeſtris, repens* C. B. 138. *Naſturtium ſylveſtre, capſulis criſtatis*. Tournefort. Inſtit. p. 214 In compitis, nec non ad ſcrobes cum Anſerina, & [*zu Ziegenhayn und zu Burgau*: copioſiſſime vero *an den Gradierhäuſern zu Sulza*] ad vias publicas, floret Majo &

Jun. & hinc tota fere æſtate; Capſulas habet verrucoſas, criſtatas, duras lignoſas, diſpermas.

COCHLEARIA folio ſubrotundo C. B. P. 110. *Cochlearia* J.B. 2. 942. In hortis variis frequens floret Aprili & Majo. Germ. *Löffel-Kraut*.

COCHLEARIA altiſſima foliis Glaſti. *Lepidium glaſtifolium*. C. B. In hortis Curioſorum floret Julio & Auguſto.

ARMORACIA Rivini. *Cochlearia folio cubitali* Tournef. Inſtit. p. 215. *Raphanus ruſticanus* C. B. P. 96. *Raphanus ſylveſtris, ſive Armoracia multis* J. B. 2. 851. *Raphanus ruſticanus, craſſa radice, Lapathi folio* Lobel. Icon. 320. In hortis paſſim v. g. *auf der Inſul und vor dem Johannis-Thor*, floret Jun. & Jul. Germ. *Meer-Rettich, Kreen*, Belgis Peeper Wortelen.

LEPIDIUM latifolium C. B. P. 97. *Lepidium Pauli* J. B. 2. 940. *Lepidium Plinii* Dodon. Pempt. 716. *Piperitis* offic. In horto medico & Sereniſſ. Principis. Junio & Jul. Germ. *Pfeffer-Kraut*. Lepidium ſpontaneum eſt *zu Kahle an der Stadt-Mauer*, alia loca natalia vid. in Epit. Matth. Camerar. p. 198.

LEPIDIUM anguſtifolium Tournef. a) *Iberis offic.* S. Dale pag. 272. *Iberis latiore folio* C. B. Provenit ad muros circa Francofurt. ad Mœnum & Frideberg. Floret Junio & Julio.

BURSA paſtoris major, folio non ſinuato C.B.Pin. 108. & *Hirten-Taſche, Täſchel-Kraut, Beutelſchnitter-Kraut*.

BURSA paſtoris major, folio ſinuato C. B. P. 108. *Burſa paſtoria* J.B. 2. 936. *Paſtoria burſa*, Dod. Pempt. 103. Ad ſepes & juxta vias & parietes paſſim floret Aprili & Majo, & hinc tota æſtate. Floribus burſulisque onuſta paſſim in cultis & incultis conſpicitur, foliis valde variat; hinc

BURSA paſtoris eleganti folio inſtar Coronopi repentis Camerar. Hort. 32. quæ paſſim apud nos occurrit, nec non



a) Non hoc nomen ſed Lepidium gramineo folio ſive Iberidis extat in I. R. H. Planta proxima eſt Iberidi Matth. diverſa

BVRSA paſtoris media C. B. P. 108. *Burſa paſtoria* minor. Tabern. icon. 199. etiam dictis in locis cum prioribus, præcipue in agris arenoſis *bey der neuen Schencke.* [Varietates.]

PSYLLIVM offic. Pſyllium annuum, erectum. Sponte in Marchiæ Brandenburgicæ agris arenoſis abunde. In hortis ſatum Pſylli ſemen, quod in officinis proſtat, facile germinat, & floret Junio. Germ. *Flöh-Kraut.* a)

PSYLLIVM minus ſupinum. C. B. p. 191. *Pſyllium* CHABR. p 501. In horto medico æſtate floret.

PLANTAGO latifolia, glabra, C. B. Pin. 189. *Plantago latifolia, ſinuata* ejusdem; magnitudine enim foliorum [& ſinuato margine] valde ludit hæc planta. Floret æſtate. *Wegerich, Wegebreit, breiter Wegerich.*

Not. Plantaginis ſemen non eſt nudum, ſed tectum capſula bipartita & operculata. Tournefortius quidem huic plantæ adſcribit florem reg. monopetalum, hypocrateriformem, ſed cum embryo intumeſcens, grandiorque factus, ungues floris divellat, præſtat ad regulares tetrapetalas referre, non ſecus ac Cervi ſpinam, & Coronopum veterum, uti recte obſervavit Joh. Rajus.

PLANTAGO latifolia, incana C. B. Pin. 189. *Plantago major, hirſuta, media a nonnullis cognominata* J. B. 3. 504. *Plantago media* Dod Pempt. 107. Ad pratorum pomariorumque ſemitas paſſim occurrit, floretque æſtate. Aliquando floribus paniculatis variat, de qua vid. J. Bauh.

PLANTAGO latifolia, roſea, flore expanſo C.B. P. 189. *Plantago roſea, flore expanſo* J. B. 3. 503. *Plantago roſea* Lobel. Icon. 504. In hortis floret æſtate. Ab hac non niſi ætate diſtat & excreſcentia florum longiori

PLANTAGO latifolia, roſea, floribus quaſi in ſpica diſpoſitis C. B. Pin. 189. Magnitudine variat hæc Plantaginis ſpecies, non ſecus ac præcedens & ſequentes. Varietas.

PLANTAGO maritima, foliis gramineis. *Coronopus maritima noſtras* J. B. & Chabræi. *An Coronopus maritima*

---

a) PSYLLIVM & PLANTAGO male miſcentur inter claſſem

*tima major.* C. B. Pin. pag. 190. Naſcitur frequentiſſima in pratis circa lacum ſalſum, (*bey der ſaltzigen See zwiſchen Eiſsleben und Halle,*) ubi aliquando foliis denticulatis, imo & magnitudine loci natalis diverſitate variat. Hujus jam tum meminit Camerarius in Matthiol. pag. 146. Floret Jun. & Jul.

PLANTAGO anguſtifolia major C. B. p. 189. *Plantago lanceolata* J. B. III. p. 305. *Plantago minor* Dodon. Pempt. p. 107. Paſſim in pratis, compitis, viis &c. Junio & Julio M.

PLANTAGO anguſtifolia, minor, ſummo caule folioſa ſeu prolifera noſtras Pluckenet Almageſt. Botan. *Plantago anguſtifolia, in caulium ſummitate folioſa* J. B. & Chabr. 499. cum præcedentibus, magnitudine enim, foliorumque latitudine multum variat hæc planta.

PLANTAGO anguſtifolia minor C. B. Pin. p. 189. In aridis ſylvarum æſtate floret (Varietas.)

## (3) CAPSVLA QVADRIPARTITA.

PHILADELPHVS Athenæi & Rivini. *Syringa* Tournefortii: *Syringa alba* C. B. P. 398. *Frutex coronarius* Cluſii Hiſt. 55. In hortis paſſim floret Majo. Cum Syringæ nomen Lilac Tournefortii jam occupaverit apud omnes, malui cum Rivino Philadelphum appellare hunc fruticem, quam Syringæ vocabulum homonymum reddere. Flos communiter eſt tetrapetalus, quandoque tamen etiam flore pentapetalo ludit.

PHILADELPHVS flore pleno. Cum præcedente, ſed rarius. Hujus nitida figura videatur in Horto Eyſtettenſi. Germ. *wilder Jaſsmin mit gefüllten und einfachen Blumen.* (Varietas)

RVTA hortenſis, latifolia C. B. P. 336. *Ruta ſativa vel hortenſis* I. B. 3. 197. hæc quandoque cultu in arbuſculum adoleſcit, de quo vid. Hoffmannus in clave Schrœderiana. In hortis floret Jun. & Jul. *Raute.* Ruta muraria non eſt hujus loci, ſed ad dorſiferas potius referenda ſub nomine Murariæ ſimpliciter, vel Adianthi albi.

RVTA hortenſis altera C. B. P. 336. *Ruta tenuifolia*

Tabern. Icon. 133. In hortis cum præcedente. Vtraque interdum flore pentapetalo variat. *Wein-Raute.*

ERICA vulgaris flore purpureo *Erica Myricæ folio* Lobelii & Car. Cluſii. *Erica vulgaris glabra* C. B. Pin. p. 485. Germ. *Heide.* In ericetis paſſim floret Junio. Ruſtici ex vario Ericæ florendi modo, hyemis durationem & variam aſperitatem præſagiunt (*nachdem die Hayde ausblübt,*) alii ad mellificia extollunt.

ERICA vulgaris flore albo. *Bey Rudersdorff.* (Varietas.) Hæc hodie Germaniæ ericetis & ſylvis communiſſima, revera plane diverſum florem habet a reliquis Ericis a Carolo Cluſio in hiſt. plantarum per hiſp. naſcentium recenſitis, ſiquidem hæ florem habeant regularem monopetalon campaniformem & clauſum; huius vero noſtræ Ericæ flos regularis eſt, tetrapetalus, quaſi geminatus, unde non video ob quam rationem Tournefortius, alias in diſtinguenda florum ſtructura tantopere conſcientioſus, has plantas ſub eodem genere comprehenderit, non ſecus ac mirandum eſt, hunc ipſum Tournefortium Limonium flore monopetalo & pentapetalo ſub eodem genere complexum eſſe. Vide ſuperius Tetralicem.

ERICOIDES facie Pinaſtellæ. Planta nova, neque hactenus aut deſcripta, aut depicta, quam in loco paludoſo, poſt pinetum *Linckelianum* prope *Lipſiam* verſus oppidum *Delitz* reperi, Julio & Auguſto M. florentem. Hujus cum nova planta ſit, deſcriptionem addere viſum eſt. „Ex radice more aquatilium fibroſa, truncus craſſior, unicus, cavus, adſurgit, ſemicubitalis, erectus, non ramoſus. Folia per intervalla oblonga, Limnopeuces Cordi facie, pariter ſtellatim diſpoſita, uti in Gallio. In foliorum ſingulorum alis, ſinguli flores ſeſſiles, albi, regulares, tetrapetali, cruciformes, plani, non in tubum compoſiti, neque decidui, cincti perianthio pariter quadrifido. Eorum centrum occupat embryo depreſſus, tetragonus, qui per maturitatem abit in capſulam pariter depreſſam, tetragonam, quadripartitam, quadrivalvem; In ea ſemina cylindrica, exigua, flaventia, numeroſa. (Eſt *Alſinaſtrum Gallii folio* T. aut. de Par. p. 380. J.R.H. VAILL. p. 6. T. I. f. 6.

RVPPIVS hic jubet reponere poſt Ericam, quæ melius proxime Myriophyllon VAILL. poneretur.)

HYPOPITYS Rivini. *Orobanche, quæ Hypopitys dici poteſt* C. B. Pr. p. 31. vid. Knauth. in Catalogo Hall. & I. Rajus in Hiſt. Plant. ſub titulo Orobanches odore Verbaſculi. In pinetis variis v. g. *im Rauenthal, hinter dem Fürſtenbrunnen, hinter der Wellmeſe, wo man nach Jena-Prieſſnitz hingeht*, floret Jun. Jul. & Auguſto.

ROSEA Rivini & officinarum. *Radix Rhodia* Dioſcoridis *Telephium radice Roſam ſpirante, majus* Hermanni. In horto Medico floret Majo & Junio. *Roſen-Wurtz.* Differt a Telephio ſive Fabaria off. flore tetrapetalo exigue ornato, qui in Fabaria eſt pentapetalus, & majoribus petalis conflatus. [Petalorum numerus incertus eſt, neque ſufficit ad plantam avellendam a ſimillimis reliquis Anacampſerotis ſpeciebus. Sexu diſtincta eſt.]

## (4) CAPSVLA OCTOPARTITA.

LINOIDES, ſive Radiola quorundam; *Polygonum minimum, ſive Millegrana minima* C. B. P. 282. *Radiola* DILL. Nov. gen. p. 126. T. 7. *Linocarpos* MICHELI. *Chamælinum vulgare* VAILL. T. 4 f. 6. Rajus hanc plantam inter Affinas tetrapetalas recenſuit, ſed cum habeat capſulam octo loculamentis diſcretam, in quorum ſingulo ſemen ineſt unicum, Linoidem appellare malui, & huc referre propter magnam convenientiam omnium partium floris ac fructus cum Lino, ſi ſolum numerum petalorum excipias. Hæc eſt illa planta, quam falſiſſimus obſervator Carolus Preſton apud Joh. Rajum in Methodo plantarum emendata & aucta pro Herniariæ Charactere Joh. Rajo obtruſit, cujus obſervatoris falſitas & inanitas pariter apparet in citato libro, ſub titulo Equiſeti Glycyrrhizæ echinatæ, (pro cujus ſiliqua Aſtragali vulgaris glycyphylli ſiliquas deſcribit) & diſtinctione Malvæ, Alceæ & Altheæ. a) Habet

a) Alceæ male exteriora tria folia denegat, non ſine contradictione, deinde Altheæ calycem exteriorem quinquefidum

bet itaque ſe hæc planta ad Linum, uti Tormentilla ad Pentaphyllum, (& ob hanc ipſam rationem cum Lino relinqui poteſt) Ecce deſcriptionem. Radix fibroſa, exigua. Cauliculus erectus, unicus, perbrevis, duarum, triumve unciarum altitudine. Folia ex adverſo rotunda, lenticulæ magnitudine, glabra; Ramuli ſtatim ex radice plurimi, & repetito diviſi, ut ſumma planta quaſi arbuſculam tonſam referat, pariter in latum patula. Capitula rotunda, Aciculæ capiti æqualia, in tota ſummitate, rotunda. In iis perianthium quadrifolium, non deciduum, tegens petala quatuor, fugacia, ſub iis ſtaminula, cum intermedio embryone, rotundo, ſtriato, exiguo, qui intumeſcit, quando flos evanuit, & abit in capſulam pariter rotundam, octo coſtulis protuberantibus ad modum capitulorum Lini, exaratam. In capſula octo cellulæ diſtinctæ, continent octo ſemina, ſimilia ſeminibus Lini, valde exigua. Provenit copioſa in agris arenoſis ſterilibus, *zwiſchen der neuen Schencke und Laaßdorff*, it. *bey Hayn-Büchen*, floretque Jul. & Auguſt.

## *V. Seminibus tectis bacca.*

### (1) MONOPYRENA.

MORVS fructu nigro C. B. p. 459. In hortis æſtate.

MORVS fructu albo. Cum præcedente.

RIVINA PLVMERII. *Amaranthus baccifer Circeæ foliis* COMMELINI. Aeſtate in hortis Curioſorum v. g. Boſiano Lipſiæ.

CORNVS vulgaris. *Cornus hortenſis mas* C. B. P. 447. *Cornus ſativa, ſeu domeſtica* J. B. 2. 210. In hortis frequens floret Martio; Ab hoc

CORNVS ſylveſtris mas C. B. c. l. *Cornus mas pumilio Cluſio* Cluſ. Hiſtor. 13. nonniſi cultura differre videtur; (non differt) provenit vero paſſim Cornus ſpontanea in montibus noſtris v. g. *auf dem Fuchs-Berge*, *Kunitzer-Berge* & alibi, floretque cum præcedente; primo vere. Oſſiculum Corni in duo loculamenta diviſum eſt, totidem nucleis fœta, adeoque ſatius ad dipyrenas referri poſſet, niſi forſan pari ratione ac Xanthium ex duobus ſeminibus

nonniſi unicum germen producat. *Körner-Baum*, *Welſcher Kirſch-Baum*, *Hürrlitzgen-Baum*; fructus colore variat. Oſſiculum hujus quandam convenientiam habet cum oſſiculo Zizyphi ſive Iujubæ & Cratægi.

OSSEA Loniceri & Rivini. *Virga ſanguinea* Matthioli & J. B. 1. 214. *Cornus fœmina* C. B. P. 447. In ſepibus & ſylvis paſſim floret Majo. Germ. *Hart-Reder*, *Hart-Riegel.* (Corni ſpecies)

LAVRVS latifolia πλατυτέρα Dioſcoridis C. B. P. pag. 460. *Laurus latifolia mas & fœmina* Tabernæm. icon. 951. In hortis paſſim floret Majo. *Lorbeer-Baum.*

LAVRVS vulgaris C. B. P. 460. *Laurus* J. B. 1. 409. *Laurus mas & fœmina* Tabern. icon. 950. cum præcedente.

LAVRVS vulgaris, folio undulato H. R. Pariſ. cum præcedente. [Lauri flos hexapetalos eſt ſexu diſtinctus. Male adeo hic reponitur.]

## (2) DIPYRENA ET BIPARTITA.

VNIFOLIVM Dodon. & Tabernæm. Græcis Monophyllon. *Lilium convallium minus* C. B. P. 304. *Smilax unifolia humillima* Tournefortii, aſt cum florem habeat tetrapetalum & baccam bipartitam & dipyrenam ad Smilacem hexapetalum referri nequit. [neque ad monopetalum Polygonatum.] In ſylvis v. g. *im Rauenthale und Tautenburgiſchen Forſt*, & alibi ſupra Rode in ſylvis. Floret Majo, cum Lilio convallium. Quamvis in caule habeat folia bina, quandoque ſed rarius terna, attamen antequam cauleſcat ſemper & ubique nonniſi unicum folium exhibet, unde merito cum Germanis Unifolium (*Einblat*) vocabimus, præſertim cum nomen aptius hactenus non ſuccurrerit. Hanc plantam Matthiolus pro gramine Parnaſſi exhibuiſſe videtur.

## (3) TETRAPYRENA.

EVONYMVS vulgaris granis rubentibus C. B. Pin. 438. *Evonymus multis, aliis Tetragonia* J. B. 1. 201. *Evonymus* Dod. Pempt. 753. In ſepibus frequens floret Majo.

Germ. *Spindel-Baum*, *Pfaffen-Hödgen*, *Hahn-Hoden*, *Spill-Baum*, Evonymus granis nigris frequens eſt in Pannonia & Auſtria, teſtibus Matthiolo Cluſio in Pannonicis & C. B. pag. 428.

CERVI SPINA Rivini & Cordi. *Rhamnus* Tournef. *Rhamnus catharcticus* C. B. P. 478. J. B. 1. 855. *Rhamnus ſolutivus* Dodon. Pempt. 756. *Spina infectoria* Matth. & Cluſ. Hiſtor. In ſepibus cum præcedente. Hæc planta, non ſecus ac Laurus, mas eſt & fœmina, hoc eſt; altera ſteriles, altera fœcundos gignens flores, qui quidem monopetali videntur, attamen per maturitatem ab intumeſcente embryone in quatuor petala fiſſi, manifeſte ſeparatim defluunt, uti recte obſervavit Cl. Rivinus. a) *CreutzBeer*, *Weg-Dorn*. Ex hujus baccis paratur color, qui pictoribus *Safft-grün* dicitur; nec non Syrupus domeſticus Maximiliani.

## (4) POLYPYRENA.

PARIS Rivini. *Herba paris* Tournefort. & officinarum Dod. Pempt. 444. *Solanum quadrifolium bacciferum* C. B. P. 167. *Einbeer*, *Wolffs-Beer* Germanis. *Im Höltzgen bey Iſerſtädt*, item *bey Jena-Prieſsnitz und Rode*, *Tautenburgæ*. Inter pagum *Sultze* & *Schiblau*. (Göttingæ vulgatiſſima) Majo.

OXYCOCCVS Tournefortii *Oxycoccus*, *ſive Vaccinia paluſtris* J. B. 1. 227. *Vitis idea paluſtris* C. B. P. 471. In muſcoſis paluſtribus, *um die Schlefreiſiſche Teiche*, ubi *Mooſs-Beeren*, & *Sumpf-Beeren* vocant a loco natali; De Oxycocco canadenſi vid. Sam. Dale in Pharmacologia. Floret Majo.

CHRISTOPHORIANA vulgaris noſtras racemoſa & ramoſa Moriſ. H. O. part. 2. 8. *Aconitum racemoſum bacciferum an Actæa Plinio* C. B. P. 183. *Chriſtophoriana* Dodon. Pempt. 401. In ſylvis variis v. g. *In der Druſe-*

a) Non bona floris deſcriptio, qui Ribi & Frangulæ cognatus eſt, calyce quadrifido cujus ex ſegmentorum intervallis exeunt quatuor triangularia ſegmenta petaloidea.

*Druſenitz bey Wintzerla, in dem Rauenthale, und gegen den Furſten-Brunnen über, floret Majo.* Vulgo venenata æſtimatur, nec forſan de nihilo, cum odor & ſapor ſit valde viroſus. Germ. *Chriſtoph-Wurtzel*, *Schwartz-Wurtzel.* Flores habet fugaciſſimos, petalis eleganter crenatis ornatos & calice pariter colorato cinctos, ſtaminibus copioſis refertos. Semina ſunt duriuſcula, depreſſa, gemino ordine ſibi ſuperincumbentia, unde & bacca alioquin ovalis ex altero latere ſulco longitudinali exarata eſt.

# CLASSIS V.

## DE PLANTIS FLORE REGVLARI PENTAPETALO GAVDENTIBVS.

### *I. Semine nudo unico.*

CVMINOIDES T. *Caminum ſylveſtre capitulis globoſis* C. B. p. 146. *Daucus creticus capitulis globoſis* Volcam. flor. nor. In hortis Curioſorum æſtate floret.

LIMONIVM maritimum majus C. B. P. 192. *Limonium majus multis, aliis Behen rubrum* J. B. 3. App. 876. In horto medico & aliis floret Junio; Semen Limonii eſt nudum, unicum, oblongum, calice ipſo vel capſula involutum; quod vero oſtendunt Limonium lignoſum, gallas ferens Bocconis, huc non pertinet, ſiquidem florem habeat monopetalum; quem & Tournef. in eadem tabula cum pentapetalo Limonii flore exhibuit, quod tamen eſt contra methodum. Hæc planta potius ad Dentillariam accedit. Ceſſat igitur Emanuelis Kœnigii objectio contra methodum Modernorum, cum Limonium monopetalum poſſit a pentapetalis ſepa-

rari, & Althæa pentapetala ad Herniarias cum Tournef. referri. a)

STATICE Lugd. 1190. *Caryophyllus montanus, major, flore globoſo* C. B. P. 211. *Caryophyllus flos aphyllocaulos, vel junceus major* J. B. 3. 336. In hortis variis, ubi gramen marinum appellant; vel cum Hermanno Scabioſis annumerant; Sponte provenit in campeſtribus & arenoſis *bey Halle, Leipzig, VVittenberg, Eisleben und Querfurth.* (Goslariæ & inter Hertzbergam atque *Andreasberg* abunde) Flore albo variat. Floret Jun. & Jul.

POLYGONVM latifolium C. B. P. 281. *Polygonum, ſive Centinodia* J. B. 3. 374. In areis & compitis agrisque frequens floret Junio & hinc in autumnum usque; planta eſt annua, (quod facile mireris) ut & ſequentes: Flore rubro & albo variat. *Wege-Tritt, Wege-Graß.*

POLYGONVM oblongo, anguſto folio C. B. P. 281. *Polygonum anguſtifolium* J. B. 3. 376. *Polygonum* II. Tabernæm. icon. 833. cum præcedente. (Varietas)

POLYGONVM brevi anguſtoque folio C. B. P. 281. *Polygonum anguſtifolium* J. B. 3. 376. *Polygonum.* III. Tabernæm. Icon. 833. cum præcedentibus (Varietas)

POLYGONVM litoreum, minus, floſculis ſpadiceo-albicantibus C. B. Prodr. p. 131. *Polygoni-folia vel Linifolia per terram ſparſa, flore Scorpioidis* J. B. [*Polygonifolia* VAILL. DILL. *Corrigiola* LINN. n. 851.] In arenoſis ripis fluviorum, v. gr. prope Wittebergam ad Albim, nec non in campeſtribus arenoſis *zwiſchen Coßwig und Zerbſt*; prope Gieſſam ad lacum *bey der Pulver-Mühle;* hic rarius deprehenditur, attamen aliquando occurrit in arenoſis ad Salam *nach Dornburg hin.* Floret tota æſtate. b)

POLY-

a) A cohæſione petalorum ad ungues ſummarum claſſium diverſitatem repetere, contra Naturæ finem eſt. Levis enim & obſcura nota eſt, & in Malvis dubia, ſæpeque per ætatem augetur. Ita Oxycocci, & Unifolii flores cum ætate finduntur & ex monopetalis polypetali fiunt.

b) Lynoſyris, Knawel, Perchepier, Polygonum, Perſicaria, Biſtorta, & Fagopyrum, non petaloideæ ſed apetalæ plantæ

POLYGONVM minus caryophyllæum, foliis anguſtiſſimis, floſculis tubuloſis, plurimis ſimul junctis in carnatis Hoffmanni. *An Hæmorrhoidalis, quæ ad Caryophyllorum ſylveſtrium claſſem referri debet Cluſii?* a)

PERSICARIA orientalis, altiſſima, Nicotianæ folio, calice florum purpureo Tournef. in Corollario Inſt. p. 38. In horto medico & nonnullis aliis, floret Septembri.

PERSICARIA mitis, maculoſa C. B. P. 101. *Perſicaria mitis* J. B. 3. 779. *Perſicaria* II. Tabern. icon. 837. Ad ſcrobes variis in locis v. g. *im Stadt-Graben bey dem Schloſſe.* Jun. & Jul. Flore albo & purpureo variat. *Pferſing-Kraut, Flöh-Kraut.*

PERSICARIA mitis, cum maculis Ferrum equinum referentibus Tournefortii; cum præcedente. Inter portam Salanam, & minorem portam, qua itur verſus *Zwetzen.* (Varietas)

PERSICARIA mitis non maculoſa C. B. P. 101. cum præcedentibus. (Varietas)

PERSICARIA urens, ſeu Hydropiper C. B. c. l. *Perſicaria acris, ſive Hydropiper* J. B. 3. 780. *Hydropiperi* Dodon. Pempt. 607. Ad ſcrobes & fimeta, nec non inter olera quandoque occurrit, floretque Junio & Julio; Et hæc flore purpuraſcente & candido variat. *Waſſer-Pfeffer, Flöh-Kraut.* (A mihi diſtinguitur ſpica rariori, vaginulis floribus ſubpoſitis plerisque non ciliatis.)

PERSICARIA anguſtifolia C. B. P. pag. 101. & Prodr. p. 43. *Major* Lobelii. Provenit paſſim juxta ſepes & ſcrobes, floretque Jun. & Jul.

PERSICARIA minor C. B. *Perſicaria puſilla repens* Lobel. Icon. 316. *Im Walde, wo man von Städtgen Rode nach Schleſreiſen gehet, in denen Holtz-Schlägen häufig*, floret cum præcedentibus. (Utramque ægre credo a miti differre)



a) Eſt Alſine petalis integris, foliis anguſtiſſimis, duris, faſciculatis. *Enum. ſtirp. Helv.* p. 389. T. VII. circa Jenam, quantum video, nondum reperta, petalodes cæterum, & Alſines vera ſpecies.

PERSICARIA Salicis folio, Potamogeton anguſtifolium dicta Raji Hiſtor. Plant. 184. *Potamogeton Salicis folio* C. B. P. 193. *Perſicaria Salicis folio perennis* H. L. Bat. In ſtagnis & piſcinis, *auch bey der Schneide-Mühle, im groſſen Paradieſe.* Occurrit etiam erecta inter ſegetes, quæ tamen nullos producit flores. Datur & altera. [ eadem priori. ]

PERSICARIA paluſtris fluitans, foliis brevioribus & latioribus, florum ſpica ſpecioſa, purpurea, compactiore, quæ cum præcedente promiſcue naſcitur in piſcinis *um Rudersdorff herum, auch* in ſtagnis *nach Wöllniz hin, und in denen Sümpffen zwiſchen dem Raubenthal und der Ziske*, item *bey Löbſtädt im Austritt der Saale, und an den Schlebiſchen Teichen.* Aliquando extra aquas projecta radices agit, & ſurrecta creſcens hirſuta evadit, rariſſimeque floret; (v. g. hirſutam & erectam reperi ad oram foſſarum juxta *Cluſewitz*) adeo ut fere pro diverſa planta haberi poſſit, de quo vid. Raji catalogus plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. a)

BISTORTA major, radice magis intorta C. B. P. 192. *Biſtorta media, folio minus rugoſo* J. B. 3. 538. *Serpentaria mas, ſeu Biſtorta Fuchſii.* In pratis variis v. g. *in der Ziske und Cluſewitzer Holtze.* Junio. Montis Bructeri accolæ *Krebs-Wurtz* appellant, quia ipſius radix intorta, figuram cancri elixi quadantenus refert, *Natter-Wurtz.*

FAGOPYRVM vulgare erectum Tournef. *Eryſimum Theophraſti, folio hederaceo* C. B. P. 27. *Fagotriticum* J. B. 2. 993. Seritur quandoque in vineis *des Lerchen-Feldes*, frequentius circa *Wittebergam*, & in *Luſatia* floretque Jul. Germ. *Heyde-Korn*, a loco natali, quia ericetoſis locis ſeri gaudet; alias etiam *Buch-Weizen* dici-

a) Hæc omnia ita emendare oportet, ut omnino unica ſit, quas duas facit RVPPIVS, foliis nervoſis ſerratis, ſpicaque denſa facile a reliquis ſeparabilis, quæ in aquis levia natantia folia, cauleinque procumbentem, hunc autem in

dicitur, unde effictum nomen Fagopyri, a voce latina fagus, *Buch*, & pyrum voce græca, *Weizen*; ſed inepte hæc vox compoſita eſt ex voce græca & latina. a)

FAGOPYRVM vulgare, ſcandens Tournefort. *Convolvulus minor, ſemine triangulo* C. B. P. 295. *Helxine ſemine triangulo* J. B. 2. 157. *Helxine ciſſampelos, altera, Atriplicis effigie* Lobel. Icon. 624. Inter ſegetes paſſim floret Junio & Julio Germ. *Vogel-Zung, wild Heyden-Korn.*

FAGOPYRVM ſcandens, altiſſimum dumetorum, ſeminibus tribus alis pellucidis cinctis; an *Fagopyrum ſcandens, Americanum, maximum* Tournefort? *Frumentum ſaracenicum, maximum, americanum* H. L. Bat? In dumetis & ſepibus *auf der Inſul*, it. *bey Vorder-Wöllniz*, floret Aug. & Sept. (Notabilis varietas)

ILLECEBRA ſpuria vel Sedoides. Sic interim appellare & huc referre liceat, plantulam, quam Chabræus *Polygonum parvum, flore albo, verticillato*, appellavit. Hæc florem habet exiguum, pentapetalum, nudum, petalis conniventibus conflatum, & quinatim conſtanter preſſe junctum; non deciduum, qui in ſinu ſuo fovet ſemen nudum, unicum, rotundum, admodum exiguum; horum quinatim vero junctorum floſculorum plures verticillum ſpecioſum efformant, ad foliorum conjugatorum, rotundorum alas, uti videri eſt apud Chabræum. Creſcit in arenoſis Luſatiæ inter pagum *Jauer* & Oppidum *Bauzen* & ducatus Juliacenſis & Belgii campis copioſiſſime, (& agro *Cellenſi*) & quamvis hic non proveniat, characterem tamen ipſius, a nullo hactenus ſatis deſcriptum, inſerendum duxi. b)



a) Fagus non latina vox eſt ſed græca, neque adeo malum nomen Fagopyri.

b) Illecebrum LINN. n. 229. de cujus charactere video non conſentiri, Cl. enim MOEHRINGIVS cum RVPPIO petala habet, quæ LINNAEVS & VAILLANTIVS non habent. Recentem non vidi, neque adeo definire poſſum quidquam.

AGRIMONIA officinarum. *Agrimonia ſeu Eupatorium* J. B. 2. 398. *Eupatorium veterum ſive Agrimonia* C. B. P. 321. In vineis & ad agrorum montoſorum limites floret Julio; Cum hujus ſemen corticem nunquam ſponte deponat, pro ſemine nudo habere placuit. (etſi bilocularis fructus ſit, duo continens ſemina) *Agger-Mennig*, *Ader-Mennig*, *Oder-Mennig*. De Agrimonia altera odoratiore vid. Fab. Columna & Camerar. Epit. Matthiol. Agrimoniæ flos non eſt hexapetalus, vti falſe opinatus eſt J. Rajus. vid. etiam Tournef. & Fab. Columm.

AGRIMONIA orientalis major in hortis Curioſorum floret Jun. & Jul. vid. Tournef. Corollar. ad Inſtitut.

COTINVS Tournefort. p. 610. & Matthioli. vid. & C. B. Pin. pag. 415. *Coccigrya ſive Cotinus putata* J. B. 1. 494. *Im Fürſten-Garten*, floret Majo.

TILIA fœmina, folio majore C. B. P. 426. *Tilia vulgaris platyphillos* J. B. 1. 133. In areis & compitis frequens. *Im Fürſtengarten* & in ſylvis *Linde*, *Linden-Baum*. Floret Jun. Tiliæ ſemen an ſit nudum, an vero tectum, hactenus dubitatum eſt, ſed cum decidat cum ipſo obvolucro, & hoc non deponat, præſtat huc referre a), vid. tamen Tabulæ Tuornefort. Tilia mas veterum, non eſt ſpecies Tiliæ, ſed Ulmi potius, teſtibus I. ſolis veſiculis foliis adnaſcentibus. vid. C. B. Pin. pag. 427.

TILIA montana maximo folio C. B. P. & Prodr. Provenit copioſe *hinter Jena-Prieſſniz und Wage*, *auch in denen Wäldern nach Rotha und der frölichen Wiederkunfft*, it. *im Dörffgen Rode*. (Varietas)

TILIA folio minore J. B. 1. 137. *Tilia fœmina, folio minore* C. B. c. l. cum præcedente floret Majo & Junio; Et Tiliæ ſemen nudum videtur, ſiquidem corticem ſuum nunquam & nuſquam deponat; ſi vero quiſpiam ad aliam claſſem referre maluerit, cum eo non litigavero. (A priori glabritie foliorum differt)

TOXI-

a) Verum Tilia naturaliter polyſperma eſt. Pertinet adeo ad

TOXICODENDRON Tournef. *Epimedium fruticans Canadenſe* Raji Hiſt. 1699. *Vitis Canadenſis* Muntingii, qui elegantem totius plantæ figuram exhibuit in ſua Phytographia Fig. LX. Hujus plantæ meminit & C. B. in appendice ad Pinacem p. 517. his verbis: Vitis Canadenſis nomine, in hortis Curioſorum floret Junio; *auch in des Ziegenhäyniſchen Kräutermanns Gärtgen.* Olim arbor venenata quorundam dicta eſt, a τοξικὸν venenum & Δένδρον arbor. vid. Tournef. Inſt. rei herb. p. 610.

## II. *Seminibus nudis geminis.*

ACER montanum candidum C.B.P. *Acer major* CORD. hiſt. In ſylvis v. g. *im Rauenthale und auf der Welmeſe gegen den Fürſtenbrunnen über.* Floret Majo. Semina dependent racematim, & aliquando eleganti ſpectaculo terna conjunguntur. Verno tempore ex reſectis virgis ſuccus ſtillat, quo aliqui loco ſucci Betulæ utuntur.

ACER montanum tenuiſſimis & acutis foliis C. B. P. p. 431. *Acer tenuifolia* THALII. *Acer plantanodes* PLVKNETI. In ſylvis cum præcedente v. g. *im Rauenthale,* ubi in arborem vaſtae altitudinis adoleſcit. Majo flor.

ACER campeſtre & minus C. B. l. c. Paſſim in ſepibus: & ſylvis v. g. *bey Cluſewitz und im Rauenthale,* in cujus parte ſuperiori, agris contermina, in arborem ingentis altitudinis adoleſcit, & magnam copiam gignit ſeminum alatorum, viſcoque obducitur. Cimæ Aceris junioris centeſcunt.

## III. *Seminibus nudis plurimis.*

VLMARIA Cluſ. Hiſt. CXCVIII. J.B. 3. 488. *Barba capræ floribus compactis* C. B. P. 164. *Regina prati* Dodon. Pempt. 57. In pratis v. g. *im groſſen Paradieß und in der Ziske*, floret Junio & Julio. *Geiß-Bart*, *Medeſüß.* De hujus virtute in fracturis oſſium. vid. Felix *Würtz* in ſua Chirurgia pag. 319.

RANVNCVLVS nemoroſus, vel ſylvaticus, folio rotundo C. B. P. 178. *Ranunculus auricomus, Ranunculus*

*dulcis* Tragi Lobel. icon. 969. In pomariis inter gramina frequens floret Aprili & Majo; Folia ipſius inferiora ſunt rotunda, ſuperiora vero floribus proxima valde anguſtis laciniis diſſecta. *Gold-Blumen, Butter-Blumen.*

RANVNCVLVS pratenſis, erectus, dulcis C. B. P. 179. *Ranunculus dulcis* Tabernæm. ſive *Batrachium ſalutiferum* ejusdem in Icon. p. 51. In pratis paſſim Majo & Junio. a)

RANVNCVLVS pratenſis, repens, hirſutus C. B. P. 179. b) *Ranunculus repens, flore luteo, ſimplici* J. B. 2. 419. *Ranunculus pratenſis, reptante cauliculo* Lobel. Icon. 964. In hortis & pratis paſſim Junio & Julio. Germ. *Hahnen-Fuß, Krähen-Fuß.* Gallis Baſin. In hortis reperitur flore pleno, v. g. *im Fürſten-Garten,* qui dicitur *Ran. hortenſis inclinans* C. B. p. 179. [Dignoſcitur lobis foliorum petiolatis.]

RANVNCVLVS pratenſis, erectus, acris C. B. P. 178. *Ranunculus pratenſis, ſurrectis cauliculis* Lobel. *Ranunculus ſylveſtris & II.* Tabernæm. In pratis, ſylvis & pomariis paſſim floret Majo & Jun. In hujus folii medio ſæpe lata macula nigra deprehenditur. Varietas etiam flore pleno in hortis colitur, quæ eſt *Ranunculus hortenſis flore pleno* C. B. P. Alia varietas caule lato eſt inter plantas RVPPII. [Lobi foliorum ſeſſiles, non petiolati.]

[RANVNCVLVS polyanthemos ſimplex LOBEL. ic. p. 666. J. R. H. VAILL. *Mem. de l'Acad.* 1719. p. 53. n. 8. *Ranunculus ſylveſtris* TABERN. p. 42. In ſylvis Ienenſibus abunde. Differt a priori foliis multo profundius & acutius diſſectis, lobis lineam unam, aut alteram latis.]

RANVNCVLVS montanus, folio Aconiti, magno flore C. B. P. 178. *Ranunculus magnus valde hirſutus, flore luteo*

a) Nullum adgnoſco Ranunculum erectum dulcem a repente diverſum.

b) Folia, totusque habitus hujus Ranunculi valde conſentiunt, cum eo, qui radice rotunda eſt, & hunc ipſum obſervando vidi adoleſcente ætate bulbum ſuum findere, numeroſosque caules producere, proſtratos. Valde adeo ſuſpicor non differre utrumque

*luteo* J. B. 3. 417. *Im Cluſewitzer Holtze,* floret Majo. [Valde vereor, ut ſatis differat ab erecto acri. Folia valde lata & hirſutiſſima.]

RANVNCVLVS folio Aconiti flore albo multiplici C. B. P. p. 129. *Ranunculus flore albo tum ſimplici tum pleno* J. B. apud CHABR. p. 467. In hortis Curioſorum (& M. Bructero vicinaque hercinia ſylva.)

RANVNCVLVS pratenſis, radice verticilli modo rotunda C. B. P. 178. *Ranunculus minor* Tabern. icon. 43. In pratis, ſylvis & ad ſepes floret cum præcedentibus. Hujus radix magnitudine variat; in hortis etiam flore pleno occurrit.

RANVNCVLVS paluſtris, Apii folio C. B. P. 180. *Ranunculus paluſtris, flore minimo* J. B. 3. App. 858. Flores habet exiguos, & ſemina in longius capitulum compacta; In paluſtribus v. g. *im Stadt-Graben,* floret Majo & Junio. Hic Ranunculus pro vera herba Sardonia Veterum habetur, ex cujus eſu oritur Spaſmus cynicus, qui riſus ſpeciem præ ſe fert in vultu ægri, unde adagium: riſus Sardonius. *Hinter den Fecht-Boden, und bey den ſo genannten Teufels-Loche,* & aliis locis.

RANVNCVLVS arvenſis, echinatus C. B. P. 179. *Ranunculus arvorum* Lobel. icon. *Arvenſis* Tabernæm. In arvis & inter ſegetes paſſim floret Majo & Jun.

RANVNCVLVS paluſtris echinatus C. B. P. p. 180. *Ranunculus Apuleji quibusdam* Cluſ. hiſt. In hortis Curioſorum.

RANVNCVLVS aquaticus, Cotyledonis folio. *Ranunculus aquaticus, umbilicato folio* F. Colum. Ecphraſ. diverſa a Cotyledone aquatica acri ſeptentrionalium, quæ eſt Hydrocotyles, umbelliferæ plantæ ſpecies. *Wird zuweilen unter dem hohen Ufer der Saale im Sande gefunden, wo man nach Kunitz gehet,* ſed rarius floretque Junio.

RANVNCVLVS aquaticus, capillaceus C. B. P. 180. *Millefolium aquaticum, foliis Abrotani, Ranunculi flore & capitulo* C. B. P. 141. *Ranunculus aquatilis omnino* J. B. 3. 781. In ſtagnis v. g. *in denen Sümpfen, ſo im oberſten Theil der Druſenitz bey Winzerla ſind, auch bey Löbſtädt,*

[*Wenigen-Iena*] *und hinter Kunitz* in aquis ſtagnantibus, *ſo auf denen Wieſen gegen Culmsdorf an der Saale hinunter befindlich.* Floret Majo. vid. *F.* Columna in Ecphraſi, qui nitidam exhibet figuram. [Folia huic capillaria, in circumſcriptionem utrumque circularem diſpoſita.]

RANVNCVLVS aquaticus folio rotundo & capillaceo C. B. P. 180. *Ranunculus aquatilis, albus, tenuifolis* J. B. 3. 781. in ſtagnis *bey Städtgen Rothe und der frölichen Wiederkunft hin; iſt auch häuffig bey Leipzig* in ſtagnantibus, *und bey Gieſſen* in putridis & lacuſtribus *um die Inſel in der Lahn oberhalb Wieſſeck*, (copioſiſſime *Walckenriede* in exſiccata ora ſtagni reperi.) Floret Jun.

RANVNCVLVS aquatilis, albus, fluitans, Peucedani foliis H. L. Bat. *Millefolium aquaticum, foliis Fœniculi, Ranunculi flore & capitulo* C. B. P. 141. *Ranunculo, ſive Polyanthemo aquatili, albo affine, Millefolium maratriphyllon fluitans* J. B. 3. 782. *Millefolium maratriphyllon tertium, flore & ſemine Ranunculi aquatici, Hepatica facie* Lobel. icon. 741. In aquis profluentibus v. g. *in der Saale unter und über der Schneide-Mühle, auch am Arme der Saale, woran die Raſe-Mühle lieget*, floret Jun. & Jul. (Folia huic prælonga, ad acutiſſimos angulos diviſa, circumſcriptione vaga, non circulari.)

[RANVNCVLVS foliis linearibus, brevisſime bifurcatis. nob. *Ranunculus aquatilis albus fluitans Peucedani foliis ſerotinus, foliis binis latioribus, incurvatis, ſubrotundis, in extremitate caulium hinc inde inſtructus.* MAPP. *hiſt. plant. Alſat.* p. 263. cum icone. A prioribus differt, quod folia ferat ex longis petiolis: Hi ternos fere gerunt pediculos, ſed in imo flore unicum, linearem, in extremitate ſua vel bifurcum, vel denuo trifidum, ſegmentis linearibus, latis, breviter bifurcis & trifurcis. Flos priorum. Jenæ proxime pontem, ſupra *Kamsdorf* in Arenoſo litore Saalæ a. 1742. reperi, medio M. Julio.]

RANVNCVLVS longifolius, paluſtris, major C. B. P. 180. *Ranunculus longo folio, maximus, Lingua Plinii* J. B. App. 865. *Ranunculus lanceatus, major* Tabern. icon. 48. In locis paludoſis v. g. *hinter Cluſewitz, nicht weit vom*

*Pfarr-Höltzgen, mitten im Moraſt*, floret Junio. (Huic caulis erectus eſt.)

RANVNCVLVS longifolius, paluſtris, minor C. B. P. 180. *Ranunculus longifolius, aliis Flammula* J. B. 3. app. 864. *Ranunculus lanceatus minor* Tabern. icon. 49. In pratis præcipue ſubudis, & ad illorum terminos ſive ſcrobes inter pratenſes frequens, floret Majo, Jun. & Jul. (Huic caulis procumbit & ex intervallis radiculas edit.)

RANVNCVLVS paluſtris, ſerratus C. B. P. 180. *Flammula ranunculas, folio ſerrato* Dodon. Pempt. 432. *Ranunculus lanceatus, ſerratus* Tabern. icon. 49. cum præcedente. [Varietas.]

RANVNCVLVS Aſphodeli radice, flore ſanguineo C. B. P. 181. *Ranunculus Conſtantinopolitanus* Cluſ. Hiſpan. & Camerar. *Ranunculus polyphyllos, flore coccineo* Cluſ. Pannon. *Ranunculus Aſiaticus, grumoſa radice, pleno flore* Cluſ. Hiſt. Plant. Rarior. In hortis v. g. *im Fürſten-Garten*, floret cum Anemonæ ſpeciebus.

RANVNCVLVS Aſphodeli radice, flore albo, pleno, cum præcedentibus. In horto D. Reineccii.

RANVNCVLVS Aſphodeli radice, flore ſubphœniceo, rubente C. B. P. cum præcedente.

MYOSVRVS J. B. 3. 512. *Holoſteo affinis Cauda muris* C. B. P. 190. *Ranunculus gramineo folio, flore caudato, ſeminibus in capitulum ſpicatum congeſtis* Tournefort. Inſtit. p. 295. Germ. *Mauß-Schwantz* ab ὁ μῦς mus & ἡ οὐρὰ cauda. Inter ſegetes *bey Laaßdorff und Rode, auch häuffig bey Gieſſen und Leipzig* in vervactis. (Gottingæ ex vulgatioribus plantis eſt.) Floret Aprili & Majo. Hæc plantula & flore & ſemine a Ranunculis recedit, id enim, quod pro flore caudato accepit Tournefortius, eſt embryo ſeminum ſpicatorum turba conſtans; petala vero ſunt concava inſtar floris Ariſtolochiæ, a) & cauli appreſſa.



a) Mala deſcriptio. Nam petala ſimplicia ſunt, petiolata & lingulata, caryophyllæorum adfinia. Calycis vero foliola floratia elliptica, caudam acuminatam deorſum contra cau-

QVINQVEFOLIVM Lupini folio argenteo, flore albo. *Pentaphyllon album* J. B. 2. 598. *Quinquefolium album, majus, alterum* C. B. P. 325. In ſylvis montoſis v. g. *auf dem Forſt, im Walde bey Coſpida und Iſerſtädtiſchen Holtze, und bey der neuen Ginne*, floret Jun. Germ. *Fünff-Blat, Fünff-Finger-Kraut mit weiſſen Blumen.*

QVINQVEFOLIVM majus, repens C. B. P. 325. *Pentaphyllum, ſive Quinquefolium vulgare, repens* J. B. 2. 398. *Fünff-Finger-Kraut*. Ad ſepes & in locis gramineis, acclivibus, apricis paſſim, floret Julio.

QVINQVEFOLIVM minus, repens, luteum C. B. P. 325. *Pentaphyllon parvum, hirſutum* J. B. 2. 598. *Quinquefolii* IV. *flavo flore ſecunda ſpecies* Cluſ. Hiſt. CVI. *Pentaphyllum, ſive Quinquefolium minus* Tabern. Icon. 132. In apricis & aſperis, & viarum agrorumque marginibus tenui margine veſtitis primo vere floret.

QVINQVEFOLIVM minus, repens, lanuginoſum, luteum C. B. c. l. *Quinquefolium* IV. *flavo flore prima ſpecies* Cluſii Hiſtor. CVI. *Pentaphyllum minus, molli lanugine pubeſcens flore luteo* J. B. 2. In apricis, aſperis *der Mittags-Seiten des Kunitzer-Berges hinten hinaus*, verſus Montem *Gleißberg*. Floret Aprili & Majo. (Varietas.)

QVINQVEFOLIVM folio argenteo C. B. P. *Pentaphyllum rectum, foliis profunde ſectis, ſubtus argenteis, flore luteo* J. B. 2. 398. *Quinquefolium petræum, majus* Tabern. Icon. 122. In apricis acclivibus v. g. *am Stadt-Graben*, & in vineis floret Majo & Junio.

QVINQVEFOLIVM rectum, album C. B. P. *Quinquefolium Theophraſti album* Tabern. Icon. 120. *Quinquefolium rectum majus* J. B. In horto medico, ſponte autem provenit juxta Lipſiam in monte *Kikerlikick*. Sed variat ab hortenſi hirſutie & foliorum latitudine. Floret Junio & Julio.

QVINQVEFOLIVM montanum, ſericea hirſutie obſitum, anguſtisſimo folio, parvum. An *Pentaphylli quarti ſecunda ſpecies* Cluſ. pannon. in aſperis, & apricis, tenui gramine veſtitis *über dem Rauenthal*, qua ex hoc nemore

pagus *Cluſewitz* petitur, floret Aprili & Majo. (Eſt varietas Q. argenteo folio.)

PENTAPHYLLOIDES ſupinum J. B. 2. 398. *Quinquefolia fragifero affinis* C. B. P. 326. *Pentaphyllum ſupinum quorundam, Potentillæ facie* Cluſ. Hiſt. CVII. Quinquefolium fragiferum, repens Tabern. Ad muros & parietes domuum *gegen Dorndorff und Naſchhauſen über, auch häuffig bey Steinburg und Biebera, wie auch in denen Vor-Städten bey Naumburg und Weiſſenfelſs.*

PENTAPHYLLOIDES argenteum, alatum, ſeu Potentilla Tournef. Inſtit. p. 298. *Potentilla ſeu Argentina* J. B. 2. 398. *Argentina* Dodon. Pempt. 600. *Anſerina* offic. In areis & compitis, nec non in paſcuis, præcipue anſerum, ut & in agris humidioribus frequens; foliis ſericeis & viridibus variat. Floret Majo & Jun. Germ. *Gänſerich.*

PENTAPHYLLOIDES paluſtre, rubrum, Tournef. p. 298. *Quinquefolium paluſtre, rubrum* C. B. P. 326. *Pentaphyllum, vel potius Heptaphyllum flore rubro* J. B. 2. 398. *Quinquefolium paluſtre, ſive aquaticum* Tabernæm. Icon. 122. *Quinquefolium paluſtre fragiferum, ſive Heptaphyllum porphyranthemum* Camerarii in Epit. p. 762. Germ. *Gänſe-Kraut, Sieben-Finger-Kraut.* In pratis uligine madentibus, inter Muſcum paluſtrem albicantem cum Rorella v. g. *nach Schleben und Rudersdorff und der Leuchtenburg zu, auch in denen Sumpfen beym Cluſewitziſchen Pfarr-Höltzgen*, cum Ranunculo lanceolato majore. Floret Jun.

PENTAPHYLLOIDES rectum, fruticoſum, Eboracenſe Moriſ. Hiſt. Oxon. P. 2. 193. *Pentaphylloides fruticoſum* Raji Catalog. Plant. Angl. edit. 1677. In horto Medico floret Majo & Junio. In hoc Pentaphylloide hactenus loco ſeminum Lanuginem quandam deprehendi, a) alias quoad petala & perianthium huc ſpectat.

FRA-

a) Semina nempe copioſo pappo diſtincta ſunt, ex placenta enaſcente: qualis etiam in aliis Quinquefolii ſpeciebus, ſed rarior, adeſt.

FRAGARIA vulgaris C.B.P. 326. *Fragaria ferens fraga rubra* J. B. 2. 394. *Fragum trifolium fragiferum* Tabern. icon. 118. In pomariis & pratis, nec non ſylvis floret Maj. *Erd-Beeren.*

FRAGARIA fructu albo C. B. *Fragaria ferens fraga alba* J. B. *Fragum album* Tabernæm. Icon. 119. *Preſslinge, Bröſslinge.* vid. Camerar. Epit. Matthiol. p. 355. dicuntur aliis etiam *Knack-Beeren.* In montis apricis, aſperis, floret cum præcedente. (Varietas.)

[FRAGARIA foliis hiſpidis C. B. J. R. H. *Fragariæ tertium genus* TRAGI. *Gegen das Rauenthal,* ſupra vineas etc. A vulgari fructu hiſpido differt. Hanc ſpeciem mihi Jenæ nominaverunt. *Preſslinge*, & error in RVPPIANO opere ſubeſſe videtur.]

FRAGARIA fructu parvi Pruni magnitudine C. B.P. 327. Fraga fructu magno Eyſtett. In hortis variis v. g. Sereniſſ. Principis cum præcedentibus. Ad bacciferas plantas minime referri poteſt Fragaria, quia ipſius ſemina ſunt nuda, carnoſæ pulpæ ſuperficiei undique adnata.

FRAGARIA flore pleno VOLCAMER. *Fragaria fructu rotundo ſuaviſſimo flore duplici* H. R. P. In hortis Curioſorum.

CARYOPHYLLATA vulgaris C. B. P. 321. *Caryophyllata vulgaris, parvo flore, luteo* J. B. 2. 398. *Benedicten-Wurtzel, Märtz-Wurtzel*, quia menſe Martio cereviſiæ inditur, ob virtutem aromaticam. Ad ſepes paſſim floret Majo & Junio.

CARYOPHYLLATA aquatica, nutante flore C. B.P. 321. *Caryophyllata aquatica, flore rubro ſtriato* J. B. 2. 398. *Septentrionalium rotundifolia , papposo flore Caryophyllata* Lobel. icon. 694. Interdum flos unus alteri innaſcitur, vti & fieri vidimus in floribus roſæ, de quo vid. Sibaldus in Scotia illuſtrata & Breynius. *Auf ſümpfigten Wieſen nach Schleben und Rudersdorff zu, an den Kleiniſchen Teichen, und bey Leipzig auf denen feuchten Wieſen beym groſſen und kleinen Kohl-Garten; bey Gieſſen im ſteltzen Morgen.* [Gottingæ in M. *Haynholtz* abunde.] Floret Maj. Occurrit etiam in horto medico.

## *IV. Seminibus tectis capſula.*

### (1) SIMPLICI.

MITELLA T. & RIV. *Cortuſa americana altera, floribus minutim* fimbriatis VALLOT. H. R. P. In hortis Curioſorum. Hujus generis eſt frutex novi orbis, qui tincturam ſuppeditat, quam Orleanam vocant, & Urica vocatur, vel Bixa Oviedi. Vide Sam. DALE & T.

ALSINE altiſſima nemorum C. B. P. 250. *Alſine major, repens, perennis* J. B. 3. 362. *Alſine maxima, ſolanifolia* Mentzelii Pug. Tab. 2. Ad ſepes paſſim v. g. *bey Wenigen-Iena, im kleinen Paradieſe.* Floret Jun. & Jul.

ALSINE montana, latifolia, flore laciniato C. B. P. 251. *Alſine hederacea, montana, maxima* Columm. Part. I. 290. Inter Salices *bey VVenigen-Jena; aber viel häuffiger hinter Laaßdorff nach Rode zu, auch zwiſchen Rode und der Leuchtenburg,* (Rodæ ad rupes) paſſim in umbroſis floret Majo; A priore foliis latioribus & hirſutis varie diſtinguitur, præterea cito defloret, nec ſcandit. (Varietas prioris, uti in loco natali vidi)

ALSINE media C. B. P. 250. *Alſine vulgaris, ſive Morſus gallinæ* J. B. 3. 363. *Alſine officinarum.* In cultis & agris paſſim, floret toto fere anno. Germ. *Hüner-Darm, Hüner-Biß, Meyer, Meirich, Vogel-Kraut,* quia avicularum caveis circumpendunt. Magnitudine variat & forſan differt ſpecie. Ab hoc vero plantæ genere differt toto cœlo Alſine Dioſcoridis ſ. Cynocrambe Fabii Col. & Tourn. de qua vid. C. B. in notis ad Matthiol. Dioſcoridem, nec non Tourneſ. in Corollario ad Inſtitut. rei herbariæ.

ALSINE pratenſis, gramineo folio, ampliore Tournefort. *Caryophyllus arvenſis, glaber, flore majore* J. B. 3. 361. *Gramen floridum majus* Tabern. icon. 232. Apud nos non in pratis, ſed in ſylvis & dumetis provenit, v. g. *im Rauhenthal und auf dem Tautenburgiſchen Forſt, auch im Cluſewitzer Holtze,* & alibi, Germ. *Augen-Troſt-Graß*, floretque Majo.

ALSINE paluſtris, Linifolia, magno flore lacteo. vid.

Menzel. in pugill. in careċtis & arundinetis *im Cluſewiziſchen Pfarr-Hölzgen*, cum Ranunculo arundinaceo majore. Floret Jun. & Jul. [Varietas Alſines gramineo folio ampliore flore]

ALSINE paluſtris gramineo folio, longiore, flore majore [Pariter]

ALSINE pratenſis, gramineo folio, anguſtiore Tournefort. *Caryophyllus arvenſis, glaber, flore minore* C. B. P. 210. *Gramini Fuchſii Leucanthemo ſimilis & affinis planta* J. B. 3. 361. *Gramen floridum minus* Tabern. icon. 232. Ad ſepes variis in locis v. g. *wo man nach dem Paradieß gehet*, & alibi, floret Junio.

ALSINE nemorenſis, foliis ſtrictiſſimis, multiflora & multicaulis, nondum deſcripta, cujus ecce hiſtoriam. Radix fibroſa, perennis, tenuis, capillata. Caules plurimi per terram in orbem ſparſi, denſo ceſpite congeſti. Folia acuta, anguſtiſſima inter omnes veras Alſines. In ſummitate cauliculorum flores exigui, petalis profunde bifidis, perianthio quinquefolio. Capſulæ ſequuntur ſimiles, ut in aliis Alſines ſpeciebus. *In denen Holtz-Schlägen zwiſchen Hummelshäyn und der frölichen VViederkunfft*, e. g. *im grünen Schlag, Lättenberg, Blanckenholz &c. und Rieſenck.* cum Circæa minima, floret æſtate. [In meis ſpeciminibus non differt a priori]

ALSINE longifolia, uliginoſis proveniens locis J. B. 3. 365. *Alſine fontana* Tabernæm. icon. 712. In umbroſis, udis, viis neglectis ſylvarum circa Kleinam & alibi ad fontes, *und nach der frölichen VViederkunfft hin; auch in denen VVeiden an der Saale nach Kunitz zu.* (in viis inter *Bürgel & VValdek* abunde) it. *bey Leipzig, Gieſſen, VVittenberg*, in locis paludoſis. Floret Majo & Junio. Ex hac planta, & tribus ſequentibus Tournef. Genus ab Alſine ſeparatum conſtituit a) ſed cum petala minus profunde ſecta, & vehiculum intortum, non ſuf-

a) Minime hanc enim Alſinem Hyperici nomine VAILL. recenſet, neque inter Myoſotides habet.

ſufficientia a) ad genus ſeparatum conſtituendum, præſtat Alſinas congeneres referre; ſiquidem ipſe Tournef. minus conſcientioſe alias plantas ab Alſine longe magis differentes, quam hæc planta, Alſines generi permiſcuit v. g. Arenariam & Spergulam.

ALSINE hirſuta, magno flore, vaſculo corniculato. *Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore* Tournefort. p. 245. *Caryoppyllus arvenſis, hirſutus, flore majore* C. B. 210. *Auricula muris, pulchro flore albo* J. B. 3. 360. *Holoſtium caryophyllæum* Tabern. Icon. 233. In aggeribus & juxta vias publicas, *an rändern* paſſim juxta agros, floret Aprili & Majo.

ALSINE incana, vaſculo longiori, alpina b), repens. *Myoſotis incana, repens* Tournef. *Lychnis incana, repens*. C. B. P. 206. *Im Fürſten-Garten.* Majo. Vulgo hortulanorum ſed male Lychnidem marinam appellant, cum Lychnis marina anglica ab hac planta ſit longe diverſa. Fabio Columnæ dicitur *Ocymoides lychnidis, reptante radice;* C. B. plantam hanc bis propoſuit.

ALSINE hirſuta vaſculo corniculato, flore minore. *Myoſotis arvenſis hirſuta, parvo flore* Tournefort. p. 243. *Auricula muris quorundam, flore parvo, vaſculo tenui, longo* J. B. 3. 359. In cultis & agris frequens floret Aprili & Majo.

[MYOSOTIS viſcoſa foliis ovatis *Enum. plant. Helv.* p. 385. *Myoſotis hirſuta altera viſcoſa* I. R. H. VAILL. T. 30. f. 3. Ad vias arenoſas & ſteriles, æſtate floret] RVPP. in poſthumis ait naſci inter vineas in M. *Fuchsberg.* Majoque M. florere, & majorem reperiri, & minorem.

ALSINE hirſuta, vaſculo longiori, minima. *Myoſotis hirſuta, minor* Tournef. *Alſine hirſuta minor* C. B. P.

a) Omnes tamen botanici ſeparant Myoſotidem, Ceraſtii nomine aut Myoſotidis ipſeque LINNAEVS: ob fructum nimis ſpecificum.

b) Alpina non eſt, ſed cretica, & regionum calidiorum Italiæ.

B. P. 251. In apricis aſperis floret Aprili, præcipue ubi gramine tenui veſtiuntur loca, v. g. *bey D. Teichmeyers Mühle bey der Purſchen-Schantze, noch häuffiger auf den Fuchs-Berge zwiſchen denen VVein-Bergen.* [Quinque tantum ſtaminibus a proxime priori differt] Alſines petala ſunt bifida, adeo ut obiter inſpicienti decem videantur, ideoque ſequentes plantæ commodius a præcedentibus, quibus Tournefortius, una cum Spergulis tetrapetalis, admiſcuit, ſub nomine Arenariæ ſeparantur.

ARENARIA paluſtris. *Arenaria, Holoſtei forte genus* Chabr. p. 550. *Alſine paluſtris, tenuiſſimis foliis, ſive Saxifraga paluſtris, alſinefolia* Ger. Emac. Raj. Hiſt. 1032. vid. Plukenet. in Phytographia, *Alſine nodoſa, germanica* C. B. Prodr. p. 118. 119. Cur vero Arenaria ab arenoſis locis dicatur, non capio; ſiquidem non arenoſa, ſed potius uliginoſa prata amet. In pratis uliginoſis, v. gr. *bey Laaſsdorff auf der VValters-VVieſen.* Floret Julio & Auguſto.

ARENARIA verna, ſtrictiſſimo folio. *Alſine tenuifolia* Chabræi p. 450. J. B. 3. 364. *In dem ſteinigten Fahr-VVege, hinter der Papier-Mühle nach Voltersrode zu,* floret Aprili & Majo.

ARENARIA arvenſis, vulgatior. *Alſine ſpergula dicta, major* C. B. P. 251. Germanis *Spurree*, a quibus valde extollitur ad pecora ſaginanda, unde & quibusdam Saginæ Spergula dicitur. In agris *nach Rode und Kleine zu häufig, wird auch zuweilen im Sande an der Saal gefunden,* [Gottingæ vulgaris] floret Julio & Auguſto.

ARENARIA Verna, fugax, glabra, bifolia. *Holoſteum caryophyllæum, arvenſe* Tabernæm. icon. 233. *Caryophyllus arvenſis, umbellatus, folio glabro* C. B. P. 210. In agris & vineis paſſim, *auch am Stadt-Graben, dem Fürſten-Keller gleich über,* floret Aprili & Majo. Ramuli prius, quam floreat reflexi, poſtquam flores prodierunt eriguntur, poſtea denuo reflectuntur. Maturato ſemine evaneſcit. [Huic petala ſerrata. Hinc Holoſtei nomine a DILLENIO & LINNAEO diſtin-

ARENARIA maritima. *Alſine Spergulæ facie media* C. B. P. 251. *Spergula marina noſtras* J. B. 3. 772. *Bey Sultze und an der ſalzigen See*, [*Sulzæ* ubivis in locis ſecundum quæ aquæ ſalſæ fluunt, abunde] variat flore majore & minore, pariter ac totius plantæ magnitudine; a) utroque vero flore purpureo, locis ſalſis floret Julio; Hujus ſemina limbo foliaceo ſunt cincta, non ſecus ac ſequentis; ſed hujus ſeminis limbus eſt minus latus, & flos ejusdem eſt purpureus, ut de aliis taceam; [ vaginis nempe albis ſub ortu ramorum. ] Fruſtra itaque ſuſpicatur Rajus eſſe unam eandemque plantam.

ARENARIA campeſtris flore purpureo-cœruleo. *Spergula purpurea* J. B. 3. 722. Chabr. p. 549. *Alſine Spergulæ facie, minor, ſive Spergula minor, floſculo ſubcœruleo* C. B. P. 251. In agris & paſcuis *bey Querl*, item in agris *bey dem Pfarrhöltzgen*, floret Junio, Julio & Auguſto. A marina aut ægre, aut nihil quidquam diſtat.

ARENARIA teretifolia, verna, flore albo, ſemine limbo foliaceo cincto. *Alſine Spergulæ facie, minima, ſeminibus marginatis* Tournefort. p. 244. *Alſine Spergulæ facie minima* Bot. Monſp. Hujus flos eſt lacteus, & raro apertus, niſi tempore matutino. Moriſono dicitur *Alſine Spergula dicta, teretifolia, ſemine foliaceo in medio nigro aut fuſco, circulo membranaceo albido cincto.* In agris arenoſis & lapidoſis *nach der neuen Schencke und Rode zu.* it. *bey der Purſchen-Schantze ohnweit* D. Teich*meyers Mühle*, floret Aprili & Majo. [ An ſatis a Spergula diverſa? In RVPPIANIS plantis non videtur, neque planta in agris ipſiſſimis a RVPPIO dictis a me lecta ]

ARENARIA Plantaginis folio. *Alſine folio Plantaginis* Chabræi p. 450. J. B. 3. 363. Ad muros ſepesque, ut & in ſalicum truncis putreſcentibus, nec non in ſylvis

H

a) Hinc in priori editione pro peculiari neque deſcripta planta proponit Arenariam maritimam floribus & capſulis duplo

ſylvis ad Quercum radices floret Majo, Junio & Julio. Semen hujus plantæ eſt rotundum glabrumque nigrum, ſplendens, perianthium quoque aliquatenus a reliquarum Arenariarum perianthio recedit, quod J. B. figura ſua ſatis feliciter expreſſit.

ARENARIA multicaulis, ſerpillifolia. *Alſine minor, multicaulis* C. B. P. 250. *Alſine minima* J. B. 3. 364. In agris & muris paſſim, ubi caulium multitudine variat, & quandoque magis minusve erigitur, vel reſupinatur.

RORELLA vulgaris & officinarum. *Ros ſolis folio ſubrotundo* C. B. P. 309. *Rorida, ſive Ros ſolis major* Lobel. icon. 811. In pratis uligine madentibus, inter Muſcum paluſtrem foliis reflexis albicantem & rubrum; hujus autem flos non eſt monopetalus, uti exiſtimavit Joh. Rajus in methodo plant. emend. & aucta v. g. *bey Schleſreiſen und Hanſpitzen, auch bey Bubeck und Walldeck.* [*Häuffig bey Bollwerk und von da nach dem Zeiſig-Grunde hin*] Magna ſuperſtitione hæc planta a quibusdam colligitur, & ad varia uſurpatur magica. Floret Junio. Germ. *Sonnen-Thau.*

PARNASSIA Tournefortii & Rivini; *Gramen Parnaſſi, albo ſimplici flore* C. B. P. 309. *Gramen Parnaſſi, Dodonæi, quibusdam Hepaticus flos* J. B. 3. 537. *Hepatica alba* offic. *Ciſtus humilis* Hermanni. Hæc plantula petala habet quaſi geminata, alia exteriora majora, alia interiora longe minora, eleganter fimbriata & quaſi apiculata, [ornata globulis luteis petiolatis.] Quibus adjacens ſtamina & his embryo quadrangularis. Vel ſolius Parnaſſiæ flos nobis teſtis erit & exemplum, quod præter flores compoſitos ex regularibus & irregularibus ſimul, non dentur alii nomine compoſitorum digni, uti vult Rivinus, in quo capite longe diſſentio ab eodem, pariter ac omnes reliqui Botanici mecum facientes. Provenit in pratis uliginoſis, v. g. *wo man nach Prieſsnitz gehet, und in der Ziske,* floret Auguſto & Septembri.

LYCHNIS hirſuta, flore coccineo, major C. B. P. 203. *Flos Conſtantinopolitanus* Dod. Pempt. 178. vulgo

*Lychnis Trapezuntica & flos Hieroſolymitanus.* In hortis variis floret Jun. & Jul. Flore pleno variat.

LYCHNIS hirſuta, flore incarnato, major C. B. P. Cum præcedente; Ambas vulgo *Lychnidem Chalcedonicam* appellant. (Varietas)

LYCHNIS coronaria Dioſcoridis ſativa, flore ruberrimo, diluto & albo C. B. P. 203. In hortis variis floret Jun. Jul. & Auguſto.

LYCHNIS ſylveſtris, alba, ſimplex C. B. P. 204. *Ocimoides album multis* J. B. 3. 342. *Ocimaſtrum, ſive Ocymoides* Tabern. icon. 299. Ad ſepes v. g. *auf der Inſul und andern Orten*, floret Jun. & Jul. a)

LYCHNIS alba, multiplex C. B. P. 204. *Ocimoides album, flore pleno* J. B. 3. 343. *Ocimaſtrum multiflorum* Tabern. icon. 300. *Im Fürſten-Garten* & aliis hortis cum præcedente.

LYCHNIS ſylveſtris, ſive aquatica, purpurea ſimplex C. B. P. 264. *Ocimoides purpureum multis* J. B. 2. 343. *Ocimaſtrum rubrum* Tabern. icon. 299. In locis ſubudis, v. g. *In denen Weiden bey Wenigen-Iena*, ubi & flore albo variat, copioſius quoque occurrit *an der Rode bey Zöllnitz und Laaſsdorff.* [Circa *Bürgel* abunde] Floret Jun. & Jul.

LYCHNIS purpurea, multiplex C. B. P. 204. *Lychnis agreſtis, multiflora* Lobel. icon. 336. In hortis variis floret cum præcedente. Ubi præ petalorum copia, non ſecus ac præcedens, & plures tunicæ flore pleno, perianthium ſæpe diſrumpit. [Varietas]

LYCHNIS ſegetum major C. B. P. 204. *Pſeudomelanthium* J. B. 3. 341. *Nigellaſtrum* Dodon. Pempt. 173. Inter ſegetes frequens floret Junio. A reliquis Lychnidibus differt calicis, ſive perianthii ſegmentis prælongis, ultra petala longe excurrentibus. De hujus radicis mira virtute ſanguinem e naribus fluentem ſiſtendi



a) A ſequente, cum qua conjunxi in *Enum. plant. Helv.* differt foliis longioribus, ellipticis, habitu duriori. Perinde ſe-

vid. Simon Pauli in Botan. quadripartito. Germ. *Raden.* Flore majore & minore variat, qui communiter eſt purpureus, rariſſime albus.

LYCHNIS ſegetum rubra, foliis Perfoliatæ C. B. P. 204. *Vaccaria* Dodon. Pempt. 104. J. B. 3. 357. Inter ſegetes paſſim floret Junio. Hujus petala raro in orbem explicantur, & perianthium præterea eſt valde angulofum adeoque ex hac planta, ſi cuipiam placuit, ſeparatum genus conſtituere licebit, ſub titulo Vaccariæ. Hujus ſemina non ſine errore pro ſemine Perfoliatæ venduntur.

LYCHNIS noctiflora C. B. P. 105. *Ocimoides non ſpecioſum* J. B. 3. 344. *Ocimoides noctiflorum* Camerar. Hort. In arvis variis in locis v. g. *nach Coſpida, zu, und bey der neuen Schencke, auch bey Cluſewitz.* Floret Junio & Julio. Flos æſtate odoratus, autumno, inodorus eſt.

LYCHNIS pratenſis, flore laciniato ſimplici Moriſ. Hiſt. Oxon. P. 2. 537. *Flos cuculi Odontites quibusdam* J. B. 3. 347. *Caryophyllus pratenſis, flore laciniato, ſimplici, ſive flos cuculi* C. B. P. 210. In pratis, v. g. *im groſſen Paradieſs.* Majo & Junio; quandoque flore albo variat, quin & in hortis flore pleno occurrit. Germ. *Guckucks-Baum.*

LYCHNIS annua, minima, flore carneo, lineis purpureis diſtincto Tournefortii. *Betonicæ ſive Tunicæ minimæ ſimilis planta* J. B. 3. 338. *Lychnis minima, muralis* Moriſ. H. 2. *Caryophyllus minimus, muralis* C. B. vid. ejusdem figura in Mentzelii pugillo ſub titulo *Lychnidis paluſtris.* Tab. VII. In agris arenoſis *nach Querl und Kleine zu, und zuweilen an der Saale gegen der Schneide-Mühle,* [Gottingæ ubique in agris] Magnitudine florum variat. Floret Jul. & Aug.

LYCHNIS foliis Rubeolæ RUPP. *bey Querl und Bolwerk.* [Eſt *Tunica calyce lato & breviſſimo Enum. ſtirp. Helv.* p. 381. *Betonica coronaria ſ. Tunica minima* J. B. III. p. 337. A priori ſpecioſiore habitu differt, floreque triplo majore, & duobus ordinibus ſquamorum ſub calyce.]

LYCHNIS ſylveſtris, quæ Saponaria vulgo Tournef. p. 336. *Saponaria* major, lævis C. B. P. 206. *Saponaria vulgaris* J. B. 3. 346. *Seiffenkraut*. Hujus ſtamina quandoque violaceo-nigra & ampla, pulvere nigro petala defœdantia evadunt [Sponte etiam ſemipleno flore paſſim naſcitur] In ſalicetis *auf der Inſel und bey Wenigen-Iena bis nach Kunitz*, floret Jun. & Jul.

LYCHNIS ſeu Saponaria flore pleno Tournefortii l. c. *Saponaria flore pleno* Corn. 209. In hortis floret cum præcedente. Saponariæ differunt a Lychnidibus ſeminibus paleaceis, quibus cum Tunicis conveniunt: ab iis autem floris & perianthii fabrica differunt.

SAPONARIA petalis ovatis, foliis glaucis, pulpoſis, linearibus. Ita voco hanc plantam, quam THALIVS cum nomine Symphyti petræi deſcripſit p. 115. & recentiores autem vix ad hujus erunt. Proxima eſt Saponariæ foliis glaucis, pulpoſis, anguſtis, heteromallis *Enum. plant. Helv.* p. 380. n. 6. Radix enim perinde lignoſa, longiſſima, numeroſis brachiis novas foliorum roſas educit. Deinde foliorum glaucedo, caryophyllea pulpoſitas, & figura, tum flores ex alis in umbellas congeſti, color petalorum roſeolus, calyx denique ex livido varius contentit. Differt tamen petalis ovatis, quæ Alpinæ cordiformia ſunt; deinde foliis pene duplo longioribus, non heteromallis. Summi caules viſcidi ſunt, quod in Alpina non memini. PLVKNETI icon T. 75. f. 2. foliis recedit BARRELERIANA ic. n. 998. petalis cordatis, cætera proxima: idemque *de Lychnide foliis glabris calyce duriore* judicium eſt, quam P. BOCCONE pinxit *pl. ſicul.* p. 27. T. 14. Legi nuper in montis *Altenſtolberg* culmine *die Bärenkœpffe*, eodem nempe, quo THALIVS. loco nomen addere viſum eſt.

TVNICA hortenſis varia, ſimplex & plena. Quale ubique ab amatoribus horum coluntur & in pretio habentur, adeo ut varia iisdem imponant nomina quaſi propria, non ſecus ac Anemonis atque Tulipis; de quo videatur Tournefort. aliique Floræ ſcriptores. *Nelcken allerhand Sorten; allerhand Graß-Blumen.*

TVNICA Sileſiaca fl. majore, ſpecioſo, pleno, elegantiſſime carneo; figura vid. in Tabernæmont. Hujus flores expetuntur in officinis ad parandos pulveres ſternutatorios, rubros, quos aliqui ex Balauſtiis parant.

TVNICA ſinenſis flore ſimplici pulcherrimo. *Caryophyllus ſinenſis flore pulcherrimo.* In horto Princip. fl. cum vulgaribus.

TVNICA ſupina, flore pleno, minore, rubro, argenteis micis aſperſo. *Caryophyllus ſupinus, flore, pleno, rubro, argenteis micis aſperſo* C. B. P. 208. In hortis floret Majo & Junio.

TVNICA ſupina, flore pleno, incarnato. *Caryophyllus multiplici, laciniato flore, incarnato* Eyſtett. In hortis cum præcedentibus.

TVNICA latifolia, floribus umbellatis; *Caryophyllus Carthuſianorum primus* Tabern. icon. 285. Floribus rubris, albis & ex rubro alboque varie mixtis variat; vulgo *Cartheuſer-Nelcken;* floret Junio. vid. Cluſ. qui teſtatur hanc plantam copioſam provenire ſpontaneam, in ſylvis circa caſtrum Comitis Baduani.

TVNICA montana, altiſſima, flore tenuiſſime laciniato. *Caryophyllus plumarius albus & purpuro-cœruleus* Tabern. icon. p. 286. & 287. *Betonica coronaria tenuiſſime diſſecta, ſive Caryophyllea ſuperba, elatior, vulgaris* J. B. & Chabr. p. 440. *auf der Wellmeſe und auf dem Forſt*, floret Aug.

TVNICA ſylveſtris, vulgaris, multiflora. *Caryophyllus montanus* I. Tabernæmont. icon. 287. *Caryophyllus ſylveſtris, vulgaris, latifolius* C. B. P. 209. *Betonica coronaria, ſive Caryophyllus ſylveſtris, vulgatiſſimus* J. B. 3. 334. *Donner-Näglein.* In pratis ſiccioribus, *wo man nach Kunitz und Löbſtädt gehet*, floret Majo & Jun.

TVNICA ſylveſtris ſupina floribus eleganter micantibus. *Caryophyllus ſimplex minor flore punctato.* C. B. P. p. 208. variat flore minore & repit non ſecus ac præcedens. Provenit frequens ad ſepes & in acclivibus *bey Stædtgen Rode.* Floretque Jun. & Jul.

TVNICA ſylveſtris, faſciculatis floribus. *Caryophyllus ſylveſtris prolifer* C. B. P. 209. *Betonica coronaria, ſquamoſa, ſylveſtris* J. B. 3. 335. *Armeria prolifera* Lobel. icon. 449. In aſperis, apricis, montoſis, v. g. in vineis meridiei expoſitis, & ad eorum terminos aſperos variis in locis floret, Jun. & Jul. Variat flore unico in ſingulo capitulo.

TVNICA ſylveſtris, anguſtifolia, umbellata, hirſuta. Viola barbata Dalechampii J. B. Caryophyllus barbatus ſylveſtris C. B. Pin. p. 209. in ſylvis v. gr. *bey Cluſewitz und Iſerſtädt nach Rode zu.* Floret Jun. & Jul.

TVNICA ſylveſtris ſupina, flore unico. Caryophyllus ſylveſtris, humilis, flore unico C. B. P. 209. Betonica coronaria, ſive Caryophyllea repens, rubra & alba J. B. 3. 328. *Nach Hummelberg und Rode,* floret Jul. a)

HELIANTHEMVM alpinum foliis Aingæ *bey Baldſtädt und Lauche* in aſperis & apricis. [Folia invenio hinc glabra, inde incana, elliptica, minora quam alpinæ noſtræ.]

HELIANTHEMVM vulgare, flore luteo J. B. 2. 15. *Chamæciſtus vulgaris, flore luteo* C. B. P. 465. *Flos ſolis* Dod. Pempt. 193. *Panaces chironium* Matthioli; In aſperis, incultis & apricis floret Majo & Junio; perianthium habet triphyllum, capſulam triangularem, trivalvem, nec tamen tripartitam. Flore dilutiore & albicante variat. Germ. *Kirſch-Iſop, Heyden-Iſop, Sonnen-Günſel.*

HELIANTHEMVM Serpilli folio, flore majore, aureo, odorato Tourn. *Chamæciſtus Serpilli folio, nigricante & hirſuto, flore aureo, odorato* J. B. 2. 17. *Chamæciſtus repens, ſerpillifolia, lutea* C. B. Pin. 466. in aſperis & lapidoſis *bey Naumburg, Freyburg und Laucha,* floret Majo & Junio. [Dubito an diverſa a vulgari. Serpyllifolia enim mere alpina eſt. In poſthumis omittitur.] *Ciſtus humilis ſecundus* dicitur Cluſio in hiſt. p. 152. vid. & Matthiolus Caſparis Bauhini.



a) Non eſt vera Tunica juniperifolia, unico flore, neque differt a Tunica floribus micantibus, quam *Rodæ* copioſe re-

HELIANTHEMVM flore maculoſo Col. part. 2. 77. *Ciſtus flore pallido, punicante macula inſignito* C. B. Pin. 465. *Ciſtus annuus ſecundus* Cluſii (in hiſt. hiſpan. pag. 153.) *flore pallido, macula punicante inſignito* J. B. 2. 13. In ericetis prope Wittebergam *beym Dorff Teichel* floret Jun. & Jul.

TAMARISCVS Germanica Lobel. icon. 218. *Tamarix fruticoſa, folio craſſiore, ſive Germanica* C. B. P. 485. *Tamarix Germanica, ſive minor, fruticoſa* I. B. 1. 351. In horto medico floret Iunio. *Tamarisken, wächſt an denen Flüſſen,* v. g. *am Leich in Schwaben,* [& ad Rhenum.]

PORTVLACA latifolia, ſive ſativa C. B. P. 288. *Portulaca hortenſis, latifolia* I. B. 3. 678. In hortis variis floret Iun. & Iul. *Portulack, Burtzel.*

PORTVLACA anguſtifolia ſ. ſylveſtris C. B. l. c. in Europa [Briſaci v. g. ad Rhenum] & America provenit, & ægre videtur a priori differre.

PORTVLACA ſpuria, aquatica. *Alſine paluſtris minor ſerpyllifolia* C. B. P. p. 211. *Anagallis ſerpyllifolia aquatica* I. B. apud Chabr. p. 452. Hæc differt a præcedente, perianthio pelviformi, monophyllo, & quinque vel ſex crenis per limbum diſſecto, quod capſulam nullatenus tegit, ſed ſaltem inferius cingit; Capſula vero eſt ſimplex, depreſſa, in ſingula foliorum conjugatorum ala ſingula, ſeſſilis ex adverſo, per maturitatem horizontaliter diſſiliens, ſimplex pariter. An vero flos ſit pentapetalus, an polypetalus, hactenus determinare non potui; ſiquidem ob inſignem floris petalorum fugacitatem, quas tamen revera habet, nonniſi unicum in illa deprehendere potuerim. Interim ob convenientiam aliquam in facie externa cum Portulaca, huc reponere volui, donec quispiam exactius ipſius florem examinaverit, vid. Rajus in Hiſtor. Plant. Hæc eſt *Glaux paluſtris flore ſtriato clauſo, foliis Portulacæ.* Tournef. Provenit in locis, ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, & juxta ſcrobes, v. g. *nebſt der Flachs-Kauthe*

*bey Ketſchau am Wege*, item *unter dem Teufels-Loche. und nach Rothe und Kleine zu*, floret Aug. & Sept. a)

CAMERARIA, ſive Portulaca ſpuria arvenſis, C. B. P. PORTVLACA *exigua* Camerarii; ut & *Alſine aquatica, ſurrectior* Chabr. p. 566. *Alſine fluviatilis* Tabern. icon. 713. has duas enim plantas nonniſi loco natali differre, cum Rajo cenſeo. In agris arenoſis argilloſisque *bey Städtgen Rothe nach Bollwerck hin, und im grünen Bach, ſo aus dem grünen Teich kömmt, im Walde zwiſchen Hummelshayn und der frölichen Wiederkunfft, und um Gieſſen überall*, floret Majo & Iunio. Floſculos habet exiguos, albos, pentapetalos, vel ſaltem integros non decidentes, & qui ab embryone in quinque petala dirimuntur; vaſculum eſt ſimplex, trivalve & triſpermum. b)

AMARANTHVS maximus, C. B. P. 120. *Blitum maximum, ſive Amaranthus major, ſemine albo* I. B. 2. 968. Germ. *Fuchs-Schwantz*, floret in hortis Iul. & Aug.

AMARANTHVS maximus, ſemine rubello, qui granis rubris Petri Ciccæ. C. B. P. 121. In hortis cum præcedente. Hujus panicula prælonga ad terram dependet.

AMARANTHVS major paniculis viridibus erectis Moriſoni Hiſt. Oxon. 2. *Blitum majus paniculis erectis viridibus* Volkammeri pag. 66. Sed differunt Blitum & Amaranthus, ſiquidem illud habeat florem imperfectum & conglomeratum; hic vero perfectum & regularem pentapetalum. c)

AMARANTHVS ſylveſtris maximus, novæ Angliæ, to-



a) Eſt Portula DILL. *C. Gieſſ.* p. 120. *Nov. gen.* p. 133. T. 7. Glaucoides MICHEL. p. 21. T. 18. Peplis LINN. n. 354. adfinis Salicariæ, vel potius Hyſſopifoliæ, hexapetala, hexaſtemon, diangia, atque adeo alio pertinet. Petala ſaepe nulla, uti in Campanula perfoliata, hinc incertitudo illa RVPPII.

b) Eſt CAMERARIA DILL. E. N. C. *Cent.* V. VI. app. p. 92. 93. *nov. gen.* p. 114. T. 6. Montia MICHEL T. 13. LINN. n. 82. *Alſinoides annua verna*, VAILL. T. 3. f. 4.

c) Ex arbitrio. Cur enim Amarantho flos petalodes, Blito apetalos? Annon Amaranthi dantur virides, ut hic ipſe?

tus viridis H. R. Pariſ. *Amaranthus ſylveſtris, maximus, novæ Angliæ, ſpicis viridibus* Raj. Hiſt. 201. In horto medico floret cum præcedentibus. Hi Amaranthi ſunt monoſpermi, h. e. in ſingula capſula nonniſi unicum continent ſemen; Qui ſequuntur ſunt polyſpermi.

AMARANTHVS foliis variegatis ſ. tricoloribus, &c. MORIS. *Symphonia* Dalech. ſ. *Amaranthus tricolor* I. B. In hortis Curioſorum.

AMARANTHVS indicus ſpinoſus ſpica herbacea HERM. H. L. B. *Blitum monoſpermum indicum aculeatum* BREYN. prodr. Ibid.

AMARANTHVS panicula incurva C. B. P. 121. *Amaranthus panicula ſpecioſa, criſtata* I. B. 2. 969. *Amaranthus holoſericeis, ſanguineis, reticulatis floribus* Lobel. Icon. 252. In hortis, floretque Iul. & Aug. Germ. *Hahnen-Kamm, Floramor.* Ludit paniculis coccineis, luteis & luteo-pallidis.

AMARANTHVS ſimplici panicula C. B. P. 121. *Amaranthus anguſtifolius, ſimplici panicula* Lobel. icon. 251. *Amaranthus purpureus* I. B. 2. 968. cum præcedentibus.

AMARANTHVS ſpicatus ſericeus, flore luteo, vireſcente. H. R. P. in hortis cum præcedente.

## (2) CAPSVLA GEMELLA.

GEVM rotundifolium majus Tournefort. p. 251. *Sanicula montana, rotundifolia, major* C. B. P. 243. *Sanicula alpina, guttata* I. B. 3. 707. *Sanicula montana* II. Cluſii Hiſt. 307. In horto medico & aliis floret Majo & Iunio.

GEVM folio ſubrotundo, minus Tournef. *Cotyledon altera*, olim Matthioli I. B. 3. 684. Chabr. 537. cum præcedente. Vulgus Jehovas-*Blümgen* inepte vocat, quia putat guttulas ſ. puncta in flore nomen Iehovæ exprimere & denotare.

SAXIFRAGA rotundifolia, alba C. B. P. 309. *Saxifraga alba, radice grumoſa* I. B. 3. 706. *Saxifragia alba* Dodon. Pempt. 316. & officinarum; In locis tenui gramine veſtitis & apricis *bey der neuen Schencke, und weiter*

*nach Rodę zu.* De altera ſpecie hujus plantæ ad alas foliorum bulbulos inſtar Dentariæ bulbiferæ gignente. vid. Fabius Columnæ. Hujus, vulgaris nempe & noſtratis, radix grumoſa in officinis inepte pro ſemine venditatur; gignit enim præter hos bulbulos perfectum ſemen in capſula bicorni & bipartita, more congenerum, quod utrumque Camerarius in ſua Matthioli Epitome pag. 334. figura ſatis feliciter expreſſit. Floret Aprili & Majo. Germ. *Weiſſer Steinbrech.*

SAXIFRAGA verna, annua, humilior Tournef. Inſt. 252. *Sedum tridactylites tectorum* C. B. P. 285. *Tridactylites tectorum flore albo* I. B. 3. 762. *Paronychia altera* Dodon. Pempt. 112. *Alſine petræa, rubra* Tabern. icon. 708. In petris & ruderibus *bey dem Fuchs-Thurm*, & in muris argillaceis circa Lipſiam & Halam. Floret Aprili & Maj. [Gottingæ ubique.]

SAXIFRAGA muſcoſa, trifido folio Tournefort. *Sedum alpinum, trifido folio* C. B. P. 284. *Sedis affinis, Triſulca, alpina, flore albo* I. 3. 696. *Sedum minus* XIII. Cluſii Hiſt. LXII. In hortis variis floret Majo & Iun.

SAXIFRAGA Sedi folio, anguſtiore, ſerrato Tournefortii. *Cotyledon media, foliis oblongis ſerratis* C. B. P. 285. *Sedum ſerratum* I. B. 3. 689. *Umbilicus Veneris minor* I. & II. Tabern. icon. 874. *Palmaria* EIVSD. In hortis variis, ubi vulgo *Gänſe-Zunge* appellant, floret Majo & Iunio.

STAPHYLODENDROM Matthioli 274. I. B. 1. 274. *Piſtacia ſylveſtris* C. B. P. 401. Germ. *Teutſche Pimpernüſſ.* In horto medico & aliis floret Majo & Iun. Flos pentapetalos, fugax, quaſi duplex, oſſicula cranii ſimilia, capſula tecta inflata gemella, membranacea, ſcroti æmula.

## (3) CAPSVLA TRIPARTITA.

HYPERICVM vulgare C. B. P. 279. *St. Iohannis-Kraut. Hypericum vulgare, ſive perforata, caule rotundo, foliis glabris* I. B. 3. 381. In vineis & agrorum montoſorum marginibus frequens floret Iun. Foliorum latitudine mire variat.

HYPERICUM minus, ſupinum, vel ſupinum glabrum C.B.P. *Hypericum ſupinum* Ill. minimum Cluſ. Hiſt. CLXXXI. In agris arenoſis, *nach der Leuchtenburg und Rode zu, auch bey der neuen Schencke*, item *bey Altenbergen*, [*zu Bürgel* ad agrorum limites, floret Iul. & Aug.

HYPERICUM villoſum, erectum, caule rotundo Tournefort. *Androſæmum hirſutum* C. B. P. 280. *Hypericum androſæmum dictum* I.B. 3. 382. *Androſæmum alterum, hirſutum* Colum. P. I. Ecphraſ. 74. In ſylvis variis v. g. *im Rauenthal, auf dem Forſt, und gegen dem Fürſten-Brunnen über*, floret cum præcedentibus. *Hartheu, Cunrad.*

HYPERICUM elegantiſſimum, non ramoſum, folio lato I. B. *Androſæmum campoclarenſe* Column. P. I. Ecphraſ. 74. *Androſæmum glabrum non ramoſum* Bot. Monſp. In ſylvis variis, v. g. *im Rauenthal auf der Wellmeſe, und in Holtzſchlägen gegen den Fürſtenbrunnen über*, floret cum præcedentibus.

HYPERICUM minus erectum C. B. P. 279. *Hypericum pulchrum l. quartum* Tragi. In ſylvis *bey Gieſſen*, v. gr. *in der Linder-Marck*, floret cum reliquis Hyperici ſpeciebus.

HYPERICUM aſcyron dictum, caule quadrangulo I.B. 3. 382. *Aſcyron* Dod. Pempt. 78. Hoc C. B. inter varietates vulgaris recenſuit, verum minus recte, non ſolum enim caules quadrangulos gerit, ſed & flores reliquis longe minores. Naſcitur ad rivulos, v. g. *am Mühl-Graben vor dem Iohannis-Thore, und im Bache zwiſchen dem Fürſten-Brunnen und Wöllnitz*, floretque cum præcedentibus.

HYPERICUM fruticoſum, creticum, fœtidiſſimum, ſtaminibus florum longiſſimis. *Androſæmum fœtidum, capitulis longiſſimis filamentis donatis* C. B. P. 280. Tragium creticum Bellonii. *Bocks-Kraut* vulgo, a fœtore. In hortis floret cum præcedentibus.

HARMALA Tournef. Cluſ. hiſp. *Ruta ſylveſtris flore magno albo* C. B. P. p. 236. *Ruta ſylveſtris Harmala.* MATTH. In hortis Curioſorum, ſed rarius, æſtate floret.

DRYMOPOGON Rivini. *Drymopogon I.* Tabern. Icon. 777. *Barba capræ, floribus oblongis* I. B. 3. 488. *Im*

*Holtze bey Scheitz*, & in ſylva prope pagum, *wo man nach Nerckewitz gehet*, [*von Burgel nach Waldeck im Walde.*] Floret Majo & Iun. [Non ſeparanda ab Ulmaria.]

MVSCIPVLA pratenſis, veſicaria. *Lychnis ſylveſtris, quæ Been album, vulgo* C. B. P. 205. *Been album* officinarum I. B. 3. 356. *Been album ſive Polemonium* Dod. Pempt. 172. Germ. dicitur *Wiederſtoß*. Ruſtici ex hujus foliis parant olus quoddam; prope Islebiam dicitur *Schacht-Kraut*, quia libenter naſcitur circa introitus metallifodinarum, qui Germanis *Schacht* dicuntur, [ibi frequenter carneolo flore ludit.] In pratis frequens floret Majo & Iun.

MVSCIPVLA montana, hirſuta. *Lychnis montana, viſcoſa, alba, latifolia* C. B. P. 205. *Polenium petræum* Geſneri I. B. 3. 351. *Lychnis ſylveſtris* IX. Cluſii Hiſt. 291. *Lychnis ſylveſtris* Tabern. icon. 293. In dumetis variis v. g. *nach VVöllnitz zu*, floret Jun.

MVSCIPVLA hiſpanica, latifolia, umbellata, lævis, *Lychnis viſcoſa, purpurea, latifolia, lævis* C. B. *Centaureum minus, adulterinum, quibusdam Lychnidis viſcidæ genus* J. B. 3. 355. *Lychnis ſylveſtris* I. Cluſ. Hiſt. 288. In hortis floret Jun. & Jul. Floribus pallide rubris & albis aliquando variat.

MVSCIPVLA hiſpanica, latifolia, caliculis turgidis, ſtriatis; *Lychnis ſylveſtris, latifolia caliculis turgidis, ſtriatis* C. B. P. 205. *Muſcipula major, calice turgido, ventricoſo* J. B. 3. 349. *Lichnis ſylveſtris* III. Cluſii hiſpanica p. 338. In horto Medico. Majo.

LYCHNIS ſylveſtris, alba, ſpica reflexa, Botan. Monſpel. *Lychnis ſylveſtris, altera Monſpelienſium, ſpica nutante* H. R. Pariſ. In horto medico floret Jul. & Aug.

LYCHNIS hirſuta minor, flore variegato H. R. Pariſ. 99. *Lychnis hirſuta, flore eleganter variegato* Raji hiſt. 997. In horto medico & aliis hortis, ubi quandoque ſatis inepte quinque vulnera Chriſti vocant, ob petala quinque, totidem ſanguineis maculis notata. [Triangiæ ſunt, adeoque Muſcipulæ ſecundum RVPPIVM.]

OTITES Tabern. *Ohr-Löfflein-Kraut*, ejusdem *Seſa-*

*moides magnum Salmanticum* C. Cluſ. in hiſt. Plant. per Hiſp. naſcentium pag. 344. *Lychnis viſcoſa flore muſcoſo* C. B. Pin. pag. 206. Provenit copioſe *zwiſchen der ſaltzigen See und Helſſta, auch wo man von der ſaltzigen See nach Laugen-Bogen gehet.* Hæc planta omnino differt a reliquis Lychnidis, Muſcipulæ, & Veſicariæ ſpeciebus; ſiquidem flores habeat duplicis generis, alteros ſolis ſtaminibus ornatos & majores, alteros vero minores, & ſolis piſtillis embryoni inſidentibus fœtos, adeoque patet, quod hæc planta mereatur ſeparari & diſtingui a Lychnide, Muſcipula & Veſicaria. a)

## (4) CAPSVLA QVINQVEPARTITA.

VISCARIA Rivini. Lychnis ſylveſtris, viſcoſa, rubra, anguſtifolia C. B. P. 205. Lychnis ſylveſtris, III. Cluſii Hiſt. 289. In montoſis, ad ſepes & dumeta *nach Zöllnitz, Laaßdorff und Rode zu,* [etiam ſupra *Bürgel* verſus *Waldeck*, & prope *Cluſewitz,*] floret Jun. & Jul. In hortis quoque flore pleno alitur. Germ. *Pech-Nelcken, Kleeb*-Lychnis.

ARGEMONE T. & RIV. *Papaver ſpinoſum* C. B. P. p. 171. *ſecundum* in prodromo. In hortis Curioſorum æſtate floret.

CISTVS folio Salviæ. *Ciſtus fœmina folio Salviæ, elatior & rectis virgis* C. B. P. 464. *Ciſtus fœmina monſpeliaca, flore albo* J. B. In hortis Jun.

CISTVS rotundifolius, flore roſeo. *Ciſtus mas, major, folio rotundiore* J. B. 2. 2. *Ciſtus mas, folio rotundo, hirſuto* C. B. P. 404. cum præcedente. Floret Majo & Julio.

LEDVM Roſmarini folio Tabern. *Ledum Sileſiacum* Cluſii Pannon. *Roſmarinum ſylveſtre* Matthioli. *Ciſtus ledon foliis Roſmarini ferrugineis* C. B. P. 467. In ſylvis *hinter Schlefreiſen nach Laußnitz zu, auch nach dem Voigt-*

a) Minime ſeparari oportet, cum ſimillimam ex Tartaria plantam coram habeam, quæ utrumque ſexum in eodem flore plerumque conjunctum ferat: & Lychnis tum aquatica purpurea, tum alba ſylveſtris perinde flores utriusque ſexus

*Voigtlande hin.* Aliqui ad Spiræas referunt. a) Germ. *wilder Roßmarin, Heiden-Bien-Kraut, Motten-Kraut, Poſt-Kraut, Kühn-Poſt, oder Poſt* ſimpliciter: Hanc plantam aliqui nefario auſu cereviſiæ incoquunt, ad temulentiam promovendam & accelerandam, v. gr. circa Wittebergam & Schmidebergam ubi, & *Hermsdorfi* provenit. Bohemi & Variſci vocant *weiſſe Heide*, & veſtibus apponitur vulgo, ad abigendas tineas. Floret Majo & Jun.

ACETOSELLA vulgaris & officinarum. *Oxys, flore albo & purpuraſcente* Tournefort. Inſtit. p. 88. *Oxys, ſive Trifolium acidum, flore albo* I. B. 2. 387. *Trifolium acetoſum, vulgare, flore albo & purpuraſcente* C. B. P. 330. Cur Tournefortius hunc florem campaniformem dixerit, non video, cum non ſit monopetalus, ſed pentapetalus, uti ungues conſideranti patebit, quamvis ad latera cohærere videatur. b) Germani *Sauer-Klet, Buch-Ampfer* vocant; *oder* Alleluja, quibusdam corrupte Lujula ex nomine Iuliolæ, quo apud Calabros venit. SCALIGER *in Theophr.* Provenit *an denen Hecken bey Ziegenhayn und Iena-Prieſſnitz, auch im Walde bey Iſerſtädt*, item *häuffig in denen Wäldern hinter Kleine und Schlefreiſen*, floret Aprili. [Gottingæ in omnibus ſylvis.]

ACETOSELLA flore luteo, capſula corniculata; *Oxys lutea* I. B. 2. 338. *Oxys, ſive Trifolium acetoſum, flore luteo*, Dodon. Pempt. 579. *Trifolium acetoſum, corniculatum* C. B. P. 330. In horto medico & aliis floret Majo, & hinc tota fere æſtate & autumno floribus fructibusque onuſta conſpicitur.

ACETOSELLA Aethiopica radice rotunda flore majore & minore. Vtraque a BREYNIO & COMMELINIS deſcripta. Aeſtate floret in hortis Curioſorum.

FABAGO Tournefortii. *Capparis fabago* vulgo. *Capparis ſylveſtris ſ. Fabaginea* Camerar. Epit. p. 198. in hortis Curioſorum floret Iun.

FAGO-

a) A Spirea pentapetala & polyſtemone longe diſtat, proprior Chamærrhododendro, aut ejusdem generis.

b) Perinde uti Malvis ...

FAGONIA Tournef. *Trifolium creticum ſpinoſum* C. B. in hortis Curioſorum floret æſtate.

SEDUM minus, teretifolium, album C. B. P. 283. *Sedum minus, flore longiuſculo, tereti* J. B. 3. 690. *Sempervivum ſive Sedum minus* Matthioli. *Vermicularis, Craſſula minor officinarum & Illecebra major.* Lobel. Icon. 377. *Auf der Mauer des* horti medici, *auch im Fürſten-Garten, und zuweilen auf denen Wänden der Dörffer*, floret Jun. & Jul.

SEDUM minus, luteum, folio acuto C. B. *Sedum minus, flore luteo* J. B. 3. 692. *Sedum minus, hæmatodes* I. Tabernæm. icon. 843. In muris horti medici, & ipſis hortis, ubi ſeritur pro acetariis [Magna copia in M. *Kifhauſer* circa *Blankenburg* &c.]

SEDUM parvum acre, flore luteo J. B. 3. 694. *Sempervivum minus, vermiculatum, acre* C. B. *Sedum minus* VIII. *cauſticum* Cluſ. Hiſtor. CXI. *Sedum minimum* TAB. p. 844. *Illecebra* offic. *Semper vivum minimum* Matthioli. In muris & tectis & aggeribus, vinearumque limitibus. Paſſim floret Junio; Germ. *Mauer-Pfeffer, Katzen-Träuble*, Laudatur contra febres & ſcorbutum.

SEDUM minimum, luteum, non acre J. B. 3. 695. *Sempervivum minus vermiculatum, inſipidum* C. B. P. 284. Cum præcedente, ſed rarius v. g. *um die neue Schencke, und nach Rode zu und; bey Steinberg*. Differt & foliis a præcedente, uti conſideranti clarius patebit. [quæ rariora & minus acuta ſunt]

SEDUM paluſtre, ſubhirſutum, purpureum C. B. P. 285. *Sedum purpureum, pratenſe* J. B. 3. 692. *Sedum minus* III. *ſive paluſtre* Cluſ. Hiſt. LIX. In pratis uligine madentibus *bey der Schneide-Mühlen ohnweit Schleſreiſen*, tum prope *Bolwerk* & *Laasdorf*. item *auf feuchten Aeckern zwiſchen Schiblau und der Leuchtenburg*, floret Junio & Julio. Flore albo variat.

FABARIA officinarum. Anacampſeros, vulgo Faba craſſa J. B. 3. 681. Telephium vulgare C. B. P. 287. Telephium alterum, ſive Craſſula Dodon. Pempt 139.

Ad ſepes, in vineis & agris frequens floret maxime juxta ſepes, Jun. & Julio. *Fette Henne, Donner-Kraut, Schmeer-Wurtz, Knaben-Kraut.* Florum colore variat. [Huic folia anguſta ſerrata, flores umbellati caulem terminant.]

[ANACAMPSEROS maxima J. B. III. p. 682. *Sedum foliis ovatis vix ſerratis, umbellis ex alis foliorum prodeuntibus. Enum. plant. Helv.* p. 395. Vbique in petroſis circa Gottingam, neque Jenæ, quantum ſuſpicor, deeſt. Huic folia conjugata, flores pallidi, &c.]

FABARIA rotundifolia, repens & ſemper virens. *Anacampſeros minor, rotundiore folio, ſempervirens* I. B. 3. 682. *Telephium repens, folio deciduo* C. B. P. 287. *Telephium minus, ſempervirens* Lobel. Icon. 390. *Telephium minus* Tabernæm. icon. 346. In hortis variis floret æſtate.

SPIRAEA Salicis folio Tournefort. Inſtit. p. 618. *Frutex ſpicatus, foliis Salignis ſerratis* C. B. P. 475. *Spiræa Theophraſti forte* Cluſio I. B. 1. 559. *Spiræa Theophraſti forte* Cluſii Hiſtor. 84. *Im Fürſten-Garten*, floret Iunio.

SPIRAEA Hyperici folio, non crenato Tournefort. Inſtit. p. 618. *Hypericum arboreſcens* Munt. Phytogr. Fig. 181. *Pruno ſylveſtris affinis, canadenſis* C. B. P. 517. *Im Fürſten-Garten*, ubi vulgus Hyperico annumerat, floret Majo.

ASCYRVM exiguo folio, flore magno. Tournefort. *Hypericum montis Olympi* D. Wheleri. In hortis Curioſorum floret æſtate.

GRVINALIS pratenſis, foliis Ranunculi, Aconitive. Geranium batrachoides, folio Aconiti C. B. P. 317. Geranium batrachoides aliud, folio nitente Cluſii I. B. 3. 476. In pratis frequens floret æſtate; flore albo, lineis cœruleis variegato, ut & prorſus albo quandoque variat. Falſum nomen. Eſt autem certo *Geranium Batrachioides ſ. Gratia Dei Germanorum* C. B. J. R. H. *Geranium* IIII. Matth. p. 857. A ſequente flore naturaliter cœruleo, & foliorum lobis profunde diſſectis differt. *Storch-Schnabel.*

GRVINALIS pratenſis maxima, folio Aconiti, minus profunde laciniato; *Geranium batrachoides maximum,*

*minus laciniatum, folio Aconiti* I.B. 3. 477. *Geranii majoris ſpecies, foliis magnis, figura fere & magnitudine Aconiti lutei, hirſutis, aſperis* Geſn. App. 292. Ab hoc minime differt *Geranium craſſo batrachoidis folio* Boccon. Muſ. part. 2. Tab. 128. a) *Geranium ſupinum rotundo batrachoidis craſſo, tomentoſo folio, radice rufeſcente, longius radicata*, ejusdem p. 160. In pratis, præcipue ſubudis & alnis obſitis floret æſtate & autumno. [In pratis udis circa *Bürgel* abunde. Huic lobi foliorum tantum ſerrati, flores naturaliter purpurei ſpecioſi.]

GRVINALIS montana, hæmatodes. *Geranium ſanguineum, maximo flore* C. B. P. 318. *Geranium ſanguineum, ſive hæmatodes, craſſa radice* I. B. 3. 478. *Geranium VIImum hæmatodes* Cluſ. hiſt. Germ. cum Trago *Blut-Wurtz* dicitur. In montium ſylvis paſſim v. g. *auf dem Forſt und Kunitzer-Berge, im Rauenthale &c.* Floret æſtate. [A vicinis diſtinguitur flore unico.]

GRVINALIS montana, hæmatodes, flore variegato. *Geranium hæmatodes, flore variegato* Hort. Edinburg. *Geranium hæmatodes, Lancaſtrenſe, flore eleganter ſtriato* Raj. Hiſt. 1061. Cum præcedente, ſed rarius, cujus varietas eſt.

GRVINALIS petalis eleganter ſtriatis. *Geranium Romanum verſicolor, ſive ſtriatum* Parkinſon. Paradiſ. 229. In hortis floret æſtate. Flos aliquatenus ſimilis eſt flori Acetoſellæ.

GRVINALIS petalis fuſcis, reflexis. *Geranium phæum, ſive fuſcum, petalis reflexis* Moriſ. H. O. pag. 2. 215. *Geranium phæum flore reflexo* I. B. 3. 477. In hortis floret æſtate.

GRVINALIS montana, petalis nigro-fuſcis & obſcuris, planioribus. *Geranium phæum, ſive fuſcum, petalis rectis, ſeu planis* Moriſon c. l. *Geranium phæum, ſive pullo flore* Cluſii I. B. 3. 477. Cum præcedente; folia communiter maculata habet.

GRVI-

a) Diverſiſſimum, ex uno puncto multiflorum, cum noſtrum biflorum ſit. Male ergo conjungit RVPPIVS.

GRVINALIS folio Malvæ rotundo; *Geranium folio Malvæ rotundo* C. B. 318. *Geranium folio rotundo, multum ſerrato, ſive columbinum* I. B. 3. 473. *Pes columbinus* Dodon. Pempt. 61. In agris paſſim floret æſtate. [Intelligit *Geranium columbinum majus flore minore cœruleo* RAI. VAILL. T. 15. f. 5.]

GRVINALIS folio Malvæ rotundo, flore majore. *Geranium columbinum villoſum petalis bifidis purpureis* VAILL. p. 79. T. 15. f. 3. Hujus Bauhinus meminit inter varietates præcedentis. In pagis ad ſepes, & in pomariis, v. gr. *in Laaßdorff, Dörffgen Rode, und bey dem Rodiſchen Eiſen-Hammer*, floret æſtate.

GRVINALIS arvenſis flore cœruleo purpureo, radice ruberrima. *Geranium batrachioides collum Gruis Germanorum* C. B. In vineis & agris æſtate floret.

GRVINALIS arvenſis foliis Malvæ profundæ ſectis, floribus longis pediculis inſidentibus. a) *Geranium columbinum, annuum, minus, folio tenuius laciniato, flore pediculo longiſſimo inſiſtente* Moriſ. H. O. p. 2. 512. *Geranium columbinum, diſſectis foliis, pediculis florum longiſſimis* Raj. Hiſt. 1059. In agris *nach Rode und den Voigtlande hin*, floret æſtate.

## (5) CAPSVLA DECEM LOCVLAMENTIS DISCRETA.

LINVM ſativum C. B. P. 214. *Linum* J. B. 3. 450. *Linum ſativum, vulgare cœruleum* Lobel. Icon. 412. In agris paſſim ſeritur. Floret pro diverſo ſationis tempore; quin & majorem & minorem ſpeciem agnoſcunt agricolæ. *Flachs, Lein.*

LINVM ſativum, latifolium, africanum, fructu majore Tournefort. Inſtit. p. 339. In horto medico floret Jun. In ſingula capituli Lini capſula, ſingulum ineſt ſemen, &



a) Has Gruinales ex poſthumis reſtitui, quæ in editis confuſiſſimæ erant. Cæterum ob ſolum florem regularem a Geraniis ſeparare non videtur, naturæ legibus reſpondere.

quia adeo eſt conſtans numerus capſularum, a ſequente ſeparandum duxi. [Linocarpo.]

LINVM catharticum D. Wedelii & Gerhardi Angli. Linum pratenſe floſculis exiguis C. B. Pin. p. 214. In pratis & ſylvis frequens floret æſtate. *Nach Kunitz und Löbſtädt hin, häuffig, auch bey Ziegenhayn, im Paradieß und auf der Inſel.* Genuina eſt ſpecies Lini J. Bauhino, dicitur *Alſine verna, glabra, floſculis albis, l. potius Linum minimum.* De variis aliis Lini ſylveſtris ſpeciebus conſulatur Caroli Cluſii hiſt. plant. rar. per Hiſpanias & pannonias naſcentium.

### (6) CAPSVLA MVLTIPLICI.

CALTHA paluſtris flore ſimplici C. B. P. 276. *Caltha paluſtris* J. B. 3. 470. *Populago flore majore* Tournefort. *Populago major* Tabernæm. icon. 750. In pratis udis, *im groſſen Paradieß, bey Kunitz,* & alibi floret Aprili. *Wieſen-Blume, Dotter-Blume.* Hujus flores nondum apertos, aliqui inſtar capparum præparant.

CALTHA flore pleno. *Populago flore pleno* Tournefortii. *Populago multiflora* Tabern. icon. 751. *Caltha paluſtris, flore pleno* C. B. P. *Im Fürſten-Garten,* cum præcedente. [Varietas.]

## *V. Seminibus tectis bacca, (pomoque.)*

### (1) MONOPYRENA.

PRVNVS ſativa vulgaris; *Prunus fructu magno, craſſo, ſubacido* Tournefort. Inſtit. p. 622. *Pruna magna, craſſa, ſubacida* C. B. P. 443. In hortis & pomariis florent Majo.

PRVNA magna dulcia atrocœrulea C. B. P. p. 443. *Pruna Damaſcena* MATTHIOLI *Quetſchen.* In hortis paſſim. Fructu per inſitionem majores redduntur.

PRVNVS fructu majore, rotundo, rubro Tournefort. *Pruna magna, rubra, rotunda* C. B. P. 343. cum præcedente.

PRVNVS fructu maximo, rotundo, flavo & dulci Tournefortii. *Pruna rotunda, flava, dulcia, mali magnitudine* C. B. P. c. l. cum præcedentibus. Germ. *Spilling*, majores vero *Marunckèn.*

PRVNA coloris ceræ ex candido in luteum palleſcentis C. B. P. p. 443. *Pruna cerea & cereola* TRAGI. In hortis & pomariis. Aprili M.

PRVNVS fructu minore, auſtero Tournefort. *Pruna Auguſto matureſcentia, minora & auſteriora* C. B. P. 443. In hortis paſſim.

PRVNVS fructu parvo, præcoci Tournefort. Inſtitut. p. 623. *Pruna parva, præcocia* C. B. *Pruna avenaria* Tabern. icon. 991. cum præcedentibus. Germ. *Haber-Pflaumen.*

PRVNVS fructu rotundo minore nigro purpureo dulci C. B. P. p. 444. *Prunus mirobalanus dicta* Cluſio. *Myrobalanen - Pflaumen.* In hortis Curioſorum floret cum vulgari.

PRVNVS Brigniolenſis in officinis proſtat, & vulgo dicuntur ipſius fructus Pruneola.

PRVNVS ſylveſtris C. B. P. 444. J. B. 1. 293. Lobel. icon. 176. In ſepibus & dumetis paſſim floret Aprili. Germ. *Schwartz-Dorn und Schleben-Hecken* appellant.

PRVNVS ſylveſtris, præcox, altior H. R. Pariſ. *Pruna ſylveſtria, præcocia* C. B. *Pruni ſylveſtris, altera ſpecies* Tragi 1017. Magna ſunt, Auguſto M. maturantur ideo *Haber-Schleben* vocantur. Rami hujus pruni ſæpe monſtroſe degenerant in quaſdam perplexas & intricatas virgultorum congeſtiones, quæ procul inſpicienti nidum picæ mentiuntur. *Bey Cluſewitz häuffig*, floret cum præcedente.

ARMENIACA fructu majore, nucleo amaro Tournefort. Inſtitut. p. 623. *Mala armeniaca majora* C. B. P. 442. In hortis variis, ubi *Apricoſen* dicuntur, floret Aprili & Majo.

ARMENIACA fructu minore. *Malus armeniaca minor* C. B. Pin. p. 442. Cum præcedente.

PERSICA molli carne, & vulgaris, viridis & alba C. B. P. 440. *Malus Perſica* J. B. 1. 157. Dodon. Pempt. 796. In hortis variis, ubi & aliæ ſpecies occurrunt. *Pferſich.* Flore pleno aliquando occurrit, non ſecus ac Ceraſus v. gr. *im Fürſten-Garten.*

PERSICA Africana, nana, flore incarnato ſimplici Tournefort. *Malus perſica, africana, nana, flore incarnato, ſimplici* H. L. Bat. *im Fürſten-Garten,* floret Aprili.

AMYGDALVS ſativa, fructu majore C. B. P. 441. *Amygdalus dulcis* J. B. 1. 174. *Amygdalus* Tabern. icon. 996. *Im Fürſten-Garten,* floret Aprili & Majo. *Mandel-Baum.*

CERASVS ſativa, fructu rotundo, rubro & acido Tournefort. Inſtitut. p. 615. *Ceraſa ſativa, rotunda, rubra & acida* C. B. P. 449. *Ceraſia acida* Tabern. icon. 985. In pomariis & vineis floret Majo. Germ. *ſaure Kirſchen.*

CERASVS ſativa, fructu majore Tournef. l. c. *Ceraſa ſativa majora* C. B. c. l. *Ceraſa acida rubella* J. B. 1. 121. cum præcedente. Germ. *Weichſel-Kirſchen.*

CERASVS fructu acido, ſerotino, ſanguinei ſucci Tournef. *Ceraſa acidiſſima, ſanguineo ſucco* C. B. P. 450. *Ceraſa acida, nigrantia, ſolidiora, tardius matureſcentia* J. B. *Ceraſorum primum genus* Tragi 1027. cum præcedentibus. Germ. *Amarellen.* Arbor altior eſt, pediculi longiſſimi, & poma obſcuriora.

CERASVS carne tenera & aquoſa C. B. P. p. 450. *Ceraſa aquea* TAB. cum præced.

CERASVS fructu albo, dulci. *Ceraſa alba dulcia* C. B. P. *Ceraſia dulcia* Tragi. 1028. cum præcedentibus.

CERASVS major & ſylveſtris, fructu ſubdulci, nigro colore inficiente C. B. *Ceraſus ſylveſtris, fructu nigro* J. B. In ſylvis & circa pagos frequens floret Majo. *Schwartze ſüſſe Kirſchen.* Ex hujus bacca tota nucleisque contuſis paratur in officinis Aqua ceraſorum nigrorum.

CERASVS racemoſa, hortenſis C. B. P. 450. *Ceraſus uno pediculo plura ferens, & Ceraſus racemoſa* J. B. 1. 223. *Ceraſia uno pediculo plura* Tabern. cum præcedentibus.

CERASVS hortenſis pleno flore C. B. P. *Ceraſus pleno flore* J. B. *Ceraſus multiflora* I. Tabern. icon. 983. *Im Fürſten-Garten*, floret Majo.

CERASVS pumila; *Chamæceraſus* Matthioli & Cluſ. Pannon. & Hiſt. *Ceraſus pumila* C. B. P 450. *Im Fürſten-Garten*, floret cum præcedentibus, *Iſt wild bey Freyburg an der Unſtruth*. In horto Seren. Principis ex inſitione nata, altior eſt, ea forte quam in horto Stutgardiano obſervavit C. B. P. p. 450.

PADVS germanica, folio deciduo. *Ceraſus racemoſa quibusdam, aliis Padus* J. B. 1. 228. *Ceraſia nigra, racemoſa* Tabern. icon. 988. *Ceraſus racemoſa, ſylveſtris, fructu non eduli* C. B. P. 451. In ſepibus & dumetis, *bey Sultze und Freyburg, hinter Kahle nach Orlamünda und Rudelſtadt; überall in Wäldern bey Leipzig; auch bey Gieſſen am Hangelſtein, und am Stopffel-Berg*. Baccis nigris & rubris variat. Lignum & cortex contritus fœtent, unde quibusdam *Tölpelgens-Baum* dicitur. Fructus collo appenſus laudatur ad epilepſiam puerorum. vid. Sam. Dale in Suppl. p. 288. Floret Aprili & Majo.

PADVS exotica, folio amplo, craſſo, ſempervirente. *Lauroceraſus* Tournefort. p. 627. Tab. 403. J. B. 1. 420. *Ceraſus folio laurino* C. B. P. 450. cum præcedente floret in hortis variorum. Cum & flore & fructu conveniant hæ duæ plantæ, ad diverſa genera male reducuntur a Tournefortio; quem vero Lauroceraſi fructum exhibet Cluſius, genuinus non eſt.

CELTIS T. Lotus fructu Ceraſi C. B. P. p. 477. In hortis Curioſorum. Piſtillum bicorne eſt, petala nuda fugacia.

SVMACH Arabum & officinarum. *Rhus, ſive Sumach* J. B. 1. 155. *Rhus coriaria* Dod. Pempt. 779. *Rhus folio Ulmi* C. B. P. 414. Hujus diverſæ partes modo a coriariis, modo ad obſonia ſolebant adhiberi, inde nomina Rhus obſoniorum, & Rhus coriariorum. Semina reniformia ſunt, majora & minora *Im Fürſten-Garten*, floret Majo. *Färber-Baum, Hirſch-Horn-Baum, Schling-Baum*.

## (2) DIPYRENA.

ZIZIPHVS Dodon. Pempt. 807. *Jujubæ majores oblongæ* C. B. P. 446. *Zizipha ſativa* J. B. 1. 40. In hortis quandoque ex oſſiculis in officinis proſtantibus pullalat. *Rothe Bruſt-Beeren.*

SEBESTENA C. B. *Sebeſten* officinarum & TRAGI, *ſchwartze Bruſtbeeren.* Dodonæus & Lobelius Myxam dixerunt, quia mucore ſcatet. Ex ea in Aegypto viſcum parant. Floris petala reflexa ſunt.

CRATAEGVS folio laciniato Tournef. Inſtit. p. 633. *Meſpilus Apii folio, ſylveſtris, non ſpinoſa, ſive Sorbus torminalis* C. B. Pin. 454. *Sorbus torminalis & Cratægus Theophraſti* I. B. 1. 63. In ſylvis paſſim v. g. *Im Coſpidaiſchen Holtze* floret Majo & Junio, baccæ vero maturantur Octobri, circa vindemiam, quo tempore a ruſticis in foro venduntur. Germ. *wilder Sperber-Baum, Arlß-Beeren, Eltz-Beer.* vid. Cluſ. in hiſt. pann. pag. 8. qui *Atlaß-Beer* vocari teſtatur.

CRATAEGVS alpinus Alni folio incano. *Alni effigie, lanato folio, major* C. B. Pin. p. 452. *Sorbus Aria cognominata* C. Cluſ. Pan. p. 8. In montibus altiſſimis v. g. *auf dem Enſels-Berge bey Gotha, und auf den Thüringer Walde,* floret cum præcedente.

## (3.) TRIPYRENA.

PALIVRVS Dod. Pempt 756. *Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo* C. B. P. 477. *Rhamnus, ſive Paliurus, folio jujubino* J. B. 1. 35. In horto medico floret Majo & Junio.

OXYACANTHA vulgaris, *Meſpilus Apii folio laciniato* C. B. P. 454. *Oxyacantha vulgaris, ſive Spina alba* J. 1. 49. *Oxyacantha, ſive Spina acuta* Dodon. Pempt. 751. In ſepibus paſſim floret Majo; *Weiß-Dorn* item *Haag-Dorn, Meel-Dorn*, fructum vero *Meel-Fäßgen, Meel-Feiſtgen*, vulgus vocat, uti prunum ſylveſtrem *Schwartz-Dorn.* In hanc optime inſeritur Aronia.

MESPILVS Apii folio laciniato C. B. P. p. 453. *Meſpilus Aronia* Dioſcoridis. In hortis Curioſorum. Majo.

COTONEASTER J. B. I. 73. *Cotoneaſter folio rotundo non ſerrato* C. B. P. 452. In montibus noſtris frequens, v. g. *auf dem Kunitzer-Berge, und in denen Kin-Bäumen gegen Ziegenbäyn über, auch bey der Diebs-Krippe.* [*In* M. *Fuchsberg* verſus *Kamsdorf*]

THEA etiam huc ſpectat, decantatiſſimus orientis, Chinæ nempe & Japoniæ frutex, cujus icon & deſcriptio vid. apud Kæmpfferum in amœnit exoticis p. 605. 606. ſq.

## (4) TETRAPYRENA.

VITIS laciniatis foliis Cornut. 183. *Vitis folio Apii* J. B. 2. 73. *Peterſilgen-Weinſtock.* In hortis & vineis floret Majo & Jun.

VITIS vinifera C. B. P. 299. In vineis paſſim floret cum præcedente.

VITIS apiana C. B. P. p. 298. *Uva muſcatellina* Carol. Steph. Præd. Ruſt. 34. *Muſcateller-Trauben*, cum præcedentibus.

VITIS ſubhirſuta C. B. P. 299. cum præcedentibus, ubi & plurimæ aliæ vitis differentiæ paſſim coluntur, & quorum nomina germanica a peritis facile poſſint addiſci, ſi quiſpiam hiſce delectaretur; Præ cæteris vero laudantur, quæ *Guth-Edel und Fränckiſch* dicuntur; *Trameiner* dictæ uvæ, habent baccas rubras ſ. carneas.

AZEDERACH Dodon. Pempt. 848. *Arbor Fraxini folio, flore cœruleo* C. B. P. 415. *Azaderacheni arbor* J. B. I. 554. In horto medico & aliis floret Junio & Julio. Ab hac arbore minime differt *Arbor, indica Fraxino ſimilis, oleæ fructu* C. B. Pin. p. 416. ſive *Nimbo Garciæ*, uti recte obſervavit Kæmpfferus in amœnitatibus exoticis; adeoque hanc plantam Caſp. Bauhinus bis poſuit. Gallis arbor ſancta dicitur, quia precarios globulos ex hac arbore monachi fingere ſolent.

MESPILVS germanica, folio laurino, non ſerrato, ſive Meſpilus ſylveſtris C. B. P. 453. *Meſpilus vulgaris* J. B. I. 69. *Miſpeln.* In hortis & pomariis variis in locis, floret Maj.

MESPILVS Alpina folio Alni lanato major. *Alni folio lanato major* C. B. P. Aria Theophraſti vulgo. Metallo Italis, propter ligni duritiem Fructu hujus multi, loco Jujubarum utuntur. Provenit copioſe *auf dem Enſelsberg bey Gotha, auf dem Hartz bey Ilefeld, und auf dem Feld-Berg an der Höbe bey Franckfurth.* a)

## (5) POLYPYRENA.

ROSA rubra ſimplex C. B. P. 481. *Roſa rubra flore ſimplici* J. B. 2. 34. *Roſa damaſcena* Lobelii Icon. 206. In hortis variis floret Maj. & Jun. *Roſe.*

ROSA ſaturatius rubens C. B. P. *Roſa purpurea, ſive in rubro nigricans* Camerarii Hort. Germ. *Eſsig-Roſen,* quia præ cæteris Roſæ ſpeciebus ad acetum Roſarum parandum expetitur. In hortis variis cum præcedente.

ROSA rubea pallidior C. B. Pin. cum præcedente.

ROSA purpurea C. B. P. *Roſa provincialis major* Tabern. icon. 1084. *Roſa rubello flore, majore, multiplicato, ſive pleno, incarnata vulgo* J. B. 2. 36. cum præcedentibus.

ROSA verſicolor C. B. P. *Roſa ſemiplena flore variegato* Volk. *Roſa præneſtina, alba & verſicolor* J. B. 2. 38. *Roſa verſicolor* Cluſii. Cum præcedentibus.

ROSA maxima, multiplex C. B. *Roſa Hollandica, rubella, plena, quibusdam centifolia, ſpinoſo frutice* J. B. 2. 37. *Roſa centifolia Batavica* Cluſii Hiſtor. 113. *Centifolien.* In hortis frequens floret cum præcedentibus. Hæc Roſa maxime expetitur ad conſervam Roſarum, Germanis *Roſen-Zucker* dictam, parandam. De Roſa damaſcena & omnium calendarum, nec non moſchata vid. J. Bauhinus & Heſſe *vom Garten-Bau.*

ROSA alba, vulgaris, major C. B. P. 482. *Roſa candida, plena & ſemiplena* J. B. 2. 44. cum præcedentibus.

ROSA

a) Ex locis natalibus, maxime M. *Feldberg*, adparet hoc loco velle RVPPIVM *Meſpilum inermem foliis ovatis ſerratis acutis* LINNAEI. *Alni effigie lanato folio minorem* C. B. cui quinque & ultra nuclei ſunt. Cl. enim SENKENBERGIVS

ROSA moſchata ſimplici & pleno flore C. B. P. 482. Rarior prioribus.

ROSA minor, rubello flore, quæ vulgo a Menſe Majo majalis dicitur C. B. P. 483. *Roſa rubello flore, parvo, ſimplici, non ſpinoſa* J. B. 2. 39. *Roſa provincialis minor* Tabern. icon. 1085. In hortis & ſepibus floret omnium prima. Flores rubri parvi pleni.

ROSA ſylveſtris variorum colorum, foliis a) glabris & hirſutis, odoris & inodoris; In ſepibus paſſim floret Junio. *Heck-Roſen, wilde Roſen, Feld-Roſen.* Roſæ hujus ſylveſtris frutici ſæpe adnaſcitur tuberculum quoddam villoſum & cirroſum, quod Germanis dicitur *Schlaf-Kuntz* vel *Schläffe*, & officinis ſub nomine Bedeguar innotuit; hoc intus continet vermiculos, qui abeunt in inſecta alata.

ROSA campeſtris ſpinoſiſſima, flore albo odoro C. B. P. 384. *Roſa pumila, ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ glabris, flore albo* J. B. 2. 40. In ſepibus *bey Rode und Haynbüchen* floret cum præcedentibus. Hæc poma fert rotunda, nigricantia quæ aliqui contra nephritidem laudant. [Folia novena habet, quæ reliquis fere ſeptena ſunt.]

ROSA ſylveſtris, pomifera, major C. B. P. 384. *Roſa pomo ſpinoſo, folio hirſuto* J. B. 2. 38. In hortis cum præcedentibus. [Gottingæ vero abunde ſpontanea]

ROSA lutea, ſimplex C. B. *Roſa lutea* J. B. 2. 47. In ſepibus & hortis *bey Zwetzen* cum prioribus.

ROSA lutea, multiplex C. B. P. 483. *Roſa lutea, flore*

a) Demonſtrat RVPPIVS ſe conjungere tres Roſæ ſpecies. Eæ, in poſthumis diſtinctæ. Sunt
ROSA ſylveſtris vulgaris flore odorato incarnato C. B. P. R. H.
ROSA arvenſis candida C. B. J. R. H. Hæ foliis glabris ſunt.
ROSA ſylveſtris foliis odoratis C. B. P. J. R. H. Huic folia pomorum odore ſubtus fulvam lanuginem habent. Omnes Jenæ naſcuntur, & a botanicis pene omnibus diſtinguuntur. Parcius vero, uti in poſthumis reperio, Jenæ naſci-

*flore pleno* J. B. 2. 48. *Roſa flava*, plena Cluſ. Hiſt. 114. In horto medico. Ab inſectis amatur flos, & vix unquam deprehenditur integer.

ROSA punicea Cornuti 11. *Roſa ſylveſtris, Auſtriaca, flore phœniceo* Parkinſon. Theatr. 1019. Flos hujus eſt ſimplex, exterius flammeus, interius phœniceus. In hortis Sereniſſ. Principis, ubi Roſam turcicam vocant, floret cum præcedentibus.

SORBUS ſativa C. B. P. 415. *Sorbus* J. B. 1. 59. *legitima* CLUS. Pannon. p. 9. In hortis prope Naumburgum & alibi, unde quotannis ejus fructus venales afferuntur. Germ. *Dreck-Säck*, *Spierling*, *Sperber-Baum*.

AUCUPARIA Rivini. *Sorbus aucuparia* J. B. 1. 62. *Sorbus ſylveſtris, foliis domeſticæ ſimilibus* C. B. P. 115. *Sorbus ſylveſtris, alpina* Lobel. icon. 107. Germ. *Quitſch-Beeren.* In ſylvis, areis & compitis variis in locis floret Majo & Jun.

CYDONIA fructu breviore & rotundiore Tournefort. *Colonea* Matthiol. *Malus cydonia, fructu breviore & rotundiore* H. R. Par. *Mala coronea minora* C. B. P. 434. *Cydonia minora* Raji Hiſt. 1453. In hortis variis floret Majo & Jun. *Quitten-Baum.* Hujus trunco varia pomorum & Pyrorum genera inſeruntur, quæ nana permanent, & proinde Germanis *Zwerg-Bäume* dicuntur, quarum plures conſpiciuntur *im Fürſten-Garten.*

PYRUS ſylveſtris C. B. P. 439. *Pyra ſylveſtris* Tabern. icon. 1018. In ſepibus, dumetis & ſylvis. Variæ admodum Pyri ſylveſtris ſpecies occurrunt, quæ pro diverſitate ſativarum, ex quarum ſeminibus projectis oriri videntur, variant florentque Majo. Quo tempore pariter Pyrus ſativa infinite varia in hortis floret, cujus ſpecies, & varietates qui noſſe cupit, adeat Joh. Bauhinum de Thermis Bollenſibus, Cordum, Tournefortium & ipſos hortulanos; hæc enim ad nos non ſpectant, nec verbis facile exprimi poſſunt. Præ cæteris Pyris laudantur Pyra illa, quæ Gallis Bons Chretiens, Germanis autem *Zucker-Birn* dicuntur.

MALVS ſylveſtris, fructu valde acerbo Tournefortii; In ſepibus & ſylvis, floret Majo, ut &

MALA ſylveſtria, rubra C. B. P. 432. ſive *Mala ſylveſtria, rubentia* Tabernæm. icon. 100. Mala vero hortenſia, non ſecus ac pyra tot paſſim occurrunt a ſe invicem diverſa, ut harum pagellarum anguſtia ea non capiat. *Holtz-Aepffel-Baum.* Præ cæteris æſtimantur poma Borsdorffiana dicta, quorum ſuccus etiam expetitur ad tincturam Martis cum ſucco pomorum parandam; Magnitudine variant, nec non pelliculæ exterioris colore, qui communiter albus eſt, rubro pulchre miſtus, jam vero etiam pelliculi plane nigra in horto Sereniſſ. Principis coluntur.

MALVS pumila quæ potius frutex quam arbor C. B. P. p. 433. *Mala præcocia* TRAGI, & TAB. *ſ. Iohannis Aepfel.* In hortis florent.

AVRANTIVM acri medulla, vulgare Ferrar. Heſperid. 377. *Malus aurantia major* C. B. P. 436. *Aurantia malus* J. B. I. 97. *Pomerantzen* corrupte a pomarantiis; vel cum Gallis Oranges, unde loca harum arborum, ut & Citrorum, Limonumque culturæ dicta non ſecus ac ipſarum arborum turbam vulgo Orangeries vocant. Qui alias ſpecies noſſe cupit, adeat Ferrarium, & Volckammeri Heſperides.

CITREVM vulgare Tournefort. Inſtit. p. 620. *Malum citreum vulgare* Ferrar. Heſp. 61. *Malus medica* C. B. P. 435. cum præcedente floret & fructum perficit toto anno *Citronen-Baum.* In officinis reperitur quidam craſſus & carnoſus fructus, ſacharo vel melle ſiliquarum conditus, quem *Citronat* vocant, & aliqui citri majoris, alia.

LIMON vulgaris Ferrar. Heſper. 193. *Malus limonia, acida* C. B. P. 436. *Limonia malus* J. B. I. 96. cum præcedentibus. *Limonien, Limonen.*

MYRTVS Bœotica latifolia C. B. In hortis floret æſtate. *Myrten-Baum.*

MYRTVS minor vulgaris C. B. Pin. p. 469.

MYRTVS tarentina flore pleno. In hortis cum ta-

rentina Myrto flore ſimplici, aliisque Myrti ſpeciebus, (inter quas & criſtata dicta ſ. caule lato & faſciato conſpicua eſt) occurrit floretque Jul. & Aug.

MYRTVS foliis minimis & mucronatis C. B. P. 469. In hortis paſſim cultæ florent æſtate. Myrti flos inſidet embryoni, qui deinde abit in baccam olivæformem, umbilicatam, in tria loculamenta diviſam, ſeminibusque fætam reniformibus.

ANDROSAEMVM maximum fruteſcens C. B. P. p. 280. *Siciliana* EYSTETT. In hortis Curioſorum æſtate floret.

CACVBALVS Tournef. Inſtitut. p. 339. Tab. 176. *Cacubalus Plinii* Lugd. 1429. *Alſine ſcandens baccifera* C. B. P. 250. *Cacubalum quibusdam, vel Alſine baccifera* J. B. 2. 175. In ſepibus & dumetis, *wo man nach dem Lerchen-Felde gehet*, item *an der Saal bey Wenigen-Jena über, auch auf der Inſul an denen Hecken*, ad viam inter *Kahle* & *Scheitz* ad ſepes (Francofurti ad Mœnum frequens) floret Majo & Jun.

RVBVS vulgaris, ſive Rubus fructu nigro C. B. P. 479. *Rubus major, fructu nigro* J. B. 2. 57. modo triphyllus, modo pentaphyllus eſt, & ſarmentis ſuis longe lateque ſepes & dumeta ſuperſcandit, iisque incumbit, aliquando etiam extremitatibus ſuis iterum ſe terræ infigit, & radices agit; reperitur etiam fl. pleno. Floret Majo & Jun. *Brombeer-Strauch, Kratz-Beer.*

RVBVS idæus ſpinoſus C. B. P. 479. *Rubus idæus ſpinoſus, fructu rubro* J. B. 2. 59. *Rubus idæus* Dodon. Pempt. 743. *Hind-Beeren, Hohl-Beeren*, in montoſis ſylvis, *gegen dem Fürſtenbrunnen über, und wo man nach Tautenburg gehet*, floret Majo, cum Belladonna & Sambuco montana racemoſa.

RVBVS idæus, non ſpinoſus J. B. *Rubus idæus lævis* C. B. Pin. cum præcedente *bey Laaßdorff.*

RVBVS idæus, ſpinoſus, fructu albo J. B. 2. 59. *Weiſſe Hind-oder Him-Beeren; im Fürſten-Garten.* [Varietas.]

RVBVS alpinus humilis J. B. 2. 61. *Chamærubus ſaxatilis* C. B. P. 479. *Rubus ſaxatilis alpinus* Cluſii Hiſt.

118. In variis locis, v. g. *wo man nach Voltersrode gehet, und gegen Dornburg über, und in denen Bergen hinter Kunitz,* floret Majo.

RVBVS odoratus Corn. 150. In hortis variis floret Majo & Junio; Florem habet amplum & ſpecioſum, folia anguloſa inſtar foliorum Ribes.

RVBVS alpinus, foliis Ribes. *Chamærubus foliis Ribes anglica* C. B. P. 480. *Chamærubus* Cluſ. Pan. & Hiſt. in altioribus Haſſiæ ſylvis, v. gr. *auf dem Weiſsner, und auf dem Dückenruck zwiſchen Rotenburg und Caſſel,* flor. Jun.

RVBVS repens, fructu cæſio C. B. P. 479. *Rubus minor, fructu cœruleo* J. B. 2. 59. *Rubus minor* Dodon. Pempt. 742. In agrorum limitibus & ad ſepes paſſim floret Majo & Jun.

PHYTOLACCA Americana, majore fructu Tournefortii. *Solanum racemoſum, indicum* H. R. Pariſ. *Solanum magnum, virginianum, rubrum* Parkinſ. Theatr. 347. Vulgo *Amaranthus baccifer.* Kæmpffero in amœnitatum exoticarum faſciculo V. pag. 828. dicitur *Sjooriku,* ubi ejusdem plantæ exſtat figura. In horto medico floret Julio & Auguſto.

# CLASSIS VI.

## DE PLANTIS FLORE REGVLARI HEXAPETALO GAVDENTIBVS.

### I. *Seminibus tectis capſula.*

#### (1) SIMPLICI.

CYPERELLA capitulis Pſyllii. *Cyperella* Cordi; *Gramen hirſutum capitulis Pſyllii* C. B. P. 7. *Juncus villoſus, capitulis Pſyllii* Tournef. Inſt. p. 246. *Gramen cyperinum piloſum* Tabern. icon. 219. *Gramen exile hirſu-*

*tum, cyperoides* Lobelii J. B. 2. 493. In apricis, gramine tenui veſtitis hinc inde *im Rauenthale*, & copioſius *bey Rode, und auf denen Hügeln bey der neuen Schencke*, floret Aprili. a)

CYPERELLA nemorenſis, capitulis in ſingulis petiolis ſingulis latifolia. *Gramen ſylvaticum piloſum* Tabern. icon. 227. *Iuncus nemoroſus, latifolius, major*, Tournefort. Inſtit. 246. *Gramen hirſutum, latifolium, majus* C. B. P. 7. In ſylvis & nemoribus frequens, v. g. *im Rauenthale*, floret Martio & Aprili.

CYPERELLA altiſſima, montana. *Gramen hirſutum, anguſtifolium majus* C. B. Prodr. p. 16. *auf der Wellmeſe*, [ubique fere in ſylvis.] Floret Majo.

CYPERELLA latifolia, juncea panicula. C. B. Prodr. 15. vocat *Gramen hirſutum, latifolium, minus, juncea panicula;* cum præcedentibus. [Planta mihi ignota, ſi a Gr. Luzulæ diverſa eſt.]

CYPERELLA ſarotina, floſculis albicantibus. *Iuncus anguſtifolius, villoſus, floribus albis, paniculatis* Tournefort. p. 247. *Gramen hirſutum, anguſtifolium, minus, paniculis albis* C. B. *Gramen leucanthemum* Dalechamp. Lugd. 426. In ſylvis cum præcedentibus floret Majo. b)

CYPERELLA ſylvatica & ſaxatilis, panicula ramoſa, capitulis Ranunculi. [In poſthumis vocat Cyperellam capitulis globoſis majorem n. d. additque capitula, quam illi capitulis *Pſyllii* magis flava eſſe, & ſæpe unam paniculam ſuper alteram e longo petiolo enaſci.] c) *An denen Felſen gegen Häynbüchen über, auch in denen Holtz-Schlägen bey Voltersrode.* Floret Majo.

IVNCVS acutus, panicula ſparſa C. B. P. 11. *Iuncus folia-*

a) Cyperellas vocat RVPPIVS Juncoidea Tournef. a Junco non diverſa, niſi foliis planis, adeoque Junci veras ſpecies.

b) A Cyperellis differt ſemine unico. Schœnum vocat LINNAEVS.

c) In meis notis ad plantas Ruppii reperio, paniculam ſparſam eſſe, foliis miſtam, glumis quam in Gramine hirſuto anguſtifolio majori majoribus, fructu ovato, & ægre differre ab an-

*foliaceus* J. B. 2. 521. *Iuncus acutus* Dodon. Pempt. 605. In locis humidis & ſylvoſis, v. g. *auf der Wellmeſe*, *und bey dem Iſerſtädtiſchen Höltzgen*, floret Julio. *Bintze.*

IVNCVS lævis, panicula ſparſa, major C. B. P. 12. *Iuncus panicula arundinacea* J. B. 2. 520. *Iuncus lævis* Dodon. Pempt. 605. Tabernæm. icon. 249. In locis uliginoſis & juncoſis ad vias & ſcrobes paſſim floret Junio & Julio. [Non credo a ſequente differre.]

IVNCVS lævis panicula non ſparſa C. B. P. 12. *Iuncus* Matthioli J. B. 2. 520. *Iuncus lævis glomerato flore* Lobel. icon. 84. Cum præcedente paſſim ad ſcrobes & vias publicas floret Iun. & Iul.

IVNCVS paluſtris, humilior, panicula laxiſſima. *Iuncus paluſtris humilior, erectus & repens* Tournefort. *Gramen nemoroſum, caliculis paleaceis, repens & erectum* C. B. P. 7. *Holoſteum Matthioli junceum* J. B. 2. 510. In pratis juxta ſemitas & ad ripam Salæ frequens floret Junio & Julio.

IVNCVS pratenſis humillimus, capitulis fuſcis. Cum præcedente. Varietas maturior, fuſcis fructibus conſpicua.

IVNCVS nemoroſus folio articuloſo Tournefort. Inſtit. p. 247. *Gramen junceum, folio articuloſo, ſylvaticum*, C. B. Pin. 5. *Gramen junceum ſylvaticum* Tabern. icon. 223. In paludoſis pratis & piſcinis *bey Iena-Prieſenitz und Schleben*, floret Jun. & Jul. [A priori panicula magis repetito ramoſa differt.]

IVNCVS foliis articuloſis, floribus umbellatis Tournefort. p. 247. *Gramen junceum, folio articulato, aquaticum* C. B. P. 5. Prodr. 12. *Gramen aquaticum* Tabernæm. icon. 214. In pratis ſubudis, juxta ſemitas v. g. *im groſſen Paradieß, wo man nach Wöllnitz gehet*, floret Jun & Jul. Hujus monſtroſa ſoboles eſt

IVNCVS foliis articuloſis, floribus umbellatim & paniculatim diſpoſitis Tournefort. Inſtit. p. 247. ut &

IVNCVS foliis articuloſis, floribus umbellatis, cum utriculis Tournefort. Inſtit. 247. *Gramen junceum, folio articulato, cum utriculis* C. B. Prodr. 12. *Iuncus foliaceus, capſulis triangulis* J. B. 2. 521. Hæc varietas poſt fœniſe-

cium naſcitur, renaſcentibus loco florum paleaceis utriculis uncialibus in capillamenta ſiſſis, purpuraſcentibus, aut viridibus, neque facile una & utriculos & fructus profe-rentibus. Hæc varietas provenit *bey der frölichen Wiederkunfft*.

IVNCVS parvus, cum pericarpiis rotundis J. B. 2. 522. Chabr. pag. 179. ubi figuræ ſunt transpoſitæ, & Holoſtei Matthioli figura hujus noſtri deſcriptioni appoſita loco citato pag. vero 191. hujus noſtri Junci cum pericarpiis rotundis, figura Holoſtei Matthioli, ſive Junci bufonini deſcriptioni adjecta. In pratis riguis, nec non paſcuis frequens; Floret cum præcedentibus; Hunc male Tournefort. cum ſequente confundit. [Eſt Juncus mollioribus foliis & carinatis panicula multiplici & ramoſa *Enum. plant. Helv.* p. 254. a ſequente diverſiſſimus.]

IVNCVS alpinus, foliis rigidis, ſeſſilibus, caule nudo, floribus ſpicatis. *Gramen junceum* III. Tabern. icon. 14. *Gramen junceum foliis & ſpica Iunci* C. B. P. 5. *Gramen junceum maritimum* Lobel. icon. *Iuncus Cambro-Britannicus* Parkinſonii & Raji Hiſtor. In ericetis *hinter Ruttersdorff nach Schlefreiſen zu, und nach der Rieſeneck hin,* [copioſiſſime prope *Bollwerck* cum Tetralice & verſus *Zeiſig-Grund.* Panicula huic rarior, facies tota rigida, capſulæ lividæ nitentes.] Floret Jul. & Aug.

IVNCVS foliatus, minimus I. B. 2. 523. Chabr. Sciagraph. p. 197. In agris arenoſis cum Anagalloide & Thlaſpidio minimo, *zwiſchen der neuen Schencke und Zöllnitz,* item, *bey Hayn-Büchen und Städtgen Rode,* ad rupes. Floret Julio & Auguſto. a)

## (2) CAPSVLA BIPARTITA.

SALICARIA vulgaris, purpurea, foliis oblongis Tournefort. p. 253. Tab. 129. *Lyſimachia ſpicata, purpurea forte Plinii* C. B P. 246. *Lyſimachia purpurea, quibusdam ſpicata* I. B. 2. 902. In udis & ſalicetis ad ſcrobes v. gr.

*wo*

a) Scirpi genus, aliquot ſub apice caulis conglomeratis paniculis, tenerrimum & humillimum.

*wo man nach Kunitz gehet,* item *bey der Raſe-Mühlen und im groſſen Paradieſß,* floret Jul. Germ. *brauner Weiderich.*

SALICARIA trifolia, caule hexagono Tournefort. l. c. cum præcedente, cujus eſt varietas, rariſſime quaterna folia profert.

SALICARIA Hyſſopi folio latiore Tournef. *Hyſſopifolia major, latioribus foliis* C. B. P. *Hyſſopifolia aquatica* J. B. In uliginoſis *bey Halle und Leipzig,* v. g. *an der Land-Straſſe zwiſchen Lützen und Marck-Ranſtädt.* Ad Salicarias rectiſſime retulit T. Juxta vias publicas *zwiſchen Weiſſenfelſß und Marck-Ranſtädt* ad ſcrobes floret Julio & Auguſto. a)

## (3) CAPSVLA TRIPARTITA.

LILIVM album vulgare I. B. 2. 685. *Lilium album, flore erecto, & vulgare* C. B. P. 76. In hortis paſſim. Junio *Weiſſe Lilie.* Rariſſime flore pleno.

LILIVM purpuro-croceum, majus C. B. P. 76. *Lilium rubens vel croceum, majus* J. B. 2. 688. *Lilium purpureum majus* Dodon. Pempt. 198. *Lilium aureum majus* Tabern. icon. 639. Germ. *Feuer-Lilien.* Cum præcedente.

LILIVM bulbiferum latifolium majus C. B. P. p. 77. In hortis. Bulbillos fert in foliorum alis, uti Dentaria baccifera. [Varietas prioris.]



a) Raræ plantulæ deſcriptionem addere viſum eſt. Radix exigua, inutilis. Caules erecti vix ramoſi, certe in noſtris, ſemipedales, & paulo ultra. Folia inordinata, fere Lini. In alis foliorum flores, aut ſinguli aut bini: Hi Salicariæ omnino calycem tubuloſum habent, ſegmentis aliis latis triangulis, rectis, aliis totidem gracilibus reflexis. Vtrorumque numerus quinque eſt aut ſex. Petala ex ſummo calyce totidem, ovato lanceolata linea diviſa, roſei coloris. Stamina totidem ex calyce. Fructus intra calycem petiolatus, longus, erectus, cylindricus, bilocularis, polyſpermos. Tuba ſimplex globulo terminata. Vide iconem quam dedi T. II. Numero ſtaminum non excedente petalorum numerum a Salicaria differt Salicariæ ergo minus, quam Pepli LINNAEI accedit, niſi etiam iſtam ad Salicariam velis referre. [illegible]

MARTAGON ſylvaticum. *Lilium floribus reflexis, montanum, flore rubente* C. B. P. 77. *Lilium flore nutante ferrugineo, majus & minus* J. B. 692. *Wilde Lilie, Türckiſcher Bund, Gold-Wurtz.* In ſylvis præcipue montoſis v. g. *auf der VVelmeſe hinter den Fürſten-Brunnen, und im Rauenthal,* floret Majo & Junio; Floribus aliquando albis, quod rarior eſt, & elegantiſſime ex albo punctatis variat, nec non copia florum admodum, ſpecioſa, quale Lilium Tournefort. Inſtit. p. 370. *Lilium floribus reflexis, montanum, flore maculis rubeis inordinatis aſperſo, & Lilium montanum, floribus reflexis, longiore ſpica* appellat, Ad triginta flores numeravimus aliquando *auf dem Fuchs-Berg;* Noſtrum eſt hirſutum, quapropter ab hoc minime differre cenſeo *Lilium floribus reflexis, alterum, lanuginoſum, hirſutum* C. B. P. 78. *Lilium montanum, ſive ſylveſtre* I. *majus* Cluſii Hiſtor. 134. Cultura enim lanuginem exuit & deponit; [In poſth. de eadem quæſtione ambigit. Sed omnino idem eſt] Radix hujus plantæ flava eſt, unde vulgo *Gold-VVurtz* appellant, & loco radicis Aſphodeli utuntur in officinis. Pueris appendit vulgus contra dentitionem difficilem.

MARTAGON orientale, flore miniato. *Lilium Byzantinum, miniatum* C.B.P. 78. *Lilium flore miniato, nutante, ſive Hemerocallis chalcedonica aliquibus* J. B. 2. 695. In hortis floret cum præcedentibus.

CORONA imperialis Dod. Pempt. 202. *Lilium, ſive Corona imperialis, ſive Tuſai aliis* I. B. 2. 697. *Kaiſers-Krone.* In hortis variis floret Majo.

CORONA imperialis, folio vario. Tournefortii. *Kaiſers-Crone mit vergüldeten und verſilberten Blättern,* cum præcedente. [Varietas.]

CORONA imperialis flore pulchre luteo Tournef. Inſtit. p. 372. *Lilium ſive Corona imperialis per omnia major* H. Reg. Pariſ. cum præcedente. [Varietas.]

TVLIPA præcox, lutea, C. B. P. 57. *Tulipa præcox, flava* Cluſii Hiſtor. 138. J. B. 2. 666. In hortis frequens cum aliis variis & fere infinitis Tuliparum præcocium pariter atque ſerotinarum ſpeciebus. Hujus flos odoratus eſt,

& caulis aliquando ramoſus. De variis aliis Tulipæ ſpeciebus. vid. Cluſius. Si flos fuerit major, & petala diſſecta, tunc monſtrum vocatur. Occurrit etiam flore pleno, quæ Tulipa Pœoniæ quibusdam dicitur, quia ipſius flos Pœoniæ florem fere refert. Floret Majo.

FRITILLARIA præcox, purpurea, variegata C. B. P. 64. *Maleagris, ſive Fritillaria ſaturatior & dilutior* J. B. 2. 681. *Meleagris* Dodon. Pempt. 233. In horto Seren. Principis floret Aprili & Majo.

DENS CANIS, latiore rotundioreque folio, flore ex purpuro rubente C. B. P. 87. *Satyrium, quorundam Erythronium, bifolium, flore unico, radiato, purpureo* I. B. 2. 680. *Dens caninus purpuraſcente flore* Cluſii Hiſt. 266. In hortis Curioſorum floret Aprili.

ORNITHOGALUM medium, umbellatum, anguſtifolium C. B. P. 70. *Ornithogalum vulgare & verius, majus & minus* I. B. 2. 630. *Bulbus leucanthemus minor, ſive Ornithogalum* Dod. Pempt. 221. In hortis frequens floret Majo. Naſcitur copioſum in pratis prope Dresdam, uti etiam obſervavit Camerarius in Matthiolum. Varias Ornithogali figuras vid. in Epit. Matthioli apud Camerar. *Stern aus Bethlehem, Acker-Zwiebeln.*

ORNITHOGALUM anguſtifolium, majus floribus ex albo vireſcentibus C. B. P. *Aſphodelus bulboſus* Dodonæi, *ſive Ornithogalum ſpicatum, flore virente* J. B. 2. 627. *Ornithogalum majus* I. Cluſ. Hiſtor. 186. *Im Fürſten-Garten* cum præcedente.

ORNITHOGALUM luteum ſ. pallidum majus C. B. P. 71. & Tabernæm. icon. 633. *Bulbus ſylveſtris* Fuchſii, *flore luteo,* ſive *Ornithogalum luteum* J. B. 2. 623. *Bulbus ſylveſtris* Dodon. Pempt. 622. In ſylvis & dumetis ſed rarius; *iſt ſehr häuffig auf dem Hartz bey Ilefeld.* [& Gottingæ in agris & hortis.] Floret Martio & Aprili.

ORNITHOGALUM luteum minus, C. B. P. 71. J. B. 2. 624. *Ornithogalum Pannonicum luteo flore* Cluſ. Hiſt. 189. in agris & vineis, frequens, v. g. *auf dem Hauß-Berge,* floret

ORNITHOGALVM anguſtifolium, bulbiferum C. B. *Ornithogalum anguſtifolium, campeſtre, luteum, minimum, bulbiferum* Columnn. ecphraſ. p. 1. 323. quod rarius occurrit. (Varietas)

ORNITHOGALVM luſitanicum, latifolium, flore cœruleo Tournefort. Inſtitut. p. 381. *Hyacynthus indicus, bulboſus, ſtellatus* C. B. P. 47. *Hyacynthus Peruvianus* J. B. 2. 585. *Hyacynthus ſtellatus, peruanus* Cluſ. Hiſt. 182. *Im Fürſten-Garten*, floret Majo & Jun.

ORNITHOGALVM luſitanicum, latifolium, flore albo Tournefort. Inſtit. 181. In horto medico floret cum præcedente. Varietas prioris.

ORNITHOGALVM ſpicatum flore cœruleo, amœno. *Hyacynthus ſtellaris cœruleus amœnus* C. B. p. 46. In hortis variis floret Aprili.

Ornithogali ſpeciebus merito annummeravit D. Tournefortius, SCYLLAM off. quæ ſæpius in hortis Curioſorum occurrit, & facile germinat, ſi radices non fuerint nimis vetuſtæ. Germ. *Meer-Zwiebel.*

ASPHODELVS luteus, & flore & radice C. B. P. 28. *Aſphodelus flore melino* Matth. icon. *Im Fürſten-Garten*, floret Majo.

PHALANGIVM parvo flore non ramoſum C.B.P.p.29. *Phalangium aliud pulchrius, emaculato Lilii candore conſpicuum* Chabr. ſciagraph. p. 222. *In Wäldern bey Altenbergen, und an denen jähen Felſen neben der Landſtraſſe bey Rothenſtein an dem hohen Ufer der Saale.* Floret Junio.

PHALANGIVM parvo flore, ramoſum C. B. P. 29. *Phalangium quibusdam, parvo flore, ramoſum* J. B. 2. 635. *Phalangium ramoſum* Dodon. Pempt. 106. In montibus *auf dem Haus-und Kunitzer-Berge*, [ubique fere in montoſis verſus *Coſpida, in Wellmeſe*, circa *Sülzam*] floret Maj. & Junio Germanis dicitur *weiſſer VViederthon*, teſte Camerar. in Epit. Matthiol. 195.

PHALANGIVM narbonenſe foliis fiſtuloſis. *Phalangium cretæ Salonenſis* Lobel. *Aſphodelus foliis fiſtuloſis* C. B. P. 29. *Aſphodelus minor folio fiſtuloſo* J. B. 2. 631. Semina habet quaſi perforata. *Im Fürſten-Garten*, flor. Jun.

PHALANGIUM paluſtre flore luteo. *Pſeudoaſphodelus paluſtris anglicus* C. B. P. p. 29. *Aſphodelus primus vel major* Cluſ. in Pann. Hic non provenit, ſed in Friſiæ, Daniæ & Angliæ paluſtribus, addere tamen volui, & monere, hunc eſſe Gramen oſſifragum Norvegicum, de quo multa dixit Simon Pauli in Botanico quadripartito p. 589. 590. vid. Petri Kyllingii flora Danica, & Joh. Raji hiſtoria plantarum univerſalis, & bona icon apud Chabræum p. 222. ſub titulo *Aſphodeli acorifolii paluſtris Anglici* LOB. *an Butomus veterum* [Antherici ſpecies, ſiliquis tribus diſtinctis diverſa a Phalangiis; & picta a Cl. MOERINGIO in E. N. C. vol. VI.]

LEUCOIUM ſylvaticum. *Narciſſo-leucojum vulgare* Tournefort. *Leucojum bulboſum, hexaphyllum cum unico flore, rarius bino* J. B. 2. 590. *Leucojum bulboſum præcox majus, ſeu* I. Cluſ. Pan. pag. 179. & ſeq. *Narciſſus* VII. Matth. *Auf dem Kunitzer-Berge und im Cluſewitziſchen Holtze, von der neuen Ginne nach Nerckwitz zu.* Floret Febr. & Martio. Germ. *Mertz-Blumen, weiſſe Hornungs-Blumen, Schnee-Glöckgen.*

LEUCOIUM hortenſe minus. *Narciſſo-Leucojum, trifolium minus* Tournef. Inſtit. p. 387. *Leucojum bulboſum, trifolium minus* C. B. P. 56. *Narciſſus* VI. Matthioli, *Leucojum bulboſum præcox minus* Cluſ. Pan. p. 181. ſeq. In hortis floret Februario & Martio; Non recte dicitur triphyllon, cum flos ejusdem hexapetalus ſit, petalis tribus majoribus, totidemque minoribus conflatus, alternatim poſitis; flos fructui inſidet, nudus plane, adeoque dici non poteſt cum Tournefortio, quod calix abeat in fructum, cum calyce deſtituatur, & embryo non abeat in aliud, quam quod antea fuit & ſaltim magis increſcat; de reliquis nudis floribus embryoni inſidentibus, idem eſto judicium. a) *Schnee-Tropfen.*



a) T. calycis nomen ita ad embryonem extendit, ut omnes flores fructui inſidentes ita definiverit, cujus calyx abit in fructum.

LEVCOIVM ſerotinum, multiflorum. *Narciſſo-Leucojum pratenſe, multiflorum* Tournefort. Inſtitut. p. 387. *Leucojum bulboſum majus, ſive multiflorum, quod aliqui Acrocorion Plinii ſtatuunt* C. B. *Leucojum bulboſum, polyanthemum, tardius florens, floribus minoribus,* J. B. 2. 592. *Leucoium bulboſum ſerotinum maius* Cluſ. Pan. p. 183. & ſeq. In horto medico floret Majo. Leucoja vocamus quia Leucoja T. Keiri diximus, nulla adeo cauſa eſt cur Narciſſo-Leucojum dicamus.

MOLY latifolium, flore albo. *Allium latifolium, liliflorum* Tournefort. p. 384. *Moly latifolium, liliflorum* C. B. P. 75. In horto Sereniſſimi Principis & medico floret Majo.

MOLY pyrenaicum, flore luteo. *Allium latifolium, luteum* Tournefort. *Moly latifolium, luteum, odore Allii, ſecundum* [primum in poſth.] C. B. P. 75. *Moly latifolium flore flavo* Eyſtett. In horto medico floret Majo.

MOLY montanum, foliis Narciſſi. *Allium montanum foliis Narciſſi, majus. Allium umbelliferum pratenſe* J. B. 2. 564. In ſylvis montoſis, v. g. *auf der Wellmeſe, auf dem Hauß-Fuchs- und Kunitzer-Berge,* in pratis etiam circa Lipſiam & Wittebergam. Floret tota æſtate. [Eſt Allium radice lignoſa transverſa *Enum. Helv.* p. 297. uti vidi, planta in horto culta, quæ in ſylva *Wellmeſe* & *in Altenſtolberg* nata fuerat. Vaginæ breves & latæ. Stamina ſupra flores eminent, ſuaverubentes iſti & erecti]

MOLY ſylvaticum latifolium. *Allium ſylveſtre, latifolium* C. B. P. *Allium urſinum bifolium, vernum, ſylvaticum* J. B. 2. 565. *Allium urſinum* Matthioli. *Auf dem Tautenburgiſchen Forſt und bey der neuen Günne, wo man nach Nerckwitz durch den Wald hinan geht, wird auch in dem Cluſewitziſchen Höltzgen gefunden, iſt ſehr häuffig im Roſenthal bey Leipzig.* [Pleſſæ abunde] Floret Majo. Germanis inferioribus *Ramſern* dicitur.

MOLY alpinum, latifolium, caule maculato. *Allium montanum, latifolium, maculatum* C. B. P. 74. *Allium alpinum* J. B. 2. 566. *Victorialis longa* Cluſii Hiſt.

189. & officinarum. Ex Sileſia transmiſſa in hortum medicum, naſcitur etiam *auf dem Kiffhäuſer Berge, und aufm Sonnenkopf bey Statt Sülze. Zuweilen auch aufn Kunitzer-Berg.* a) Floruit Jun. Germ. *Allermanns Harniſch.*

ALLIVM ſativum C. B. P. 73. *Allium vulgare & ſativum* J. B. 2. 554. In hortis & agris ſatum, bulbisque, quos loco ſeminum in ſummitatibus gignit propagatum frequens. Floret Jun. & Jul. *Knoblauch.*

ALLIVM ſativum alterum, ſive Allio-praſum, caulis ſummo circumvoluto C. B. P. 73. *Scorodopraſum* II. Cluſii Hiſtor. 191. *Allii genus, Ophioſcorodon dictum quibusdam* J. B. 2. 559. In horto medico & alibi floret, aut potius bulbos gignit Junio. *Schlangen-Knoblauch.* [Porri ſpecies ob ſtamina triſulca]

ALLIVM ſylveſtre, campeſtre, purpuraſcens C. B. P. 74. *Porrum ſylveſtre, latifolium* Tabernæm. icon. 486. [*Allium minus* Dod. in poſth. ubi in hortis & vineis ait naſci] In pomariis v. g. *im Fürſten-Garten unter den Bäumen*, floret Junio.

ALLIVM montanum bicorne latifolium flore dilute purpuraſcente C. B. P. p. 74. *Allium ſ. Moly latifolium* I. CLVS. In gramineis horti principis æſtate. b)

ALLIVM ſylveſtre, bulbiferum, anguſtifolium. *Allium ſylveſtre, bicorne, flore obſoleto* C. B. In vineis & agris frequens floret Junio. Hoc flores habet nucleis, ſive bulbulis intermiſtos, unde quidam proliferum denominárunt. c)



a) Difficile dictu quam plantam velit. Annon *Porrum commune capitatum* C. B? quod ſuo loco omittit.

b) Valde ſuſpicor dicere etiam hoc nomine de Porro noſtro capite bulbifero &c. quod proxime ſequetur. Sed vide plantam CLVS II in proxima pagina.

c) Eſt Porrum capite bulbifero ſtaminibus alterne trifidis *Enum. Helv.* p. 295. Si ſynomymo fides; Sed credo potius eſſe: *Allium montanum bicorne anguſtifolium flore purpuraſcente* C. B.

ALLIUM ſylveſtre, capitatum, purpuraſcens, minus C. B. P. 74. Cum præcedente v. g. *nach Rothenſtein zu.* [ Quid ?

ALLIUM aquaticum C. B. P. p. 74. *Allium fluviatile in ſabulo ad Albim fluvium in Miſnia* FRANCI hort. Luſ. Collegi a. 1716. in ſabulo inter juncos prope urbem *Miſenam*, Menſe Septembri. [ Planta recentioribus incognita ]

PORRUM radice granulata, ſive grumoſa. In vineis *zwiſchen Jena und Ziegenhayn*, floret Jun. & Jul. a)

PORRUM planifolium, ſtaminibus alterne trifidis, umbella bulbifera. nob. *Allium montanum bicorne latifolium flore dilute purpuraſcente* C. B. RAI. p. 1119. *Moly montanum latifolium primum* CLUS. Pannon. p. 211. ubi tamen caulis juſto craſſior pingitur. Sed & noſtro minime diluto colore flos eſt. Alio tamen referre nequeo. Hoc eſt, quod in *M. Kieſhauſer* copioſe provenit, ubi maculatum nullum reperi, mere alpinam plantam. Bulbi radicis unus princeps & multi acceſſorii tunicis fuſcis obvoluti. Culmus bicubitalis junceus. Folia graminea ad quatuor lineas lata. Vagina unicornis, brevior. Bulbi atropurpurei in umbella numeroſi. Flores pauci, longe petiolati, in umbellam. Petala violacea, exteriora anguſtiora, omnia autem in medio ſaturatiori linea dividuntur. Stamina exteriora tria

crediti folia teretia habere. Nunc Jenæ & Gottingæ vidi, pulpoſa quidem, ſed plana & carinata folia producere. A Cepa bicorni flore obſoleto differt foliis planis, habitu inodoro, flore per maturitatem purpureo.

a) Eſt Porrum planifolium capite ſphærico, non bulbifero, ſtaminibus alterne trifidis *Enum. Helv. Add.* p. 778. quod Sulzæ etiam & inprimis inter *Erfort* & *Tiefenthal* magna copia provenit, & pro radice habet faſciculum nucleorum communibus vaginis contentorum. Flores rubore ſaturo perfuſi, in caput ſphæricum maximum congeruntur. In poſthumis vocat *Allium campeſtre juncifolium capitatum, purpuraſcens maius* C. B. P. p. 711. eodem addito loco natali.


T. II. p. 154.
SAPONARIA petalis ovatis
foliis glaucis, pulpoſis, linearibus
p. 117.
PORRUM
alterne trifidis,
p. 154.
planifolium
umbella
ſtaminibus
bulbifera
C. J. Rollinus M. D. del.

tria trifida, inter duas longiores ariſtas ſtamen gerunt. Tria interiora ſimplicia ſunt, ſed lato filamento. Fructus conicus cum tuba ſimplici. Odor porraceus. Vide iconem, quam dedi in T. III.

PORRUM ſectivum, juncifolium C. B. P. 72. *Porrum ſectile* Matthioli. *Cepa ſectilis, juncifolia, perennis* Moriſon. H. O P. 2. 383. *Schnittlauch;* In hortis floret Junio.

CEPA bicornis, tenuifolia, flore obſoleto Tournefort. Inſtit. 383. *Allium bicorne, proliferum flore intus albeſcente, cum ſtria purpuraſcente externe* J. B. 2. 560. *Allium ſylveſtre, bicorne, flore obſoleto* C. B. P. 74. In vineis floret Junio. [Superius jam eodem nomine recenſita]

CEPA vulgaris, floribus & tunicis purpuraſcentibus C. B. P. 71. *Cepe, ſeu Cepa rubra, rotunda* J. B. 2. 547. In hortis & agris paſſim floret. Jun. *Zwiebel.*

CEPA vulgaris, floribus & tunicis candidis C. B. c. l. *Cepe, ſive Cepa alba, rotunda* J. B. 2. 547. *Weiſſe Zippeln, weiſſe Zwiebeln:* cum præcedente, ſed rarior hæc occurrit.

CEPA oblonga Dodon. Pempt. 687. *Cepe, ſive Cepa oblonga* J. B. 2. 547. cum præcedente. Germani *Winter-Zwiebeln* appellant.

CEPA ſectilis Camerar. in Matthiolum p. 170. *Cepa fiſſilis* Matthioli. Germ. *Schnitt-Zwiebeln* cum præcedentibus.

CEPA aſcalonica Matthioli 556. Galli a voce aſcalonica corrupte Echalottes vocant, Germani vero magis corrupte *Schalotten oder Eſch-Lauch, Eſch-Läuchel.* In hortis floret raro vel nunquam, radice enim propagatur.

VERATRUM flore ferrugineo. *Veratrum flore atrorubente* Tournefort. Inſtit. 273. *Helleborus albus, flore atro-rubente* C. B. 186. *Hellehorum album, flore nigro* J. B. 3. 634. *Helleborum album, floribus atro-rubentibus, præcox* Lobelii icon. 311. *Weiſſe Nieſ-Wurtz*

a colore radicis. In hortis floret Jul. & Aug. *iſt wild auf den Fichtelberge.*

YVCCA fruteſcens, foliis mucronatis. *Yucca foliis Aloes* C. B. P. 91. *Yucca nova, glorioſe elata, & opinata* Lobel. Adverſar. In hortis floret Julio & Auguſto. Ab hac planta probe diſtinguenda eſt Manihot, ex cujus radice Americani panem conficiunt, & cujus character & ſpecies vid. apud Tournef. p. 655.

## (4) CAPSVLA MVLTIPLICI.

Bauhino D. Furerus Northuſa miſerat nomine *Jaceæ auſtriacæ, majoris, villoſo capite, flore albo*, [Varietas.]

IACEA vulgaris laciniata, flore purpureo Tournefort. Inſtitut. 443. *Scabioſa major, ſquamatis capitulis* C. B. Pin. 269. *Centaureum collinum Geſneri, flore purpureo* J. B. 3. 32. *Scabioſa major* Matthioli 969. Flore albo & hæc variat, quæ *Centaureum collinum Geſneri, flore albo* J. B. Tournefort. Inſtitut. 443. In vineis & agrorum montoſorum terminis floret Jun. & Jul.

IACEA auſtriaca tertia Cluſii pan. pag. 545. a) *Bey Gieſſen in der Linder-Marck und im Herrn-Wald*, floret Auguſto. Hujus ſquamæ nigris veluti ciliis ſunt circumcinctæ; Flore albo variat aliquando, folia ipſius communiter ſunt integra, raro diſſecta. Huic plantæ, qnoad ſtructuram perianthii, multum ſimilis eſt Jacea vulgaris laciniata Tournefortii.

IACEA foliis cichoraceis, villoſis, altiſſimis, flore purpureo Tournefort. Inſtitut. 444. *Stœbe major, foliis cichoraceis, mollibus lanuginoſis* C. B. Pin. 273. *Stœbe Salmanticenſis prior Cluſii, ſive Jacea intybacea* J. B. 3. 36. *Stœbe Salmantica* I. Cluſ. Hiſtor. IX. In hortis floret Jun. & Jul. Flore albo & hæc occurrit.

IACEA foliis Erucæ, lanuginoſis Tournefort. Inſt. 444. *Stœbe major, foliis Erucæ mollibus, lanuginoſis* C. B. P. 273. *Stœbe Salmantica* II. Cluſ. Hiſt. IX. *Iaceæ genus, Stœbe Salmantica, foliis mollibus, lanuginoſis caule infirmo.* J. B. 3. 30. In hortis Curioſorum floret Iunio & Iulio. Flore purpureo & albo variat.

IACEA foliis candicantibus, laciniatis, cauliculis non ſplendentibus Tournefort. Inſtitut. 444. Stœbe major cauliculis non ſplendentibus C. B. Pin. 273. Centaurei majoris ſpecies tenuifolia I. B. 3. 31. *Bey Sulze und Eckhardsberge.* [ſupra *Sulzam* ad *Sonnenguppe*, & copioſe circa *Langenſalzam*] Floret Iunio & Iulio. Occurrit etiam flore albo *zwiſchen der ſaltzigen See und Eiſsleben, zwiſchen Erdeborn und Heſſta.*

CRV-

a) Intelligit *Jaceam nigram vulgarem* LOB., *nigram laciniatam*

CRVPINA Belgarum; a ſeminis lubrica lævitate; Crepen enim vel cruypen Batavis proſerpere denotat. *Jacea annua, foliis laciniatis, ſerratis, purpuraſcente flore* C. B. Pin. 130. *Cyanus pulchro ſemine, Centaurei majoris* I. B. 3. 24. *Senecio-Carduus, apulus* Columnæ Part. I. 34. In hortis variis floret Iunio & Iulio. In ſingulo flore communiter nonniſi duo vel tria ſemina gignit, pulchra, nigricantia, lubrica, pappo nigro criſtata, ſtellatimve coronata.

CALCITRAPA ſive Solſtitialis flore luteo, caule alato. *Carduus ſolſtitialis* Dodon. *Jacea lutea, capite ſpinoſo, majori* C. B. Pin. In horto medico floret æſtate.

CALCITRAPA. *Carduus ſtellatus, ſive Calcitrapa* I. B. 3. 89. *Carduus ſtellatus, foliis Papaveris erratici* C. B. Pin. 387. *Spina ſtella* Tabernæm. icon. 701. *Hippophæſtum* Fab. Colum. phytobaſan. 107. Flore intenſe purpureo, ſuave rubente, & albo variat. *An Land-Straſſen, und um die Dörffer,* v. g. *bey Halle, wo man nach Zörbig gehet, und Franckfurth am Mayn.* [et in Alſatia ubique floret Iunio & Iulio. Calcitrapa differt a Jacea & Crupina radii, ſive coronæ brevitate vix conſpicua, a Carduo vero non ſolum tota facie, ſed & ſpinis robuſtis capitulum vallantibus, & radio ſive corona, qua carduus deſtituitur. a) *Stern-Diſtel.*

## II. *Ex regularibus tantum.*

### (1) SEMINIBVS PAPPOSIS.

CARDVVS lanceatus, latifolius, C. B. Pin. 385. *Carduus lanceolatus ſive ſylveſtris* Dodon I. B. 3. 58. *Carduus lanceolatus* Tabernæm. icon. 699. Ad vias, ſcrobes & agrorum terminos, juxta ſepes floret Jun. & Jul. Capitulorum magnitudine variat, præcipue *bey Mechterſtädt.*

CARDVVS lanceatus, latifolius, flore albo H. R. Pariſ. Ibidem. [Varietas]



a) Nempe quod florum in ambitu neutrorum coronam habeat, ſquamasque calycis ciliatas, in valentem aculeum termi-

CARDVVS caule criſpo J. B. 3. 59. *Carduus ſpinoſiſſimus, anguſtifolius vulgaris* C. B. Pin. 385. Cum præcedente paſſim v. g. *an der Land-Straſſe nach Zwetzen und Borſtendorff an Rändern* floret tota æſtate. Flore albo & hic nonnusquam eſt obvius. Tabernæmontanus *Polyacantham Theophraſti* inſcribit. p. 701.

CARDVVS nutans I. B. 3. 56. In vineis & agris montoſis, ſterilibus, nec non iuxta vias floret Julio & Auguſto; flore purpureo, carneo & albo quandoque vidimus. Flos hujus ſuaveolet, & ad Cyanum turcicum moſchatum accedit; ſpinis vero, quibus capitulorum perianthia armata ſunt, olfacientium nares infeſtat. Foliorum latitudine, nec non ſpinarum duritie ac longitudine variat.

CARDVVS acanthoides I. B. 3. 56. In ſalicetis, aliquando occurrit *nach Wenigen-Jena, und auf der Inſul; Iſt auch bey Kleine zu finden, und in Ammerbach und Bebera, nicht weit von dem Geſund-Brunnen.* Floret Jul. & Aug. Floris colore & hic ludit. [Ruppianus non differt a Carduo caule criſpo ex meis notis]

CARDVVS albis maculis notatus, vulgaris. C. B. Pin. 380. *Carduus marianus, ſive lacteis maculis notatus* I. B. 3. 52. *Carduus leucographus* Dodon. Pempt. 722. *Carduus Mariæ* officinarum. In hortis frequens, unde aliquando inter hortorum quisquilias projecto ſemine germinans, quaſi ſpontaneus occurrit, floretque Julio & Aug. Germ. *Marien-Diſtel, Frauen-Diſtel, Stech-Körner, Veh-Diſtel.*

CARDVVS tomentoſus, Acanthi folio, vulgaris Tournefort. Inſtit. 441. *Spina alba, tomentoſa, latifolia, ſylveſtris* C. B. Pin. 382. *Spina alba ſylveſtris* Fuchſio J. B. 3. 54. *Acanthium vulgare flore purpureo* Tabern. icon. 686. Ad vias, ſepes & rudera floret Jul. & Aug. Flore albo & hic Carduus variat.

CARDVVS capite rotundo, tomentoſo C. B. Pin. 382. *Carduus capite tomentoſo* J. B. 2. 57. *Carduus eriocephalus* Dodon. Pempt. 723. & Caroli Cluſ. Hiſt. Plant. ... *Bey Ammerbach nachm Forſt zu, und an dem*

*Wege nach Weimar zu.* Et hæc Cardui ſpecies rarior flore albo, interdum autem capite minus tomentoſo variat, *am Wege zwiſchen Eiſenach und Mechterſtädt.* Floret Auguſto. Carduorum variorum ſeminibus, juxta vias publicas naſcentium, non ſecus ac ſeminibus lactucarum nec non Cichorei delectantur aviculæ canoræ, cardueles dictæ, quæ exinde Haſſis, *Diſtel-Fincken*; alias *Stieglitz* dicuntur.

CINARA hortenſis, foliis non aculeatis C. B. Pin. 383. *Carduus, ſive Scolymus ſativus, non ſpinoſus* I. B. 3. 48. *Cinara* Dodon. Pempt. 724. In hortis oleraceis floret Julio & Aug. Germani *Artiſchocken* appellant a voce gallica Artichaut.

CINARA hortenſis, aculeata C. B. Pin. 383. *Carduus, ſive Scolymus ſativus, I. ſpinoſus* J. B. 3. 48. Cum præcedente.

CHIRONIA Rivini. *Centaureum majus* officinarum & Tournefort. *Centaureum majus folio in lacinias plures diviſo* C. B. Pin. 117. *Centaureum majus, Juglandis folio* J. B. 3. 38. In hortis Curioſorum quandoque obvium floret æſtate. Ad evitandum Botanicorum ſcandalum, homonymiam inquam, cum Rivino Chironiam appellare placuit, quamvis Chiron idem fuerit apud antiquos, qui Centaurus, modo alia ſit nominis externa ſaltim pronunciatio; non ſecus ac Tournefortius Hippocaſtanum græce vocavit plantam, quæ aliis æquivoce Caſtanea equina dicebatur, de qua poſtea ſuo loco. [Rhapontici Spec. Vaill.]

CIRSIVM ſingularibus capitulis parvis C. B. Pin. 377. *Cirſium foliis non laciniatis, virore Braſſicæ & macrocaulon* J. B. 3. 45. *Cirſium tertium montanum* Cluſ. Hiſt. CXLIX. [*Carduus foliis rigidis, molliter ſpinoſis, ſcapo longo paucifloro Enum. plant. Helv.* p. 677. T. 18. varietas foliis tantum ſerratis] *auf der Wellmeſe rechts vom Wege nach dem Fürſtenbrunnen hin* floret Majo & Jun.

CIRSIVM pratenſe, Aſphodeli radice, latifolium Tournef. Inſtitut. 448. *Carduus pratenſis, Aſpodeli ra-*

*dice, latifolius* C. B. P. 377. *Carduus bulboſus Monſpelienſium, ſive Acanthus ſylveſtris quibusdam, foliis laciniatis* J. B. 3. 43. *Carduus bulboſus Monſpelienſium* Lobel. icon. 10. In pratis *über Jena-Prieſenitz, auf der ſo genannten Riet-Wieſe wo man gegen der Wellmeſe hinauf geht.* Floret Julio, & Autumno.

CIRSIVM arvenſe, Sonchi folio, radice repente, flore purpuraſcente Tournefort. Inſtitut. 448. *Carduus vinearum repens, Sonchi folio* C. B. Pin. p. 377. *Ceanothos Theophraſti* Fab. Columm. Ecphraſ. Part. I. pag. 46. In arvis paſſim agricolis nimis odioſa hæc planta, propter radicem ſerpentem, floret Jun. & Jul. Florum colore & capitulorum magnitudine variat.

CIRSIVM pratenſe, polycephalon, vulgare Tournefort. Inſtitut. 448. *Carduus paluſtris* C. B. Pin. Prodr. 156. Hujus capitula ſunt viſcoſa, & florum pariter albo colore hoc Cirſium variat. In pratis & ſylvis v. g. *bey Cluſewitz und Bubeck, auch bey der frölichen Wiederkunft und bey Schleben;* Capitula habet viſcoſa & conglomerata in ſummo caule. Floret Junio & Julio.

CIRSIVM acaulos, flore purpureo Tournefort. Inſtit. 448. *Carlina acaulos, minore, purpureo flore* C. B. Pin. 380. *Chamæleon exiguus* Tragi J. B. 3. 62. *Carlina minor, purpureo flore* Cluſ. Hiſt. CLVI. in agris, vineis, paſcuis & ſylvis frequens floret tota æſtate. Flore carneo & albo variantem aliquando deprehendi *auf dem Forſt.*

SERRATVLA ſylvatica. *Serratula* J. B. 3. 23. Dodon. Pempt. 42. Matthioli, Lobel. Cluſ. Hiſt. In ſylvis & nemoribus paſſim floret Julio & Auguſto. Germ. *Scharten-Kraut, Färber-Scharten.* Differentia in foliis ratione inciſuræ triplex eſt, ut recte Thalius, & poſt eum Caſp. Bauhinus obſervaverunt. (1) Foliis omnibus ſerratis, ſed inciſura carentibus: etiam flore candido, quæ Serratula tinctoria I. Tabernæm Icon. 156. (2) Foliis ad radicem integris, reliquis profunde inciſis, quæ *Serratula* II. *tinctoria* Tabernæmont. icon. 157. (3) Folia occurrunt utroque latere omnia ſimilibus diviſio-

nibus divulſa, quæ *Serratula tinctoria* III. Tabernæ. icon. 157. Serratulam ad Jaceas non recte retulit Tournefort. in Inſtitut. pag. 444. cum & flore non radiato, & perianthio cylindraceo a Jaceis ſatis longe recedat. [Vera nempe Cardui floſculis omnibus androgynis ſpecies eſt] Egregiæ ſunt hujus plantæ virtutes, quas vid. apud Matthiolum in Commentar. ad Dioſc. cap. de Betonica.

LAPPA & BARDANA officinarum. *Lappa major, Arcium Dioſcoridis* C. B. Pin. 198. *Perſonata, ſive Lappa major, aut Bardana* J. B. 3. 570. *Perſonata, Lappa major, Bardana* Lobel. icon. 588. *Klette, groſſe Klette.* Ad ſepes, vias & rudera, pagosque frequens floret Aug. Capite glabro.

LAPPA ſive Bardana major, flore albo Moriſon. Hiſtor. part. 3. 147. Rarius occurrit Jenæ, ſæpius *bey Weimar.* Floret cum præcedente. (Varietas)

LAPPA major, montana, capitulis tomentoſis, ſive Arctium Dioſcorid. C. B. Pin. 198. *Perſonata altera, vulgaris, capitulis magis minusve tomentoſis* J. B. 3. p. 571. Cum præcedente paſſim. Bardanæ perianthium recurvis aculeis & veluti hamulis eſt cinctum, unde veſtibus prætereuntium facile adhæret, non ſecus ac ſemina Caryophyllatæ.

CNICVS ſylveſtris, hirſutior ſive Carduus Benedictus C. B. Pin. 378. *Carduus benedictus* J. B. 3. 75. Dod. pempt. 737. In hortis floret Aug. *Cardobenedicten.*

CNICVS pratenſis, Acanthi folio, flore flaveſcente Tournefort. Inſtit. 450. *Carduus pratenſis, latifolius* C. B. P. 376. *Carduus pratenſis* Tragi Lobel. icon. II. J. B. 3. 42. Quæritur: quomodo ab hac planta differat Carlina polycephalos, alba, ad bicubitalem altitudinem excreſcens, cujus, folia ſuperiora candida C. B. P. 380. a) In pratis paſſim floret Aug. & Sept. Germ. *Wieſen-Kohl.*

CNICVS

a) Inſigniter differt ferociſſima planta, a miti Carduo TRAGI. Vide iconem noſtram T. XX. nomine Cirſii alpini ſpi-

CNICUS pratenſis humilior flore purpuraſcente. *Cnicus pratenſis, Acanthi folio, flore purpureo* Tournefort. Inſtitut. 450. Cum præcedente, v. g. *um Ziegenhäyn, und auf denen Wieſen bey Ketſchau.* Hæ duæ plantæ ad Cirſia referri poſſunt. a)

CNICUS atractylis lutea dictus H. L. Bat. *Atractylis lutea* C. B. Pin. 379. *Atractylis vera, flore luteo* J. B. 3. 83. *Atractylis* Dodon. Pempt. 736. In hortis Curioſorum floret tota æſtate.

PETASITES major, & vulgaris C. B. Pin. 197. *Petaſites* Dod. Pempt. 597. *Thuſilago major* Matthioli. *Roß-Pappeln, Peſtilentz-Wurtz, groſſer Hufflattig, Krafft-Wurtz, Neun-Krafft, Schweiß-Wurtz.*

PETASITES flore minore elatior perianthium habet ſquamoſum, ventricoſius, & inſtar perianthii Sonchi in ſummitate coarctatum, & floſculos duplicis generis figuræve & magnitudinis, alteros perexiguos, quaſi ſemifloſculos, limbumque floris cingentes, cum intermediis, majuſculis brevioribus, amplioribusque floſculis duobus, tribusve; Prior vero Petaſites flores habet meros tales, quales hæc in meditullio habet, & perianthium non ſquamoſum, ſed parallelis ſegmentis cylindrum efformantibus conſtructum: poſſet itaque prior ad Cacaliam referri; iſta vero, quæ duplicis generis floſculos gerit, in ſpecie Petaſites appellari. Hæc itaque ſpecies, quæ fert flores compoſitos ex regularibus & irregularibus ſimul provenit *in der Ziske, auch bey Coſpida, Ziegenhäyn, vorne bey dem Teiche und Ammerbach;* prior vero ſpecies quæ flores fert compoſitos ex regularibus tantum, uti bene perſpexi, creſcit *bey Schleben am Teichen und Klein-Nehauſen an dem Mühl-Graben,* it. ad ſcrobes *wo man nach Kunitz gehet.* Ex quo patet, quod hæc planta, non ſecus ac Bidens, Cotula Tourneſ.

a) Cirſia omnino ſunt, calycis ſquamis ſimplicibus, pappo

neſ. Matricaria, & Chamæmelum ad utrumvis genus poſſit referri. Florent majo & Junio. a)

SENECIO minor, vulgaris C. B. Pin. 131. *Senecio vulgaris, Erigeron* J. B. 2. 1041. *Senecio, ſive Erigeron* Lobel. icon. 225. Germ. *Creutz-Wurtz, Grind-Kraut* &c. In muris, tectis, cultis atque incultis paſſim toto fere floret anno. Senecionis perianthium ex meris parallelis, minime ſquamatim ſibi incumbentibus ſegmentis eſt conſtructum. b) Aviculis canoris vulgus præbet hujus plantæ papposa ſemina. Cito pappeſcit, etiam evulſa, unde nomen tam græcum quam latinum.

EVPATORIVM cannabinum C. B. Pin. 320. *Eupatorium adulterinum* J. B. 2. p. 1065. vulgare *Hepatorium* Dodon. Pempt. 28. *Cannabina aquatica mas* Lobelii. *Kunigund-Kraut, Waſſer-Doſt, Alp-Kraut.* In riguis ad torrentum limbos ripasve frequens floret Junio & Julio. Flore albo variat *zwiſchen VVöllnitz und dem Fürſten-Brunnen.*

EVPATORIVM novæ Angliæ, Urticæ foliis, floribus purpuraſcentibus maculato caule H. L. Batav. append. *Eupatorium Urticæ foliis* Paradiſ. Batav. Floret Junio & Julio. In hortis Curioſorum. Flore albo variat.

EVPATORIVM novæ Angliæ, Betonicæ foliis villoſis, flore albo Paradiſ. Batav. cum præcedente.

EVPATORIVM peruanum, fruteſcens: *Elichryſo affinis; peruana, fruteſcens* Herm. Hort. Acad. Lugdun. Batav. *Agerato affinis, peruana, fruteſcens* Prodr. Paradiſ.

a) Nempe prima eſt *Petaſites floribus ſpicatis, floſculis omnibus androgynis* E. H. p. 707. Altera vero *Petaſites* noſter *floribus ſpicatis floſculis pauciſſimis androgynis* E. H. p. 706. a DILLENIO picta H. ELTH. p. 301. icon. 297. Diverſitas a calyce deſumta minime vere a RVPPIO proponitur. Poſterior enim calycis folia tantum duorum ordinum habet, prioris ſquamæ imbricatæ ſunt, & quatuor ſerierum. Cæterum poſterior elatior, ſcapo altiori, pediculis florum longis, ramoſis, floribus perpetuo incanis & albentibus, a priori ſ. officinarum Petaſite abunde differt.

b) Conglutinatis, aut unico folio tantum ſerrato, cui obiter ad

radiſ. Batav. In hortis Curioſorum aliquando, ſed rariſſime floret. Tournefortius ad Conyzam refert, ſed immerito.

CONYZA major, vulgaris C. B. Pin. 265. *Conyza major*, Matthioli; *Baccharis quibusdam* J. B. 2. 1051. *Baccharis* offic. apud Sam. Dale, in ſuppl. p. 68. In campeſtribus, apricis, aſperis, ut & in vineis floret Jul. & Aug. *Dürr-VVurtz.*

CONYZA africana, fruteſcens, foliis Salviæ, odore Camphoræ Tournefort. Inſtitut. 455. *Elichryſo affinis, africana, arboreſcens, floribus purpureo-violaceis, foliis Salviæ, odore Roris marini* H. L. Batav. In hortis Curioſorum v. g. *zu Naumburg im Wertheriſchen Garten*, aſt rarius floret, craſſos quamvis ſæpe gignit truncos.

CONYZA Linariæ folio Tournefort. Inſtitut. 455. *Linaria folioſo capitulo, luteo, major* C. B. Pin. 213. *Heliochryſos*, Tragi, ſive *Linaria tertia* J. B. 3. 151. *Coma aurea Germanica* Park. *Linoſoris nuperorum* Lobel. icon. 409. *Linaria aurea major & minor* Tabernæm. icon. 825. In aſperis & apricis *bey Freyburg und* ad pagos *zwiſchen Weiſſenfelß und Naumburg*, v. g. *bey Leiſsnig*. Floretque Jul. & Aug. [In poſthumis vocat *Comauream Linariæ folio.*]

ELICRYSVM, ſeu Stœchas citrina, anguſtifolia C. B. Pin. 264. *Stœchas citrina, tenuifolia, Narbonenſis* J. B. 2. 154. *Stœchas citrina* Dodon. Pempt. 268. In hortis, v. g. In horto medico & Sereniſſ. Principis floret Jun. & Jul.

ELICHRYSVM, ſeu Stœchas citrina, latifolia C. B. Pin. 264. *Stœchas citrina, germanica, latiore folio* J. B. 3. 153. *Amaranthus luteus* I. Tabernæm. icon. 387. hujus plantæ Fig. 242. vid. in Munting. Phytogr. In apricis & aridis camporum, juxta vias publicas in arenoſis v. g. *nach Zöllnitz und Städtgen Rode hin, auch nach Kahla zu.* [Inter *fontem principum & Wöllnitz.*] Floret Jun. & Jul. Germ. *Matten-Kraut*, *Rein-Blumen*, quaſi dicas flores aggeribus familiares. Calyce citrino, ſive melino, ſanguineo, & ex aureo rutilante variat, de quo vid. Breynius Cent. I. 145.

ELICHRYSVM orientale C. B. *Gnaphalium luteum peregrinum ſpecioſo flore* VOLC. *Stœchas citrina floris*

*magnitudine & colore ſpecioſis* J. B. In hortis Curioſorum.

ELICHRYSVM americanum, latifolium, perianthio argenteo. *Elichryſum americanum, latifolium* Tournefort, Inſtitut. 453. *Gnaphalium latifolium, americanum* C. B. P. 263. *Gnaphalium americanum* Cluſ. Hiſtor. 327. J. B. 3. 162. In horto medico & aliis hortis floret æſtate. Cluſius Argyrocomen vocavit, & nitidam ejusdem figuram exhibuit.

ELICHRYSVM ſpicatum Tournefort. Inſtit. p. 453. *Gnaphalium majus, anguſto, oblongo folio alterum* C. B. P. 263. *Gnaphalium rectum* J. B. 3. 160. *Gnaphalium Anglicum vel Belgicum, folio longiore* Lobel. icon. 482. In ſylvis paſſim floret Majo, Jun. & Jul. Perianthii colore ſubfuſco & albido & hæc planta ludit. Ab eo Gnaphalium majus anguſto oblongo folio vix quidquam differt.

ELICHRYSVM montanum, flore rotundiore Tournef. Inſtit. 453. *Gnaphalium montanum rotundiore* C. B. Pin. 263. *Gnaphalium montanum* Lobel. icon. 483. *Hiſpidula* Rivini. In aſperis, montoſis, lapidoſisque v. g. *zwiſchen dem Rauhenthale und der Papier-Mühlen auf dem kahlen Berge &c.* Floret Majo. Germ. *Katzen-Pfötgen.* Flore variat ſubpurpureo, candido, ſuave rubente & variegato &c. vid. Tab. icon. 391. 392.

ELICHRYSVM montanum, longiore & folio & flore Tournef. *Gnaphalium montanum longiore & folio & flore* C. B. Pin. 263. Et hoc non ſecus ac præcedens colore floris variat. Quidam curioſiores in hoc ſexum deprehendiſſe ſibi viſi ſunt, ut rotundioribus capitulis ſit quaſi mas, altera vero capitulis oblongis, ſit quaſi fœmina, a) non ſecus ac Otites hac ratione differt a Muſcipula, quod ulteriori indagini relinquimus, ſiquidem id nondum videre potuerim. Cum præcedente floret.

ELICHRYSVM annuum, floribus conglobatis, ſaxatile.



a) Recte DILLENIVS, quem Ruppius pungit, & absque dubitatione. Non ideo ſeparare oportet hæc Elichryſſa, quæ

tile. *Elichryſum ſylv. latifolium, capitulis conglobatis* C. B. *Gnaphalium minus latioribus foliis* ejusdem Bauhini in Pin. p. 263. *Chryſocome, Amaranthus luteus, Stœchas citrina* officin. Tab. icon. 186. ſed non recte, figura enim titulo non quadrat. *Gnaphalium ad Stœchadem citrinam accedens* J. B. [a quo differt florum calyce argenteo.] In ſaxoſis & petroſis *bey Haynbüchen und Städtgen Rode,* [ad rupes prope *Haynbüchen,* item ad collem inter *Bollwerck* & *Zeiſſiggrund.*] *wird auch zuweilen an der Saale gefunden,* floretque Jun. & Jul.

FILAGO, ſeu herba impia Dodon. Pempt. 66. *Gnaphalium Germanicum* J. B. 3. 158. *Gnaphalium vulgare majus* C. B. Pin. 363. *Herba dyſenterica* Catal. Altorff. a germanico nomine *Ruhr-Kraut.* In agris vineisque lapidoſis, montoſis, & apricis v. g. copioſiſſime, *vor den Coſpidaiſchen Pfarr-Höltzgen.* Germ. *Ruhr-Kraut, Feld-Kätzlein, Hynſch-Kraut, Engel-Blumen, &c.* Floret Jun. Jul. & Auguſto. Magnitudine, capitulorumque diſpoſitione variat.

FILAGO vulgaris, floribus per caulem ſparſis Tournefortii. Cum præcedente. [verſus *neue Schencke* & *Laaßdorff,*] diverſa a priori foliis non in pilas ramorum divaricationi inſidentes ſed in acervos ſecundum foliorum alas ſparſis.]

FILAGO altera Dodon. Pempt. 67. *Gnaphalium majus, anguſto oblongo folio* C. B. Pin. 263. Cum præcedentibus. [Quomodo a priori diſtinguatur ignoro. In poſthumis nomen C. B. inſerit ad Elichryſum ſpicatum.]

FILAGO paluſtris, capitulis nigricantibus, ſupina. In locis, ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, v. g. *in alten Fuhrwegen,* floret Jun. & Jul. [Hortorum vitium.]

FILAGO minor. Ger. Emacul. 641. *Gnaphalium minimum* J. B. 3. 159. *Gnaphalium minus, repens* C. B. Pin. 263. In agris montoſis & lapidoſis, nec non vineis cum præcedente. [Foliis tenuibus floribus ſparſis albis, diſtinguitur.]

FILAGO vulgaris, tenuiſſimo folio, erecta Tournefort. Inſtit. 454. *Gnaphalium vulgare, tenuifolium* J. B.

S. 159. In agris & vineis floret poſt ſegetes. [A priori differt foliis etiam longioribus & anguſtioribus.]

## (2) SEMINIBVS NON PAPPOSIS SIVE SOLIDIS.

TANACETVM officinarum. *Rheinfaren.* quaſi dicas Filicem aggeribus gaudentem, propter ſimilitudinem foliorum Filicis & Tanaceti. Germ. etiam audit *Wein-Faren, Wurm-Faren, Wurm-Saamen, Revier-Kraut &c, Tanacetum vulgare, luteum* C. B. Pin. 132. Ad fluviorum, torrentumque ripas inter ſalices floret Jul. & Aug.

TANACETVM foliis criſpis C. B. P. p. 132. *Tanacetum criſtatum anglicum* LOBEL. In hort. floret Julio M.

TANACETVM hortenſe, foliis & odore Menthæ Hort. Lugd. Batav. append. *Mentha hortenſis corymbifera, ſive Coſtus hortenſis* J. B. 3. 144. *Marien-Müntz, Pfanne-Kuchen-Kraut.* In hortis floret Aug. & Sept.

SANTOLINA foliis teretibus incanis Tournefort. Inſtit. 480. *Abrotanum, fœmina, foliis teretibus* C. B. Pin. 136. *Chamæcypariſſus* J. B. 3. 133. *Polium Theophraſti & Dioſcoridis atque Arabum, vermiculato folio* Fab. Columm. Ecphraſ. Part. 1. 54. *Abrotanum fœmina* Lobel. icon. 768. In hortis frequens floret Jul. & Aug.

SANTOLINA foliis obſcure virentibus, flore ſulphurei coloris Tournefort. Inſtit. 491. *Abrotanum fœmina, viride* C. B. Pin. 137. *Abrotanum fœmina* VI. Cluſ. Hiſt. 342. In hortis floret cum præcedente.

ABROTANVM mas, anguſtifolium., minus C. B. Pin. 136. *Abrotanum cum pulchris corymbis* J. B. 3. 194. *Abrotanum odoratum humile, denſe fruticoſum* Lobel. icon. 769. In hortis, floret Jul. & Aug. Sed rarius.

ABROTANVM mas anguſtifolium, majus C. B. Pin. 136. *Abrotanum vulgare* J. B. 3. 192. *Abrotanum mas* Dodon. Pempt. 21. Cum præcedente. *Stab-Wurtz, Citronen-Kraut, Aebereiß, Aeberaute, Gartenheil.*

ABROTANVM campeſtre, cauliculis albicantibus C. B. Pin. 136. *Abrotanum ſylveſtre inodorum, cauliculis purpuraſcentibus* Schwenkf. 5. *Artemiſia tenuifolia* III. Cluſ.

Hiſt. *Artemiſia tenuifolia* I. Cluſ. pannon. in campeſtribus & vineis paſſim floret Aug. & Sept. hujus rami ſæpe in monſtroſa capita extuberant. *Wilde Stab-Wurtz.*

ABROTANUM Lini folio acriore & odorato Tournefort. Inſtit. *Dracunculus hortenſis* C. B. Pin. 98. *Dracunculus hortenſis, ſive Tarchon.* J. B. 3. 148. *Draco herba* Dodon. Pempt. 709. Galli enim Eſtragon vocant, vel potius Etragon. In hortis culta planta hæc plane aromatica floret Julio & Aug. *Dragun, Dragoncell, Kayſers-Salat.*

ARTEMISIA vulgaris major C. B. Pin. 137. *Artemiſia rubra & alba* Tab. Icon. 7. & 8. *Artemiſia* officin. Floris atque caulis colore variat, ita, ut modo iis purpuraſcentibus, modo ſpadiceis aut ſubpallentibus ſit conſpicua, quod recte annotavit C. B. l. c. Ad aggeres paſſim v. g. *auf der Inſul.* Floret Julio & Auguſto. Germ. *Beyfuß, Johannis-Gürtel.*

ABSINTHIUM Ponticum, ſeu Romanum officinarum ſive Dioſcoridis C. B. Pin. 138. *Abſinthium vulgare, majus* J. B. 3. 168. *Abſinthium latifolium* Dodon. Pempt. 23. In hortis & agris tam circa urbem, quam pagos floret Jul. & Aug. *Gemeiner Wermuth, wächſt auch wild vor und hinter Wöllnitz an dem ſteilen Berge,* vid. Tabernæm. in iconibus.

ABSINTHIUM Ponticum, tenuifolium, incanum C. B. Pin. 138. *Abſinthium ponticum vulgare, folio inferius albo* J. B. 3. 175. *Abſinthium ponticum* Galen. Tabern. icon. In hortis floret Jul. & Aug. *wächſt wild um Leißnig und Schönburg, zwiſchen Naumburg und Weiſſenfels.* Inter Abſinthium & Abrotanum quorum limites obſcuri ſunt, medium ambigit.

ABSINTHIUM arboreſcens Lobel. icon. 753. J. B. 3. 173. *Abrotanum latifolium, aboreſcens* C. B. Pin. 136. In hortis Curioſorum floret Jul. & Aug.

ECHINOPUS major J. B. 3. 69. *Carduus ſphærocephalus latifolius vulgaris* C. B. Pin. 381. *Carduus Sphærocephalus* Dodon. Pempt. 721. In horto Sereniſſimi Principis floret Jul. & Aug.

CARTHAMVS officinarum, flore croceo, Tournefort. Inſtit. 457. *Carthamus ſive Cnicus* J. B. 3. 79. *Cnicus ſativus, ſive Carthamum officinarum.* J. B. Pin. 378 *Cnicus vulgaris* Cluſ. Hiſt. CLII. Flore albido aliquando variat. *Safflor.* Floret Jul. & Aug. in agris, inprimis Erfurti frequens ſeritur.

## III. *Plantæ flore gaudentes regulari, compoſito ex irregularibus tantum.*

### (1) SEMINIBVS PAPPOSIS.

DENS Leonis latiore folio C. B. Pin. 126. *Hedypnois, ſive Dens Leonis Fuchſii* J. B. 2. 1035. *Dens Leonis, Roſtrum porcinum* Tabern. icon. 175. *Taraxacon officinarum. Löwen-Zahn, Mönchs-Kopf, Dotter-Blum, Eyer-Blum,&c.* In pomariis, hortis, pratis & ad ſepes frequens floret Aprili & hinc toto fere anno. Foliis ludit, hinc

DENS Leonis ampliſſimo folio Tournefort. Inſtitut. 468.

DENS Leonis anguſtiore folio C. B. Pin. 126. *Aphaca anguſtioris folii* Cæſalp. 508.

DENS Leonis tenuiſſimo folio C. B. Pin. 126. Prodr. 62. Cum præcedentibus. (Varietates.)

DENS Leonis, foliis minimis hirſutis & aſperis Tournefort. Inſtit. 469. *Hieracium parvum, hirſutum, caule aphyllo, criſpum ubi ſiccatum.* [J. B. ut credit RVPPIVS. Sed procul dubio loquitur de *Taraxaconoides perenni & vulgari* VAILLANTII. Planta enim IOH. BAVHINI multo rarior eſt, paucisque viſa.] Cum præcedentibus.

HIERACIVM *Dentis Leonis folio monoclonon*, C. B. p. 227. non autem *Hieracium* VII. Tab. cum huic figura non monoclonos ſit. *Hieracium narbonenſe, caule aphyllo, folio ſinuato, hirſuto*, Chabr. 322. [non bono nomine, cum ipſe J. B. Genevæ & Montbelgardi naſci ſcribat.] *Hieracium Dentis Leonis folio, hirſutie aſperum, minus* C. B. Prodr. 62. deſcript. & icon. In pratis & ſylvis floret Majo Jun. & Jul. Hieracium Dentis leonis folio monoclo-

HIERACIUM macrocaulon & macrorhizon. *Hieracium flore Hedypnoidis luteo* J.B. apud CHABR. p. 321. an *Hieracium* VII. TAB. an potius VI. ejusd. In pratis & paſcuis æſtate floret. [Varietas Hypochœridis, ſemine nigro ovali, pappigero, pappo plumoſo, ſquamis diſtinguentibus longis & albis. In notis.]

HIERACIUM majus, erectum anguſtifolium, caule lævi C. B. Pin. 127. *Hieracium majus* Dioſcoridis Tabern. icon. 180. In pratis ſylvisque floret Majo & Jun.

HIERACIUM Dentis Leonis folio, flore ſuave rubente C. B. Pin. 127. *Hieracium apulum, flore ſuaverubente* Columm. Part. 1. 242. Item *Chondrilla purpuraſcens fœtida* C. B. Prodr. 68. *Chondrilla hirſuta flore rubente* Chabr. Sciagraph. p. 318. ubi Violæ tricoloris icon a typographo inepte appoſita eſt. In hortis variis floret Jun.

HIERACIUM amygdalas amaras olens, ſeu odore Apuli ſuaverubentis, H. R. Pariſ. *Hieracium parvo flore, luteo, Apuli flore ſuaverubenti odore æmulum* H. R. Bleſ. *Hieracium foliis Cichorei, ſylveſtris, odore Caſtorei* Botan. Monſpel. in vineis, acclivibus, aſperis & apricis juxta vias publicas, [v. g. qua adſcenditur verſus ſylvulam *das Raube-Thal.*] Floret Jun. & Jul.

HIERACIUM minus præmorſa radice, ſive Hieracium minus Fuchſii Chabr. 321. *Hieracium minus* Dioſcoridis Tabern. icon. 181. In acclivibus & ad ſepes pomariorum floret Aug. *vorm Zwätzner Thor.* Hoc flores habet omnium Hieraciorum minimos obſervante Rajo. [Eſt adeo Hiaracioides annua, Endiviæ folio floſculis minimis VAILL. autumnalis, & exigui floris. Nomina vero pertinent ad Scorzoneroidem aphyllocaulon.]

HIERACIUM minus, Dentisque leonis folio oblongo C. B. Pin. p. 127. *Hyoſeris altera vel anguſtifolia* Tabernæm. in agris arenoſis *bey Hummelshayn.* Floret æſtate. [Pertinet ad *Hieracioides foliis variis, glabris, caule ramoſiſſimo.* Enum. plant. Helv. p. 751.]

HIERACII aſpera ſpecies, quibusdam Hyoſeris anguſtifolia, aſpera Chabr. pag. 319. *Hyoſeris anguſtifolia* Tabernæm. icon. 180. *Hieracium minus, Dentis Leo-*

*nis folio oblongo, glabro* C. B. Pin. 127. In vineis frequens, v. g. *auf dem Hauß-Berge und Fuchsberge nach Ziegenhayn zu.* Floret Majo & Jun. [Non puto a priori differre]

HIERACIVM minus, Dentis Leonis folio ſubaſpero C. B. Pin. 127. *Hypochœris, porcellia* Tabernæm. icon. 179. In agris arenoſis, *nach der neuen Schencke zu,* floret Jun. & Jul. [Ibi naſcitur *Hieracioides vulgaris annua Cichorii folio flore luteo ſubtus purpuraſcente* VAILL.]

HIERACIVM aſperum, majore flore J. B. 2. 1029. *Cichorium montanum, anguſtifolium, hirſutie aſperum* C. B. Pin. 126. *Hieracium intybaceum, aſperum* Tabernæm. icon. 184. *Hieracium aſperum, flore Tuſſilaginis* Chab. 320. In vinearum & agrorum terminis tumetoſis floret Junio & Julio. Foliis variat, hinc duæ figuræ apud Tabern. primo loco allegata, & altera p. 172. ſub nomine Cichorei lutei. [*Helminthotheca perennis & vulgaris* VAILL.]

HIERACIVM Dentis Leonis folio obtuſo, majus C. B. Pin. 127. *Hieracium macrocaulon, junceum, ſive minus, primum* Dodonæo J. B. 2. 1031. *Hieracium longius radicatum* Lobel. icon. 338. *Hieracium macrocaulon, & macrorrhizon, flore Hedypnoidis luteo* Chabr. p. 321. [*Hypochœris dentibus foliorum rectangulis, caule nudo ramoſo* Enum. plant. Helv. p. 759. 760.] In pratis, paſcuis & vineis glabrum & hirſutum occurrit, floretque tota æſtate.

HIERACIVM foliis Coronopi C. B. Pin. 128. *Hieracium nigrum* Tabern. icon. 181. In nemoribus & Alnetis *nach Zöllnitz hin und Laaßdorff.* Floret æſtate. [*Scorzoneroides Chondrillæ folio pene aphyllocaulos* Vaill]

HIERACIVM montanum, rapifolium C. B. Pin. 128. Prodr. 65. In ſylvis & pinetis *bey Kleine* floret Jun. & Jul. [Quid vetit ignoro.]

HIERACIVM folio piloſiſſimo, minimum, *auf der Wellmeſe,* floret Jun. & Jul. [Neque hoc mihi notum eſt.]

HIERACIUM murorum, folio minus piloſo, non maculato H. R. Par. *Hieracium Pulmonaria non maculata dictum foliis indiſſectis* Moriſon H. R. Bleſ. Cum præcedentibus frequens, floret tota æſtate.

HIERACIUM fruticoſum, latifolium, hirſutum C. B. Pin. 129. *Hieracii ſabaudi varietas* I. *Erinus quibusdam Matthioli dicta* J. B. 2. 1030. *Hieracium fruteſcens, latifolium polyanthos.* In ſylvis & montibus floret Julio & Auguſto. *Hieracii ſabaudi varietas alia* Chabr. 321.

HIERACIUM fruticoſum, anguſtifolium, majus C. B. Pin. 129. *Hieracium rectum, rigidum, quibusdam ſabaudum* J. B. 2. pag. 1030. *Hieracium primum* Dodon. Pempt. 638. In montoſis, v. g. *bey dem Fuchs-Thurme, und wo man aus dem Rauhenthale nach Cluſewitz gehet*, floret Jul. & Aug.

HIERACIUM fruticoſum latifolium foliis dentatis glabrum, quod 22. in Prodr. C. B. P. p. 129. *Hieracium majus latifolium* ſ. 2. CLUS. Pann. & hiſt. In ſylvis v. g. *auf der Welmeſe* & *im Rauhenthal.* Ludit folio graciliori [In notis meis lego, varietatem videri anguſtifolii glabri.]

HIERACIUM latifolium glabrum Chabr. 322. *Hieracium montanum latifolium, minus* Tabern. icon. 86. In ſylvis opacis & udis *Rauhenthal* & *Cluſewitzer Höltzlein* [In pratis udis v. g. *zu Bürgel* abunde]

HIERACIUM latifolium, præmorſa radice, caule ſingulari, Piloſellæ majori affine Chabr. 322. [Eſt *Hieracium foliis ovatis, tomentoſis caule nudo, floribus ſpicatis luteolis terminato* Enum. plant. Helv. p. 744. Abunde reperi in ſylvis Ienenſibus.] In ſylvis montoſis v. g. *bey Coſpida und Vierzehnheiligen*, frequens floret Jun. & Jul. Vid. egregia in ſciagraph. ſtirpium hujus plantæ figura apud Chabræum loco citato.

HIERACIUM alpinum, latifolium, maculatum, hirſutie incanum, flore magno C. B. Pin. 128. *Hieracium pannonicum, latifolium Cluſii maculatum & non maculatum* Chabr. p. 320. vid. & Cluſ. Pan. pag. 640. *Hiera-*

narum. In montibus & ſylvis frequens floret Majo & Jun. v. g. *bey Coſpida.* Foliis maculatis & non maculatis, ut & caule ramoſo & non ramoſo variat, uti recte obſervavit Rajus in addendis & emendandis ad hiſtoriam plantarum univerſalem; ramoſum Tabern. expreſſit & Cluſius pannon. [Hypochœris XII. *Enum. pl. Helv.*]

[HIERACIVM alpinum flore magno ſingulari caule nudo RAI. Syn. III. T. 6. f. 2. Abunde in ſummo *Bructero* M.]

HIERACIVM alpinum latifolium villoſum magno flore C. B. P. p. 128. Hieracium alpinum hirſuto folio. V. CLVS. Pann. In hortis Curioſorum æſtate floret.

HIERACIVM pulchrum ramoſum flore luteo J. B. apud CHABR. p. 319. Cum priori.

HIERACIVM murorum folio piloſiſſimo C. B. Pin. *Pulmonaria Gallorum, flore Hieracii* Cluſ. & Lobel. *Piloſella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo* J. B. Chabr. 324. *Pulmonaria gallica, ſive aurea* Tabernæm. icon. 194. In muris, vineis & ſylvis frequens floret Jun. & Jul. *Buch-Kohl.*

HIERACIVM murorum, laciniatum, minus piloſum, folio anguſtiore C. B. Pin. 129. *Piloſellæ majoris, ſive Pulmonariæ luteæ ſpecies, anguſtifolia* J. B. 2. 1034. *Pulmonaria gallica, tenuifolia* Tabern. icon. 195. *Am hohen Ufer der Saale nach Kunitz hin.* [In priori editione *Hier. murorum latifolium altiſſimum multiflorum* dicitur. Parum vere diverſum a priori foliis longioribus, glabrioribus, ad caulem crebrioribus.]

HIERACIVM Echioides, capitulis Cardui benedicti C. B. Pin. 128. *Hieracium capitulis Cardui benedicti, maximum, Bugloſſum Echioides quibusdam* J. B. 2. 1028. Chabr. pag. 320. In hortis Curioſorum floret æſtate & autumno.

HIERACIVM luteum, hirſutum, aliis Cichorium luteum, hirſutum Chabr. 310. In pratis v. g. *im kleinen Paradieſſe* floret Majo & Junio, occurrit quandoque & glabrum, quod *Hieracium*

*rium luteum glabrum* Chabr. p. 319. *Dens Leonis* III. Tabernæmont. icon. 175. a)

HIERACIVM Tingitanum folio Papaveris. In hortis Curioſorum æſtate.

HIERACIVM fruticoſum, ſtrictiſſimo folio. Cum præcedente. [Nonne varietas anguſtifolii?]

Folia Hieracii murorum piloſiſſimi quandoque parte interna rubent, aliquando & gallarum æmulas piloſiſſimas gerunt excreſcentias modo ad radicem, modo ad foliorum alas, de quibus videatur Tragus, & Heucherus, qui *Hieracium myophoron* appellavit, & figuram ſuo proventui præfixit; ſimiles excreſcentias in Hieracio fruticoſo, anguſtifolio obſervavimus *auf dem Fuchsberge* & in Abrotano campeſtri paſſim.

PILOSELLA montana, hiſpida, parvo flore C. B. Pin. 262. *Piloſella major, umbellifera*, μακροκαύλος, *montana & pratenſis* Fab. Col. Ecphraſ. Part. I. 248. *Hieracium montanum, umbelliferum, anguſtifolium* Tournefort. Inſtitut. 471. *Piloſella minor, folio anguſtiore minus piloſo, repente* Chabr. Sciagraph. 323. *Hieracium murorum anguſtifolium, non ſinuatum* C. B. Prodr. 67. In aſperis & apricis, lapidoſis, v. g. in vineis *um Kunitz* [*In M. Fuchsberg*] &c. Floret Junio, Julio & Auguſto; flagellis prorepit, adeoque ad Piloſellam referri omnino meretur. Tournefortius cum C. Bauhino eandem plantam bis exhibuit, primo p. 469. ſub Dente Leonis, & poſtea ſub Hieraciis. Differt vero & a Dente Leonis, & ab Hieracio, quod flagella de ſe emittat, ut alia taceam. [Eſt *Hieracium Piloſellæ folio erectum majus* I. R. H.]

PILOSELLA peregrina, flore ſaturate croceo. *Hieracium hortenſe, non laciniatum, floribus atro-purpuraſcentibus* C. B. Prodr. 65. Pin. 128. *Auricula muris hiſpanica, aliis* Hieracium pannonicum, *flore ſaturate croceo* J. B. 2. 1040. Chabr. p. 324. *Hieracium peregri-*

a) Item ſynonymum ad aliam plantam ſuperius retulit RVP-

*egrinum, phlomoides* Eyſtett. *Piloſella indica* Cornut. 209. a) In hortis floret Junio & Julio. Et hæc planta flagella de ſe emittit, adeoque ab Hieraciis differt, & ad Piloſellam referenda eſt.

PILOSELLA officinarum. *Dens Leonis, qui Piloſella officinarum* Tournefort. Inſtitut. 369. *Piloſella major, repens, hirſuta* C. B. Pin. 262. *Piloſella, Auricula muris* Tabernæm. icon. 196. *Piloſella majore flore, ſive vulgaris, repens* J. B. 2. 1039. Chabr. 323. Germ. *Mauß-Oehrgen, Nagel-Kraut.* In apricis, aſperis, tenui gramine veſtitis floret paſſim Jun. & Jul. (Huic caulis uniflorus.)

PILOSELLA major repens, minus hirſuta C. B. Pin. 262. *Auricula muris minor ſecunda* Tragi. *Lactucella ſylveſtris repens* Camerar. hort. *Piloſella major* Camerar. Epit. 709. *Dens Leonis, qui Piloſella folio minus villoſo* Tournefort. Inſtitut. 469. ubi *Piloſellam minorem, folio anguſtiore, minus piloſo, repentem* J. B. pro hujus ſpeciei ſynonymo venditat. Hæc autem non adeo alte aſſurgit, nec tot in cacumine fert flores, rarius enim ultra tres flores habet. [Glabra, caule paucifloro, *Hieracium* eſt, *Piloſelloides vulgare* VAILL.] Creſcit in locis uliginoſis v. g. *wo man aus dem Rauhenthale nach Cluſewitz gehet*, ut & in aſperis v. gr. *neben dem Fuß-Pfade, ſo über den Hauß-Berg nach Ziegenhayn führet und nach der frölichen Wiederkunft hin.* Floret Julio & Auguſto, figura vid. in Matthiolo & Tabernæmontano, quos Caſparus Bauhinus edidit.

PILOSELLA major erecta C. B. P. 262. *Auf dem Fuchsberge*, floret Majo & Jun. Non video quomodo a Piloſella montana hiſpida parvo flore differat, neque alia cum hoc nomine inter plantas D. FICKII & B. TEICHMEYERI fuit, in poſthumis demum omittitur: & in M. *Fuchsberg* copioſe a me reperta non diverſa fuit. Sed in monte *Altenſtolberg* aliam plantam reperi, caly-

calyce incano, farinaceo, flore exiguo, caule ſubnudo, in apice multifloro, foliis paulo ſupra terram lingulatis valde adfinem, certo tamen diverſam, foliis minime, ut prior, longos pilos emittentibus, ſed breviſſime piloſis, & per marginem obiter aut omnino non dentatis. Aut nova eſt, aut mihi certe non viſa, ab Hieracio meo 15. diverſa calyce incano, qui iſti niger eſt, foliis paucioribus, minime amplexicaulibus. ]

SONCHVS aſper, non laciniatus C. B. P. 123. *Sonchus minor, laciniofus, aſperior, ſive ſpinoſior* J. B. 2. 1014. *Sonchus lævis, tenerior* Lobel. icon. 235. In hortis & agris & paſſim inter olera floret Jun. Jul. & Aug.

SONCHVS aſper, non laciniatus, Dipſaci vel Lactucæ foliis C. B. Pin. 124. cum præcedente.

SONCHVS aſper, laciniatus folio Dentis leonis C. B. Pin. 124. *Sonchus laciniatus, ſpinoſus* J. B. 2. 1016. *Sonchus aſpera* Matthioli 496. *Sonchus aſper; Cicerbita aſpera* Tabernæm. icon. 189. Cum præcedente. Germ. *Günſe-Diſtel, Sau-Diſtel.* [ Varietates ]

SONCHVS repens, multis Hieracium majus J. B. 2. 1017. *Hieracium majus, folio Sonchi, vel Hiæracium ſonchites* C. B. Pin. 126. *Hieracium majus* Lobel. icon. 237. In agris cum Cirſio arvenſi radice repente paſſim floret tota æſtate.

SONCHVS aſper, arboreſcens C. B. Pin. 124. Edit. 2. *Hieracium arboreſcens paluſtre* ejusdem Pin. 127. edit. 1. *Sonchus lævior, auſtriacus* V. *altiſſimus* Cluſ. Hiſt. CXLVII. *in dem Stadt-Graben zu Franckfurth am Mayn* v. gr. *beym Bockenheimer Thor.* Floret Jul. & Aug. [ Varietas prioris ]

SONCHVS aſper, laciniatus, creticus C. B. Pin. 124. Prodr. 60. *Chondrillæ creticæ nomine miſſa, ſemine criſpo* J. B. 2. 1022. Chabr. 318. vid. & Heucherus, qui pro nova Sonchi ſpecie deſcribit, ut & Hieracium capitulis Cardui benedicti. Caſparus Bauhinus etiam ſub Hieracio recenſet p. 127. ſub nomine *Hieracii majoris, foliis Sonchi, ſemine curvo.* ( Alieni generis, & Tragopo-



LACTUCA ſylveſtris altera anguſto ſaligno folio coſta albicante RUPP. p. 207.

J. Rollinus M. Dr del.

SONCHVS tingitanus Papaveris folio Tournefort. Inſtit. 475. *Chondrilla tingitana floribus luteis, Papaveris hortenſis foliis* H. L. Bat. append. In hortis Curioſorum floret Jun. Jul. & Aug.

SONCHVS æthiopicus, perianthio membranaceo, flore ſulphureo. In hortis Curioſorum, ubi vulgo Hieracium *von der* Cap vocant.

SONCHVS lævis, laciniatus, latifolius C. B. Pin. 124. *Sonchus minus laciniosus, mitior, ſive minus ſpinoſus* J. B. 2. p. 1014. *Sonchus lævis, laciniatus, latifolius* C. B. Pin. 124. *Sonchus lævis* Dodon. Pempt. 643. Germ. *Haſen-Kohl.* In hortis oleraceis & agris nimis frequens floret Jun. Jul. & Auguſto.

SONCHVS lævis, laciniatus flore ſulphureo. Sonchus lævis, laciniatus flore niveo C. B. Pin. 124. Sonchus lævis tertius Tabernæm. icon. 191. Cum præcedente v. g. *um Wenigen-Jena herum* inter olera.

SONCHVS lævis minor, paucioribus laciniis C. B. Pin. 124. *Sonchus laciniatus, non ſpinoſus* J. B. 2. 1016. *Sonchus lævis, latifolius* Tabernæm. icon. 190. Cum præcedentibus.

SONCHVS lævis, folio integro per ambitum denticulato. Cum præcedentibus: an *Sonchus aſper ſubrotundo folio* C. B. P. 124. & Prodromo? [Omnes ejusdem Sonchi lævis varietates]

SONCHVS lævis, quartus, flore cœruleo Tabern. icon. 191. *Sonchus lævis, laciniatus cœruleus, vel Sonchus alpinus, cœruleus* C. B. Pin. 124. *Sonchus lævior, auſtriacus, cœruleo flore* Cluſ. Hiſt. Pannon. *In denen Schmohniſchen Bergen, auch in Büſchen zwiſchen Schmohne und Wendel-Stein* [Abunde in ſylva hercynica paſſim v. g. in monte, qui adſcenditur ſupra diverſorium *die Schluft*, prope *Schirke*, alibique ad fluviorum ripas] floret Jul. Tournefort. ad Lactucam refert; ſed rationem non video. [Flores ſpicati.]

CHONDRILLA cœrulea Tabernæm. icon. 176. *Lactuca perennis, humilior, flore cœruleo* Tournefort. Inſtit. p. 473. *Chondrilla cœrulea altera, Cichorii ſylv-*

*ſtris folio* C. B. Pin. 130. *Chondrille vel Chondrilla cærulea* J. B. 2. p. 1019. In agris & vineis *um den Fuchsberg herum* [in cacuminibus montium *Fuchs-* & *Hausberg*] *bey Ziegenhayn*, *auch bey Ammerbach*, *wie auch bey der Diebs-Krippe*, *und über dem Teuffels-Loche.* Floret Iunio & Iulio. Vulgo Scorzoneram nigram appellant, & una cum Scorzonera vulgari divendunt. Flore albo nec non purpureo v. g. *auf dem Fuchs-Berge*, quandoque variat: figura vid. apud Chabr. p. 317.

CHONDRILLA juncea, viſcoſa, arvenſis, quæ prima Dioſcoridis C. B. Pin. pag. 130. *Chondrilla juncea, viminea; arvenſis* Tabernæm. icon. 178. *Chondrilla viminea* I. B. 2. 1021. Chabr. 317. ubi figura & deſcriptio exacte quadrant, niſi quod flores in ſummis ramulis ſolum hærere aſſerat, cum in noſtra & e latere caulis erumpant. In agris *nach Lichtenhayn*, *Ammerbach und Jena-Prieſſnitz hin*, *wo ſich der Weg nach Ammerbach*, *von dem nach Wintzerla ſcheidet* [*Spiræ* in muris] floret Iul. & Aug.

CHONDRILLA Sonchi folio, flore luteo-palleſcente Tournefort. Inſtitut. 475. *Sonchus lævis*, *laciniatus*, *muralis*, *parvis floribus* C. B. Pin. p. 124. *Lactuca ſylveſtris murorum*, *flore luteo* I. B. 2. 1004. *Sonchus ſylvaticus* IV. Tabernæm. icon. 194. In ſylvis frequens v. g. *auf der Wellmeſe* floret Iul. Aug & Sept.

CHONDRILLA Sonchi folio, flore purpuraſcente major Tournefort. Inſtit. pag. 475. *Lactuca montana, purpuro-cærulea*, *major* C. B. Pin. 123. *Lactuca ſylvatica, purpurea* J B. 2. 1005. *Sonchus montanus*, *purpureus*, *tetrapetalus* Column. Part. I. 244. In ſylvis *zwiſchen Böhmen und Sachſen bey Tippolts-Walde und Königſtein*, *auch bey Pirna.* Floret Jun. & Jul.

LACTVCA ſativa C. B. Pin. 122. *Lactuca ſativa vulgaris non capitata* J. B. 2. 997. In hortis & agris paſſim cum aliis Lactucæ ſpeciebus floret Jun. & Jul. Germ. *Lattich*, *Lattucke*, *Schmaltz-Kraut*, *Salat*, quæ foliis maculatis conſpicua eſt Germanis dicitur *Forellen-Salat*, a ſimilitudine macularum huius piſcis.

LACTVCA ſylveſtris, coſta ſpinoſa C. B. Pin. 123. *Lactuca ſylveſtris, ſive Endivia multis dicta, folio laciniato, dorſo ſpinoſo* J. B. 2. 1003. *Lactuca ſylveſtris* Dodon. Pempt. 646. hujus plantæ ſemen officinæ ſemen Scariolæ vocant. Ad ſepes & rudera frequens floret Julio & Aug. *Wilder Lattich, Salat.*

LACTVCA ſylveſtris altera, anguſto ſaligno folio, coſta albicante; *bey Sultze* ad ſalinas, item *an der ſaltzigen See bey Rulſsdorff, auch* ad ſcrobes *zwiſchen Lützen und Marck-Rannſtädt, Buttſtädt und Erfurt, und zwiſchen S. Michel und Erfurt.* a)

LACTVCA ſylveſtris, odore viroſo C. B. Pin. 123. *Lactuca ſylveſtris, lato folio, ſucco viroſo* J. B. 2. 1002. In confiniis Haſſiæ & Thuringiæ *hinter Creutzburg.* Ad ſepes floret Jun. & Iul. A penultima foliis integris differt.

SCORZONERA latifolia, ſinuata C. B. Pin. pag. 275. *Tragopogon Hiſpanicus, ſive Eſcorzonera aut Scorzonera* I. B. 2. 1060. *Scorzonera major, hiſpanica* I. Cluſ. Hiſt. CXXXVII. In hortis frequens floret Iun.

SCORZONERA latifolia altera C. B. Pin. 275. *Scorzonera germanica* I. Tabern. icon. 602. In montibus & pratis montoſis, v. g. *bey Coſpida, Ziegenhayn und Jena-Prieſsnitz* floret Majo & Iunio. *Scorzonere, Scorzoner-VVurtz, Schlangen-Mord, Hafer-VVurtz, Natter-VVurtz, Vieper-Graſs.*

SCORZONERA anguſtifolia, altera C. B. Pin. 275. Scorzonera tenuifolia, prima Thalii. Cum præcedente. [Iuxta *Coſpidam* verſus *Mühlenthal, Sultzæ &c.* Varietas prioris.]

SCORZONERA latifolia humilis, nervoſa C. B. P. 275. *Scorzonera humilis, latifolia, ſive ſecunda* Cluſ. pannonica II. in Hiſt. Floret Iunio. In ſylvis *bey Schmohne und nach VVendelſtein zu; auch im Laub-Froſch und in der Heyde*

a) Hujus novæ, quantum novi, plantæ iconem dare viſum eſt. Similis per omnia prioris, dorſo etiam ſpinoſo, foliorum margine integro, neque ciliato neque ſpinoſo differt. Al-

*Heyde bey Halle, auch in groſſen VVäldern hinter Querfurt: auf der Feld-VVieſe bey Braundorff.*

SCORZONERA laciniatis foliis Tournefort. Inſtitut. 477. *Tragopogon laciniatum, luteum* C. B. Pin. 274. *Tragopogon folio laciniato, flore pallido* I. B. 2. 1059. *Tragopogon laciniatis foliis* Col. phytobaſ. 21. ut & *Scorzonera capillaceo folio* Tournefort. l. c. *Hieracium capillaceo folio* C. B. Pin. 129. Prodr. 66. In apricis tenui gramine veſtitis *an denen VVegen, wo ſonſt auch die* Piloſella *pflegt zu wachſen*, floret Iun. & Iul.

TRAGOPOGON pratenſe, luteum majus C. B. Pin. 274. *Tragopogon flore luteo* I. B. 1058. *Tragopogon* Dodon. Pempt. 256. In pratis v. g. *auf der Inſul*, floret Majo Iun. & Iul Germ. *Bocks-Bart*. Folia quandoque velut in capreolum abeunt.

TRAGOPOGON purpuro-cœruleum, Porri folio quod artifi vulgo C. B. Pin. 274. *Barbula hirci purpuro cœrulea* Tabern. icon. 599. In hortis, *wird auch bey Freyburg im Hacken-Höltzgen, auch bey Halle wild gefunden*, floretque Iun. & Iul. Utriusque hujus Tragopogonis capitula ſæpe loco ſeminum continent quidpiam fuligini ſimile, quod etiam obſervavit Camer. Epit. Matthiol. p. 167. his verbis: *aus dieſen braunen Blumen werden biſsweilen groſſe Knöpfe, darinnen viel ſchwartzes Staubs verſchloſſen, ſolches iſt nichts anders denn ein* vitium, *welches man den Brand nennet; wird zu Zeiten, doch nicht ſo oft, auch am gelben Bocks-Bart gefunden.*

## (2) SEMINIBVS NON PAPPOSIS SIVE SOLIDIS.

CICHORIVM ſylveſtre ſive officinarum C. B. Pin. 125. *Cichorium ſylveſtre, Picris* Dodon. Pempt. 635. *Cichorium ſylveſtre* I. B. 2. 1007. Ad ſepes & juxta vias publicas paſſim floret circa Solſtitium, unde Germanis *Sonnen-Drat*, nomine venit, quaſi ſolſtitialem dicere voluiſſent; flore variat, communiter eſt cœruleo, rarius roſeo, albove: *Hindläuffte, VVegwart, Sonnenwedel.*

CICHORIUM ſativum C. B. Pin. 125. J. B. 1007. In hortis floret cum præcedente, a quo Rajus non differre cenſet, niſi cultura. Flore pariter variat cœruleo & albo, quod ultimum flore albo, a multis ſuperſtitioſis ad magicos uſus magni æſtimatur, & valde expetitur, quod merito vitandum; hi enim ſunt abuſus, non uſus plantarum.

CICHORIUM latifolium ſive Endivia vulgaris Tournefort. Inſtitut. 479. *Intybus ſativa, latifolia, ſive Endivia vulgaris* C. B. Pin. 125. *Intybum ſativum, latifolium* J. B. 2. 1011. *Intybus major, ſativa: Cichorium domeſticum* Tabern. icon. 173. In hortis floret Jul. floribus cœruleis & candidis variat. [Huic folia integra.]

CICHORIUM criſpum Tournefort. Inſtit. pag. 479. *Intybus criſpa* C. B. Pin. p. 125. *Intybum ſativum, criſpum* J. B. 2. pag. 1011. *Intybus criſpa, Endyvia criſpa* Tabern. icon. 173. Inter olera floret cum præcedentibus. *Endivgen-Salat, Andivgen, krauſſe Endivgen.* [Varietas.]

LAMPSANA Dodon. Pempt. 675. J. B. 2. 1028. *Soncho affinis, Lampſana domeſtica* C. B. Pin. 124. Ad ſepes, & inter olera frequens, nec non inter ſegetes floret Julio & Auguſto. Folia Lampſanæ aliquando in agris ſanguineis vel violaceis maculis notantur non ſecus ac lactucæ ſylveſtris coſta ſpinoſa C. B. Papillaris aliquibus dicitur Lampſana, quia fiſſuras papillæ in mammis ſanare traditur, unde Anglis Nipple-Wort dicitur.

LAMPSANA ſylvatica elatior. *Soncho affinis, Lampſana ſylvatica* C. B. Pin. In nemoribus *nach Krippendorff und Eckartsberge hin*, floret Aug. [Non differt, & in poſthumis omittitur.]

HEDYPNOIS Tournef. Hieracii ſpecies juxta C. B. in Pin. ſed Hieracium non poteſt dici, cum non pappeſcat; nec poteſt cum Hermanno ad Calendulas referri, cum non habeat florem compoſitum ex regularibus & irregularibus ſimul, ſed ex irregularibus tantum. a)

ZAZINTHA Tourn. & Matth. *Cichorium verrucarium*

 vulgo.

vulgo. De hujus virtute contra verrucas vid. Matthiolus. In hortis Curioſorum floret æſtate.

RHAGADIOLVS alter Cæſalpini 511. *Hieracium ſiliqua falcata* C. B. Pin. pag. 128. *Hieracium ſtellatum* J. B. 2. 1014. *Hieracium Narbonnenſe, falcatum* Lobel. icon. 240. In hortis floret Jun. & Jul.

HYOSERIS latifolia. *Hyoſeris maſcula* Tabern. icon. 179. *Hieracium minus, folio ſubrotundo* C. B. Pin. 127. *Hieracium minimum vel* VIII. Cluſ. pannon. Inter ſegetes *hinter der neuen Schencke nach den Städtgen Rode zu,* floret Junio & Julio; Semen hujus plantulæ non eſt papposum, uti jam olim obſervavit C. B. in Pin. Moriſon ſuo more multa genera uno titulo complectens ad Endiviam retulit.

SCOLYMVS Tournefort. *Scolymus chryſanthemos* C. B. Pin. 354. *Scolymus Theophraſti* Cluſ. hiſt. pag. 446. *Spina lutea* J. B. 3. 84. *Carduus chryſanthemus* Dodon. Pempt. 725. In hortis Curioſorum floret Julio & Aug.

OCVLVS. *Oculus Chriſti vulgo* Hortulanorum. *Hieracium Baeticum medio nigrum* PARKINS. *Hieracium barbatum medio nigrum* H. R. Par. Aeſtate in hortis Curioſorum. Semina non habet papposa, neque poteſt ad Hieracia referri. a)

TAGETES maximus, rectus, flore ſimplici, ex luteo pallido J. B. 3. 100. *Tanacetum Africanum, majus, ſimplici flore* C. B. Pin. 133. *Flos africanus major, ſimplici flore* Tabern. icon. 13. In hortis floret Jul. & Aug. *Studenten-Blume, Sammet-Blume.*

TAGETES maximus, rectus, flore maximo, multiplicato J. B. 3. 100. *Tanacetum, ſive Flos africanus, major, flore pleno* C. B. Pin. 132. *Flos africanus major, aureus, multiflorus* Tabern. icon. 13. Cum præcedente.

TAGETES indicus, minor, ſimplici flore, ſive Caryophyllus indicus, ſive Flos africanus J. B. 3. 98. *Tanacetum afri-*

a) Aliquando utique pappo deſtituuntur. Alias autem duobus tribusve ſetis longiuſculis coronantur. Omnes bota-

*africanum*, *ſive Flos africanus minor* C. B. Pin. 133. *Flos africanus minor*, *ſimplici flore* Tabernæm. icon. 12.

TAGETES indicus minor, multiplicato flore J.B. 3. 99. *Flos africanus minor*, *multiflorus* Tabernæm. icon. 12. *Tanacetum africanum*, *ſive Flos africanus*, *minor*, *flore pleno* C. B. Pin. 133. Flore pleno, luteo-rubeſcente.

TAGETES indicus, minor, flore pleno luteo. Ibidem.

TAGETES Indicus minor, ſemifloſculis, partim luteis coccineis, cum præcedente.

TAGETES indicus, flore ſimplici, fiſtuloſo H. L. Bat. *Tanacetum*, *ſive flos Mexicanus*, *flore fiſtuloſo*, *ſimplici* C. B. Pin. 133. *Caryophyllus Mexicanus*, *flore fiſtuloſo*, *ſimplici* Columm. Part. 2. p. 46. Cum præcedentibus: idem flore pleno occurrit.

TAGETES indicus, minimus, flore ſericea hirſutie obſito H. L. Bat. *Tanacetum africanum*, *minimum*, *ſericea hirſutie obſitum* C. B. Pin. p. 133. *Caryophylli Hiſpani dicti varietas ſeptima & octava* Columm. deſcript. Part. 2. 47. Cum præcedentibus. Perianthium Tagetis eſt monophyllum, membranaceum, tubuloſum, anguloſum & ſuperius dentatum: Semina ſunt oblonga, angulata, capitulo foliato inſtructa: Floſculi ſunt irregulares, latiſſimi tamen limbum occupant & coronam efformant. a) Hos flores ſuſpicione venenoſæ qualitatis non carere teſtantur Ephemerides Nat. Cur. Germ. quod etiam odor gravis & vaporoſus confirmare videtur.

## *IV. Plantæ flore gaudentes compoſito ex polypetalo & irregularibus.* b)

STOEBE Rivini. *Jacea Oleæ folio, capitulis ſimplicibus* C. B. Pin. pag. 272. *Ptarmica auſtriaca* Cluſ. pannon.



a) Ob hanc irregularitatem forte huc recenſet RUPPIUS, quam debuiſſet inter radiatas habere, quarum bene multæ floſculos quaſi bilabiatos, nihilo ſecus, quam Tagetes, proferunt.

b) Erronea obſervatio. Xeranthemi ſplendentia petala, neque

& Hiſtoria. *Ptarmica altera* Matthioli. *Xeranthemum flore ſimplici, purpureo, majore* H. L. Bat. *Xeranthemum aliud, ſive Ptarmica quorundam* J. B. 3. 25. In hortis floret Junio, Julio & Auguſto. Floris colore variat. *G*erm. Perpetuel-*Blume*, *Papier-Blume.*

STOEBE flore pleno variorum colorum, cum præcedente.

## *V. Plantæ flore compoſito ex polypetalo & regularibus.* a)

CARLINA acaulos, magno flore C. B. Pin. pag. 380. *Carlina acaulos* J. B. 3. pag. 64. *Carlina altera* Dodon. Pempt. II. p. 727. In apricis, aſperis montium paſſim floret Aug. & Sept. Noſtræ radix eſt perennis quam maxime, hinc quæritur: quo modo *Carlina acaulos, flore magno, radice perenni, montis aurei* H. R. Pariſ. ab hac noſtra differat?

CARLINA cauleſcens, magno flore C. B. Pin. p. 380. *Carlina caulifera* J. B. 3. p. 64. *Carlina ſive Leucantha* Dodon. Pempt. p. 727. Cum præcedente: hujus pariter atque præcedentis radices quotannis a Rhizotomis copioſe eruuntur, & Lipſiam deportantur venales. *Eber-Wurtz.* Germanis dicitur, non ſecus ac præcedens. [Varietas.]

HERACANTHA Tabernæmont. & Rivini. *Carlina ſylveſtris, vulgaris* Cluſ. Hiſtor. CLVI. *Cnicus ſylveſtris, ſpinoſior* C. B. Pin. pag. 378. *Carlina ſylveſtris quibusdam, aliis Atractylis* J. B. 3. 81. In apricis aſperis cum Carlina paſſim, floretque Julio & Auguſto. b)

Obſ. 1. Hanc plantam Celeberrimus Wedelius noſter Carlinam ſcandentem appellat, & contra ſodam commendat, vid. Amœnitates Materiæ medicæ ipſius pag. 175. unde

Floſculi vero in margine feminæ in centro androgyni ſunt, uti in multis Erigerontis, Elichryſi, Petaſitis, Conyzæ, Abſinthii, ſpeciebus, quas inter plantas floſculis omnibus regularibus relinquit RUPPIUS.

a) Eadem, quæ de Xeranthemo, hic valet obſervatio, ſquamæ

de & Germ. *Sood-Diſtel* vocatur, nec non *Creutz-Diſtel*, unde forſan nomen Heracanthæ ortum; potius *Drey-Diſtel* ſcribendum eſſe puto, ſiquidem Hieronymus Tragus teſtatur, præcipue eam, quæ terna gerit capita, præ cæteris extolli & æſtimari.

2. Eandem proprietatem Carlinæ vulgari attribuit Camerarius in Epit. Matthioli Germanica pag. 220. his verbis: *Etliche hencken den dornichten Blumen-Kopf von der Eber-Wurtzel über den Tiſch, vermeinen, ſo man ihn anſiehet, helffe er wider das Kotzen und Sood des Magens*, addit Camerarius: *gehört ein ſtarcker Glaube darzu.*

3. D. Mauritius Hoffmannus in floræ Aldorfinæ deliciis ſylveſtribus huic pariter ſynonymon facit *Carlinam ſylveſtrem minorem* Cluſ. in Hiſtor. hiſp. pag. 451. Mirandum vero, ſi hoc ita ſit, Cluſium hanc plantam nullibi quam aridis circa Salmanticam locis obſervaſſe, cum ubivis ſit obvia.

4. Aliquando caule lato, monſtroſe faſciato occurrit, quæ *Carduus monſtroſus figura Cornu copiæ Imperati* C. B. Pin. p. 379. cujus figura videatur in Chabræo.

# CLASSIS IX.

## DE PLANTIS FLORE PERFECTO, SIMPLICI IRREGULARI, MONOPETALO GAUDENTIBUS.

### I. *Semine nudo unico.*

VALERIANA major, odorata radice J. B. 3. part 2. 209. *Valeriana hortenſis* Dodon. Pempt. 349. *Phu ponticum; Valeriana pontica* Tabernæm. icon. 164. *Valeriana hortenſis: Phu Oluſatri folio Dioſcoridis* C. B. P. 164. In hortis floret Junio. Germ. *Baldrian*. K

*Wurtzel*, quia cati inſigniter delectantur hujus radicibus, præcipue tempore verno, iisque miris geſtibus, (quos Matthiolus facete & graphice pag. 38. deſcripſit) ſe ſupervolutant.

VALERIANA ſylveſtris major C. B. P. 164. *Valeriana anguſtiore folio*, RIV. *Valeriana major, Herba benedicta* Tabernæm. icon. 165. *auf der Wellmeſe, und auf dem Forſt*, floret Jun. & Jul.

VALERIANA paluſtris major C. B. c. l. *Valeriana paluſtris, major, profunde laciniata* C B. Prodr. 86. In pratis uliginoſis *im groſſen Paradieß*, floret cum præcedente. [Varietas foliis latioribus.]

VALERIANA paluſtris minor C. B. P. 164. *Valeriana minima* Dodon. Pompt. *Valeriana minor* RIV. (mas) In pratis uliginoſis *bey Ziegenhayn und den Fürſten-Brunnen, noch häuffiger auf denen feuchten Wieſen, wo man nach Jena-Prieſsnitz gehet, auch im groſſen Paradieß.* Floret Majo. [Femina &

VALERIANA aquatica minor, flore minore. Raji Hiſtor. 389. *Valeriana minor flore exiguo* RIV. [femina] Cum præcedenti, hujus figura videatur in D. Rivini ordine plantarum flore irregulari monopetalo. Hæc præcedente altius aſſurgit, & folia communiter terna habet oppoſita. [In poſthumis corrigit hæc ternata folia & errorem vocat RAI. omnino binata ſunt.]

VALERIANA foliis Calcitrapæ C. B. *Valeriana annua, altera* Cluſii Hiſt. LIV. In hortis Curioſorum. Floret Junio & Julio.

PHV foliis Glaſti. *Valeriana rubra* C. B. P. 165. *Valeriana rubra latifolia* J. B. c. l. In hortis Curioſorum flore rubro & albo occurrit. Floret Junio & Julio. Phu differt a Valeriana flore caudato, ſive calcari donato, uti Antirrhinum differt a Linaria. [Ob eandem cauſam Valerianoides vocavit VAILLANTIVS. Stamen habet unicum. Sed ob ſemen, & habitum conjunxit denuo LINNAEVS.] Nugæ veterum quorundam Botanicorum facile eluceſcunt, qui ex hac planta varia effinxerunt, de

PHV folio anguſtiore. *Valeriana rubra anguſtifolia* C. B. P. 165. J. B. 2. p. 2. 211. Cum præcedente.

VALERIANELLA arvenſis, præcox, humilis, ſemine compreſſo. Moriſ. Umb. *Valeriana campeſtris inodora, major* C. B. P. 165. *Locuſta* Rivini. *Locuſta herba* J. B. 3. 323. *Herba ramiſtica* Jungermanni [ob caulis perpetuam dichotomiam] *Lactuca agnina* Tabernæm. Germ. *Rapûntzgen, Feld-oder Lämmer-Lattig, Nüſsgen-Salat.* Sæpe in monſtroſa & abortiva folioſa capita degenerat. In arvis & inter ſegetes floret Majo; foliis integris & ſerratis variat. A Valerianis differunt Valerianellæ ſemine pappo non coronato.

VALERIANELLA arvenſis, ſerotina, altior, ſemine turgidiori Moriſ. Umbell. Cum præcedente: foliis autem eſt anguſtius diviſis, Semina nuda gemella hanc plantam habere, Clariſſ. Rivinus tradit, ſed reclamat autopſia.

VALERIANELLA cornucopioides Riv. *Valeriana peregrina purpurea albava* C. B. P. p. 164. *Valeriana indica* Cluſ. In hortis Curioſorum æſtate floret.

VALERIANELLA altera tenuifolia ſemine Scabioſæ ſtellatæ FAB. COLVMNAE in *Ecphraſi. Valerianella ſemine ſtellato* C. B. p. 165. In hortis Curioſorum. Ex conſiderata hac planta conſtat Dipſacum, Scabioſam, & Succiſam, & Valerianellam, melius ad irregulares monopetalas, gymnomonoſpermas, quam ad plantas flore compoſito referri: ſiquidem florum ſtamina minime in tubulum circa piſtillum coëuntia habent, & ſemina a reliquis compoſitis evidenter differunt. Neque ſufficit florum in capitulum coagmentatio, alias enim Rapuntium Scabioſæ capitulo, Eryngium, Globularia, Hæmanthus, Ananas, Amaranthus, Trifolia compoſitis floribus accenſeri deberent.

SCABIOSA pratenſis hirſuta, quæ officinarum C. B. P. 269. *Scabioſa major, communior, hirſuta, folio laciniato* J. B. 3. 2. *Scabioſa arvenſis, ſive ſegetalis* Tabern. icon. 159. *Apoſtem-Kraut, Scabioſen.* In pratis v. g. *auf der Inſul im Paradieſe* & alibi floret æſtate; ſæpiusque flore

quaſi pleno deprehenditur *nach Kunitz hin*, ejusque colore quoque variat, hinc occurrit quandoque.

SCABIOSA pratenſis flore albo, cum priori. [Varietas.]

SCABIOSA multifido folio, flore flaveſcente C. B. P. 270. *Scabioſa ochroleuco flore, ſive* VII. Cluſ. Hiſtor. III. In Campeſtribus montoſisque v. g. *an Hecken und Straſſen nach* Camburg, *und* Eckardtsberge *zu, und häuſſig bey* Naumburg, floret Jul. & Aug. [Aſterocephali omnino ſpecies, floſculis quinquefidis, foliis omnibus laciniatis, cæterum valde adfinis ſequenti. Ex Tartaria etiam habui.] Interdum gemino capite, ut & ſobolibus abundans occurrit.

SCABIOSA capitulo globoſo C. B. P. 270. *Scabioſa minor vulgaris* J. B. 3. 3. *Scabioſa* V. Cluſii Hiſt. II. magnitudine variat & foliorum ſegmentis; hinc IV. figuræ apud Tabernæmont. icon. 160. 161. 162. In montoſis, apricis & vineis floret tota æſtate; *iſt auch häuffig auf dem Forſt.* Interdum prolifera deprehenditur, [v. g. circa Walckenried] non ſecus ac Succiſa, & Scabioſa americana. Occurrit etiam flore pleno.

SCABIOSA ſtellata, folio laciniato, major C. B. P. 271. *Scabioſa major cum pulchro ſemine* J. B. 3. 9. *Scabioſa major Hiſpanica, ſive prima* Cluſii Hiſt. I. In horto medico, floret Jul. & Aug.

SCABIOSA peregrina rubra, capitulo oblongo C. B. Pin. p. 270. *rubra peregrina quibusdam Indica* J. B. In hortis paſſim floret autumno in brumam usque; flore albo, carneo, atro-purpureo, nec non variegato, & aliis coloribus multum variat. Aliquando & prolifera occurrit, quæ forſan Scabioſa prolifera Lobel. Tabern. & Cluſ.

EADEM foliis in tenuiores lacinias diviſis floreque atrorubente & odorato, quam C. BAVHINVS ex Horto patavino cum nomine *Scabioſæ nigræ odore Zibethi* habuit. Cum præcedente.

SCABIOSA alpina, foliis Centaurei majoris *C. B.* Pin. 270. In horto medico floret Jun. & Jul.

*gro hirſuto* Tournefort. Inſtit. p. 466. *Succiſa, ſive Morſus diaboli* J. B. 3. 11. *Auf dem Forſt, und im Cluſewitzer Holtze*, floret Auguſto; Foliis glabris, & hirſutis nec non anguſtioribus variat, aliquando & flore carneo alboque occurrit, nec non prolifera, deprehenditur, quæ Succiſa alpina, flore prolifero, cœruleo H. R. Pariſ. Germ. *Abbiß, Teuffels-Abbiß*. Nomen habet a radice quotannis putreſcente & ſuperius velut renaſcente, quod ipſi cum Hieraciis nonnullis, Aro, & Gladiolo commune eſt. A Scabioſa diſtinguitur lateralibus floſculis minus ſpecioſis. a)

DIPSACVS ſativus C. B. P. 185. J. B. 3. 73. *Carduus fullonum, ſive Dipſacus ſativus* Lobelii icon. 17. *Labrum veneris* Matthioli. *Weber-Karthen, Karthen-Diſtel*. In agris circa pagos ſatus: *Bey Weimar und Eckartsberge*, item *nach Apolda hin*. Floret Julio & Auguſto.

DIPSACVS ſylveſtris, aut Virga paſtoris major C. B. P. c. l. *Dipſacus ſylveſtris, ſive Labrum veneris* I. B. 3. 74. & Lobel. icon. 18. *Labrum veneris alterum* Matthioli. Ad ſepes & ſcrobes paſſim in agrorum, vinearumque limitibus, juxta vias publicas floret Aug.

DIPSACVS folio laciniato C. B. Pin. p. 385. *Dipſacus ſecundus* Tabernæmontani, ad vias publicas juxta ſcrobes *zwiſchen Worms und Franckenthal* & in tota Alſatia, diverſus a prioribus. Floret Julio & Auguſto.

DIPSACVS ſylveſtris, capitulo minore, vel Virga paſtoris minor C. B. P. 385. *Virga paſtoris* Matthioli. *Dipſacus minor* Thalii. Ad torrentum ripas v. g. *am Mühlgraben vor dem Johannis-Thor, auch an den Stadt-Graben hinter dem* horto Medico, *und bey Cluſewitz, im tiefen Loche wo man auſſm Rauhenthale kömmt*, floret Aug.

GLOBVLARIA vulgaris Tournefortii Inſtit. 467. *Bellis cœrulea, caule folioſo* C. B. P. 262. *Aphyllanthes*

*Anguillaræ*, *ſive Globularia Bellidi ſimilis* J. B. 3. 13. floret Majo, provenitque in ſylvis, *bey Freyburg und Schmohne*, it. *hinter Naumburg*, v. g. *in Hackens Höltzgen*, *auch bey Halle in der Heyde*, flore albo aliquando variat. Semen habet nudum, unicum, & flores irregulares, barbatos tantum, trifida barba inſtructos. a)

## II. *Seminibus nudis quaternis.*

ECHIVM vulgare C. B. P. 525. J. B. 3. 586. *Echium* Dodon. Pempt. 631. In locis Campeſtribus paſſim juxta vias publicas floret Jun. & Jul. Flore cœruleo, rubro & albo variat. Germ. *wilde Ochſen-Zunge*. Multi loco Anchuſæ utuntur. In monſtroſam aliquando hiſpidam jubam extuberat, parvis hinc inde gaudentem floribus.

ECHIVM anguſtifolium aſperius an *Echium majus & aſperius flore albo* C. B. P. an potius *Echium ſylveſtre hirſutum maculatum* EIVSD. *Echium 2. vel rubro flore* CLVSII Pann. In hortis Curioſorum, floret cum præcedente.

ECHIOIDES flore cœruleo Rivini. Bugloſſum ſylveſtre minus C. B. P. 256. Echium Fuchſii, ſive Borrago ſylveſtris J. B. 3. 581. Bugloſſa ſylveſtris Dodon. Pempt. 628. In agris frequens, *ſonderlich bey der neuen Schencke und auf der Inſul*, floret Jun. Jul. & Aug.

ECHIOIDES flore albo Rivini. b) *Echioides alba* Columnn. Part. I. 185. *Bugloſſum arvenſe, annuum, Lithoſpermifolio.* Tournefort. Inſtit. p. 134. *Lithoſpermum arvenſe, radice rubra* C. B. P. 258. *Lithoſpermum nigrum.*

a) Minime, & ex TOVRNEFORTIO non bene hæc exſcribit RVPPIVS. Nam & calyx, & flos bilabiatus eſt, & uterque labium ſuperius bifidum, inferius trifidum habet. *Enum. Stirp. Helv.* p. 667. Cl. LINNAEVS, in nova editione Characterum n. 88. labium ſuperius ſimplex facit. Sed fideles expoſui obſervationes.

*grum quibusdam, flore albo, ſemine Echii.* J. B. 2. 592. Inter ſegetes floret Aprili & Majo, aliquando etiam Octobri refloret. Germ. *Schminck-Wurtz*, quod radix cutem rubro colore inficiat.

ECHIOIDES flore pullo Rivini. *Echium flore pullo* Cluſii. *Echium ſylveſtre lanuginoſum, pullo flore* Chabræi p. 517. In agris eorumque limitibus *bey Borſtendorff und Jena-Prieſsnitz, auch wo man nach Ammerbach gehet, auch nach Spiznaſens Gut, nach Schwabhauſen zu.* Floret Jun. & Jul. [Inter *Wölnitz* & *Fürſtenbrunnen*. Cis *Sülzam* copioſe. Radix perennat]

ECHIOIDES flore pullo, calice amplo Riv. a) Inter ſegetes *bey Apolda und nach Jena-Prieſnitz zu*, copioſius vero in omnibus agris inter *Bebra* & *Laucha* floret cum præcedente. Caules magis ſupini, latius diffuſi perianthium ventricoſum, & radix ſemine prolato emoritur.

BVGLOSSOIDES cretica Rivini. *Bugloſſum creticum cauliculis procumbentibus, flore variegato odorato, Echii foliis verrucoſis* HERM. H. L. B.

[Quæ ſequuntur naturalem claſſem conſtituunt Gymnotetraſpermarum verticillatarum, ſtaminibus duobus longioribus, duobus brevioribus]

TEVCRIVM Bæticum Cluſ. Hiſpan. 229. J. B. 3. 291. *Teucrium peregrinum, folio ſinuoſo* C. B. P. 247. In hortis floret Jun. & Jul.

CHAMAEDRYS minor, repens. C. B. P. 248. *Chamædrys repens, minor* Dodon. Pempt. 43. In apricis & montoſis, nec non vineis paſſim floret Jun. & Jul. *Gamanderlein, oder Berg-Scordien.*

CHAMAEDRYS minor, repens, flore albo. Sæpius occurrit *auf dem Hauſs-Berge* cum præcedente. [Varietas]

IVA moſchata folio multifido RIV. Botrys chamædryoi-

a) *Monop. irreg.* T. 8. in poſterioribus exemplaribus, non in prioribus. Cæterum Echium, Echioides, & Bugloſſoides.

dryoides C. B. P. p. 138. *Chamædrys altera* Matth. *Iva moſchata* TAB. Frequens in vineis, Junio & Julio floret.

SCORDIVM C B. P 247. *Chamædrys paluſtris, caneſcens, ſive Scordium officinarum* Tournefort. Inſtit. 205. *Lachen - Knoblauch, Scordien.* In pratis uliginoſis *bey Laucha, auf denen Oberndorffiſchen Wieſen, auch ſonſten an der Unſtruth, und bey Naumburg* floret Jul. Interdum etiam occurrit *im groſſen Paradieße*, ſed rarius.

SCORODONIA Riv. *Chamædrys fruticoſa, ſylveſtris, Meliſſæ folio* C. B. Pin. 205. Scordium alterum, ſeu Salvia ſylveſtris C. B. P. 247. *bey Gießen in Wäldern,* v. g. *in der Linder-Marck, und auf den Dieſsberge,* floret Majo & Junio.

MARVM Cortuſi. J. B. 3. 242. *Chamædrys maritima, incana, fruteſcens, foliis lanceolatis* Tournefort. p. 505. In hortis floret Jun. & Jul. Vulgus Marum verum vocat, unde aliqui ſatis inepte effinxerunt *wahrhafftig bitter*, quaſi amarum verum latine diceretur.

CHAMAEPITYS officinarum. *Chamæpitys lutæa, vulgaris, ſive folio trifido* C. B. P. 249. *Chamæpitys odorata, flore luteo* J. B. 3. 295. *Ajuga, ſive Chamæpitys mas Dioſcoridis* Lobel icon. 382. *Schlag - Kræutlein, Schlag - Kraut, Erd - Kiefer, Feld - Cypreß, Erd - Pin.* in agris montoſis & lapidoſis, v. g. *bey dem Forſt, bey dem Jäger - Hauſe, beym Rauhenthal und bey Wage*, (copioſe ad M. *Kunitzberg*, fere e regione *Borſtendorf*) floret Jul.

AIVGA folio integro Rivini. *Polium Lavendulæ folio* C. B. P. 220. *Polium pannonicum vel majus* Cluſii Pannon. *Polium montanum officinarum.* Foliis aliquando denticulatis variat. In apricis paſſim in vineis & montoſis, aſperis, meridiei expoſitis floret Jun. & Jul. Germ. *wilder Roſsmarin, wilder Lavendel, Berg-Lavendel.*

OCIMVM latifolium, maculatum & criſpum C. B. Pin. *Baſilicum indicum maculatum* Eyſtett. In hortis variis floret Jul. & Aug. Germ. *Baſilien-Kraut.* Huic folia rubro ſuffuſa, eximie odorata.

cum præcedente, color tam foliorum, quam florum in alio albus, in alio niger eſt. Sed etiam hirſutie & levitate ita variat, ut pro diverſis plantis ſit recenſitum.

OCIMUM vulgatius C. B. l. c. *Ocimum medium* Matth. cum præced.

OCIMUM minus anguſtifolium foliis ſerratis C. B. P. p. 226. *Ocimum minus anguſtifolium flore albo* H. EYCHST. Cum præced.

OCIMUM Aniſi odore C. B. l. c. *Ocimum aniſatum* H. EYCHST. Rarius in hortis.

OCIMUM minimum C. B. l. c. *Ocimum minus caryophyllatum* TAB. cum prioribus, ſed rarius.

HORMINUM coma rubra RIV. *Horminum ſativum* C. B. P. 238. In hortis quandoque obvium floret Jun. & Jul.

HORMINUM coma violacea, de quo videatur J. B. Cum priori.

HORMINUM folio laciniato RIV. *Horminum anguſtifolium laciniatum* C. B. P. p. 239. In hortis Curioſorum.

HORMINUM ſpurium RIV. *Horminum ſylveſtre latifolium* Cluſio. J. B. 3. 314. *Horminum ſylveſtre* III. Cluſii Hiſtor. XXIX. In horto medico, ubi vulgo Horminum foliis Betonicæ vocant: Floret cum præcedente

HORMINUM ſylveſtre ſalvifolium minus. C. B. Pin. p. 239. *Horminum ſylveſtre*, V. *ſpecies prior* Cluſ. hiſt. In pratis & campeſtribus, juxta vias publicas & in cœmeteriis *bey Erdeborn*, *groſſen Ehrig und Eißleben*, *auch bey Alſtädt* [Inter *Tieffenthal* & *groſſen Fanern* abunde] floret æſtate.

HORMINUM Riv. *Sclarea* Tabernæm. icon. 373. *Horminum ſclarea dictum* C. B. P. 238. *Gallitrichum ſativum* J. B. 3. 309. *Orvala*. Dodon. Pempt. 292. Germ. *Muſcateller-Kraut*, quia vina hujus additione vina muſcatellina mentiuntur. *Scharlach - Kraut*. In hortis floret æſtate.

HORMINUM flore albo RIV. *Sclarea vulgaris lanu-*

ſis C. B. P. 241. *Æthiopis multis* J. B. 3. 309. In hortis floret Jun. & Jul.

HORMINVM flore luteo RIV. *Colus jovis* LOBEL. CLVS. Pann. *Galeopſeos ſpecies alia lutea, viſcida, odorata, nemorenſis* J. B. ap. CHABR. in *Sciagraph.* p. 435. In hortis Curioſorum æſtate.

HORMINVM pratenſe RIV. *Sclarea pratenſis foliis ſerratis, flore cœruleo* Tournefort. Inſtit. p. 179. *Horminum pratenſe, foliis ſerratis* C. B. P. 238. *Gallitrichum ſylveſtre vulgo, ſive ſylveſtris Sclarea flore cœruleo, magno* J. B. 3. 311. In pratis frequens floret Jun. & Jul. *wilde Salbey.*

SCLAREA pratenſis, foliis ſerratis, flore albo: Item floribus ex cœruleo & albo variegatis, utraque reperitur in pratis, *hinter denen Gärten, wo man nach Löbſtädt gehet.*

SCLAREA pratenſis, foliis ſerratis flore ſuave rubente. In hortis & pratis paſſim cum vulgari cœruleo ſ. violaceo, ſed rarius multo. Floret Jun. & Jul. Varietates

HORMINVM pratenſe flore minore. Cum vulgari v. g. *auf der Inſul* (& Sulzæ, ſimillimum, ſed flore triplo minore. An varietas? crediderim)

HORMINVM flore variegato RIV. *Horminum majus flore amplo purpuro violaceo, lobis florum punctis aureis notatis* MORIS. H. B. In hortis Curioſorum (Varietas)

SCLAREA hiſpanica Tabernæm. icon. 374. *Horminum ſylveſtre Lavendulæ flore* C. B. P. 239. In cœmeteriis, ruderatis, & ad pagos *zwiſchen Rulsdorff, Erdeborn, Eiſsleben und Alſtädt*, occurrit Jul. & Aug.

SALVIA *latifolia* RIV. & J. B. III. 304. *Salvia major, an Sphacelus Theophraſti* C. B. P. 237. In hortis frequens floret Iun. & Iul. floris colore variat. *Salbey.*

SALVIA nigra C. B. Pin. p. 237. Pediculi foliorum & nervi & recens enata folia ex atro rubent.

SALVIA major, foliis verſicoloribus C. B. Pin. 237. cum præcedente.

242. pariter in hortis Curioſorum aliquando occurrit, cujus baccæ ejusdem farinæ & originis eſſe videntur cum gallis Quercuum, & excreſcentiis monſtroſis Hieracii ſabaudi & Pulmonariæ gallicæ, nec non Hederæ terreſtris atque Roſæ ſylveſtris.

SALVIA foliis latis criſpis & veluti fimbriatis. Salvia latifolia ſerrata C. B. Prodr. p. 113. *Im Fürſtengarten* floret æſtate.

SALVIA altera, perelegans, tricolor, argentea Belgarum H. R. Pariſ. Varietates

SALVIA minor, RIV. *Salvia non aurita* C. B. In hortis paſſim floret cum ſequenti.

SALVIA minor, aurita C. B. *Salvia minor, auriculata* I. B. *Salvia minor* Dodon. In hortis frequens floret æſtate. Germ. *Creutz-Salbey.* [Varietates]

SALVIA minor, foliis variegatis H. R. Pariſ. App. cum præcedentibus floret.

PHLOMIS T. & RIV. *Salvia fatua flore luteo* RIVINI in prioribus. *Verbaſcum anguſtis Salviæ foliis* C. B. P. p. 240. In hortis Curioſorum æſtate floret.

DRACOCEPHALON RIV. *Dracocephalon americanum* Breynii Prodr. 1. 34. *Digitalis indica, anguſtifolia, profunde ſerrata, folio Perſicæ* H. R. Pariſ. In hortis Curioſorum floret Iul.

CASSIDA paluſtris, vulgatior, flore cœruleo Tournefort. *Lyſimachia cœrulea, galericulata, vel Gratiola cœrulea* C. B. P. 246. *Tertianaria*, *aliis Lyſimachia galericulata* I. B. 3. 435. Ad fluviorum & torrentum ripas in ſalicetis *um Rode und* Hanſ*pitzen*, *wie auch im groſſen Paradieß;* item *an dem untern Raths-Teiche vor dem Löber-Thore*, *in denen Sümpffen des Cluſewitziſchen Pfarr*-Höltzgens, *auch zwiſchen der alten Ginne und Liſden;* in alnetis & piſcinis neglectis, copioſa eſt. Floret Iunio Iul. & Auguſto. (In poſthumis inter monangias habetur)

CASSIDA paluſtris, vulgatior, flore albo. Tournefort. cum præcedente aliquando occurrit. (Varietas)

SCVTELLARIA folio non ſerrato RIV. nondum

deſcripta. In paludoſis & opacis prope Lipſiam, cum præcedente floret. [ Annon *Caſſida paluſtris minima flore purpuraſcente* I. R. H. ]

SCVTELLARIA latifolia flore minori RIV. *Lamium peregrinum ſ. Scutellaria* C. B. Prodr. *Caſſida* COLVMNAE in hortis Curioſorum æſtate floret.

PRVNELLA Rivin. *Prunella* major, folio non diſſecto C. B. P. p. 260. *Prunella flore minore, vulgaris* I. B. 3. 428. In pratis, paſcuis & ſylvis frequens floret Iulio. Flore albo & dilute cœruleo & purpuraſcente foliisque integris & ſerratis variat. *Prunelle, Braunellen.*

PRVNELLA cœruleo, magno flore C. B. P. 261. *Prunella flore magno, folio non laciniato* I. B. 3. 429. *Prunella* I. Cluſii Hiſtor. XLIII. In aſperis & apricis frequens floret Iun. Iul. & Aug. & hæc floris colore albo variat, nec non foliis profunde inciſis. Sed hæ varietates rariores ſunt.

PRVNELLA hyſſopifolia C. B. *Prunella anguſtifolia* J. B. 3. 430. *bey Liſsla;* ſed rarius floret cum præcedente. [Vereor ne ſit varietas. In poſthumis omittitur.]

PRVNELLA folio laciniato, flore albo. H.R. Pariſ. *Brunella folio laciniato* C. B. P. c. l. *Prunella flore albo, parvo, folio laciniato* J. B. 3. 429. *Prunella II. non vulgaris, albo flore* Cluſii Hiſt. XLIII. *An denen Hecken der Weinberge im Lerchen-Felde,* floret æſtate.

GALEOPSIS minor RIV. *Lamium purpureum, fœtidum, ſive Galeopſis Dioſcoridis* C. B. P. 230. *Galeopſis, ſive Urtica iners, folio & flore minore* J. B. 3. 323. *Urtica iners altera* Dod. Pempt. 153. *todte Neſſel, taube Neſſel.* In cultis & arvis frequens floret toto fere anno; & flore albo quandoque variat.

GALEOPSIS RIV. *Lamium folio oblongo, flore rubro* Parkinſon. Theatr. 606. *Lamium purpureum, non fœtens, folio oblongo* C. B. P. 231. *Galeopſis, ſive Urtica iners, flore purpuraſcente, majore, folio non maculato* J. B. 3. 321. Ad ſepes *in und um Ammerbach, auch bey Zöllnitz und Laaſsdorff an der Rode, und zu Liſsden an denen*

currit vero tale *zu Liſsden an denen Hecken, und bey Eiſenach nach Eichert zu*, floret tota æſtate & autumno. Floret Aprili & Majo, nec non tota æſtate. Solenander Milzatellam vocat, & contra vitia lienis laudat. [Mera varietas.]

LAMIVM vulgare, album, ſive Archangelica, flore albo Parkinſon. Theatr. 604. *Lamium album non fœtens, folio oblongo* C. B. P. 231. *Galeopſis, ſive Urtica iners, floribus albis* J. B. 3. 322. Ad ſepes paſſim, floret cum præcedente. Germ. *taube Neſſeln.* [A priori parum differt.]

GALEOPSIS folio caulem ambiente RIV. *Lamium folio caulem ambiente* C. B. P. *Galeopſis, ſive Urtica iners, minor, folio caulem ambiente* J. B. 3. App. 853. *Morſus gallinæ folio Hederulæ alter* Lobel. icon. 463. *Alſines ſpecies* Tabern. icon. 714. In agris paſſim floret toto fere anno, & magnitudine variat.

[In poſthumis ſeorſim habet GALEOPSIN folio caulem ambiente minorem RIV. Lamium folio caulem ambiente minus C. B. Sed ea Varietas eſt.]

CEDRONELLA Rivini. *Moldavica Betonicæ folio, flore cœruleo* Tournefort. inſtit. 184. *Meliſſa peregrina, folio oblongo* C. B. P. 229. *Meliſſa turcica mutis dicta* J. B. p. 2. 234. *Meliſſa turcica* Tabernæm. icon. 355. Flore albo variat, floretque in hortis Iul. & Aug. *fremde Meliſſe, Türckiſche Meliſſe.*

CEDRONELLA orientalis, Salicis folio Riv. *Moldavia orientalis Salicis folio* Tournefort. In hortis cum præcedente floret.

CEDRONELLA auſtriaca RIV. *Pſeudochamæpitys* El. *Chamæpitys cœrulea auſtriaca* C. B. P. p. 250. In hortis Curioſorum æſtate floret.

CEDRONELLA canarienſis trifoliata odore camphoræ. *Moldavica americana, trifolia, odore gravi* Tournef. *Meliſſa forte canarina, triphyllos, odorem camphoræ ſpirans penetrantiſſimum* Plukenet. Almag. Botan. 400. & phytograph. Tab. 325 fig. 5. In hortis Curioſorum floret autumno v. g. *zu Gotha in des Herrn geheimden Raths Avemanns Garten.*

MARRVBIASTRVM Riv. *Ballote* Matthiol. 825. *Marrubium nigrum, ſive Ballote* J. B. 3. 318. *Marrubium nigrum, fœtidum* C. B. P. 230. Ad ſepes paſſim floret Jun. & Jul. Flore albo etiam variat, [Jenæ intra urbem] Germ. *ſchwartzer Andorn.*

CANNABIS ſpuria RIV. *Galeopſis procerior, caliculis aculeatis, flore purpuraſcente* Tournefort. *Urtica aculeata, foliis ſerratis* C. B. P. 232. *Cannabis ſylveſtris quorundam, Urticæ inerti affinis* J. B. c. l. *Cannabis ſylveſtris ſpuria, altera, Lamium quorundam* Lobel. icon. 527. Ad ſepes & rudera frequens floret tota æſtate. Floribus magnis & parvis purpureis & albicantibus variat v. g. *auf der Inſul an denen Hecken.*

CANNABIS ſpuria flore majore RIV. *Galeopſis altera caliculis aculeatis, flore flaveſcente* Tournefort. Hujus barba ex purpureo, luteo & albo colore eleganter variegata eſt. An *Galeopſis anguſtifolia, flore variegato* Tournefort. Inſtit. 185. *Cannabis ſpuria, anguſtifolia, variegato flore polonica?* vid. Rajus in Hiſt. Ad ſepes & ſcrobes, & in udis pratis. *Um Laaßdorf und Bürgel,* floret Jun. Jul. & Aug.

LADANVM ſegetum RIV. *Galeopſis patula ſegetum, flore purpuraſcente* Tournefort. *Sideritis arvenſis, anguſtifolia rubra* C. B. P. 233. *Alyſſum Galeni, flore purpureo* Tabern. icon. 541. Flore albo variat; In vineis *nach dem Rauhenthal hin im Lerchen-Felde*, & inter ſegetes paſſim, v. g. *wo man nach der Papier-Mühle gehet*, floret æſtate.

LADANVM ſegetum latifolium RIV. cum præcedente v. g. *nach Hummelshayn, wo man von dar nach Kahla reiſet.* Alia hujus plantæ ſpecies mihi occurrit in agris arenoſis *bey Hummelshayn*, floris colore multum varians, cujus fig. exhibuiſſe videtur Dominicus Chabræus in append. ad ſciagraphiam ſtirpium. [ Intelligere videtur *Ladanum ſegetum aliud* El. p. 644. Sed neque hoc, neque latifolium Ladanum a priori differre puto: In plantis certe ſiccis Ladanum latifolium mera varietas eſt.

STACHYS paluſtris RIV. *Galeopſis* paluſtris, Betonicæ folio, flore variegato Tournefort. Inſtit. p. 185. *Stachys paluſtris, fœtida* C. B. P. 236. *Galeopſis anguſtifolia fœtida* J. B. 3. App. 854. *Panax* Coloni apud Gerh. Anglum. vid. Raji hiſt. plant. univerſalis. Inter ſegetes & in ſcrobibus floret Jun. & Jul.

STACHYS ſylvatica RIV. *Galeopſis procerior, fœtida, ſpicata* Tournef. Inſtit. 185. *Lamium maximum, ſylvaticum, fœtidum* C. B. P. 231. *Galeopſis, ſive Urtica iners, magna, fœtidiſſima* J. B. 3. App. 853. *Urtica herculea* Tabernæm. icon. 536. *Galeopſis legitima* Dioſcorid. & Cluſ. Ad ſepes & in dumetis floret Junio & Julio v. gr. *bey Ziegenhayn.*

STACHYS alpina. *Pſeudo-Stachys alpina* C. B. In ſylvis montoſis, v. g. *auf dem Dieſsberge bey Gieſſen* floret Julio. [ In Helvetia frequens.]

STACHYS arvenſis minima Riv. *Sideritis lato obtuſo folio* in agris frequens *bey Wittenberg und Gieſſen* [ circa *Lengeler* prope *Gottingam.*] floret æſtate & autumno.

STACHYS folio Cardiacæ RIV. *Marrubiaſtrum Cardiacæ folio* Bocconis Muſ. Part. 2. Tab. 98. & Tournef. Provenit copioſiſſime in paludoſis circa *Wittebergam* inter *Albim* fluvium & *Pradam*, nec non interdum in ſcrobibus inter *Naumburg* & *Leiſsnig*. Floret Jul. & Auguſto.

STACHYS major germanica C. B. P. 236. *Stachys Fuchſii* I. B. 3. 319. *Stachys Dioſc.* Lobel. icon. 530. *Stachys montana* Rivini. In agris montoſis, ſterilibus, & vineis, v. g. *nach Dornburg hin, um den Fuchsberg, Wellmeſe, und um den Forſt herum,* [*häuffig am Kunitzberg, faſt gegen Borſtendorf über.*] Floret Junio, Julio & Auguſto, flore albo variat.

GALEOPSIS, ſive Urtica iners, flore luteo J. B. 3. 323. *Lamium flore luteo* RIV. *Lamium folio oblongo, luteum* C. B. P. 231. *Urtica iners tertia, ſive Lamium luteo flore* Dodon. Pempt. 153. In nemoribus v. g. *im Raubenthale, im Cluſewitzer Höltzgen,* floret Majo. Foliis maculis albis, nigriſque notatis variat, quæ

GALEOPSIS lutea, amplioribus foliis maculatis Tournefort. Inſtit. 186. & Bœrhaavii Enumerat. Plant. Hort. Lugd. Bat. cum præcedente, *auf dem Kunitzer Berge.* [Varietas.]

CARDIACA J. B. 3. 320. *Marrubium*, *Cardiaca dictum, forte I. Theophraſti* C. B. P. 230. *Hertz-Geſpann, Hertz-Geſperr*, *Wolffs-Fuſs*, *Wolffs-Trapp.* Ad ſepes & rudera v. g. *in und um Zwetzen, und Burgau*, floret Junio, Julio & Auguſto; Flore albo quandoque variat, *bey der Wellmeſe*, nec non foliis eleganter criſpatis, de qua vid. P. Hermannus.

LEONVRVS perennis, africanus, Sideritidis folio, flore phœniceo, majore Breynii Prodr. 2. *Leonurus capitis bonæ ſpei*, Breyn. Cent. I. *Cardiaca africana*, *perennis*, *foliis Sideritidis*, *floribus longiſſimis*, *phœniceis*, *villoſis* H. L. Bat. In hortis floret æſtate, in brumam usque denſos ſpecioſiſſimorum florum verticillos explicans.

MOLVCCA Rivin. *Molucca lævis* Dodon. Pempt. 92. *Meliſſa Moluccana*, *odorata* C. B. P. 229. *Meliſſa lævis Moluccana* Munt. Phytogr. Fig. 217. *Molucca* J. B. 3. p. 2. 234. In hortis floret Jul. & Aug.

PSEVDO-DICTAMNVS acetabulis Moluccæ C. B. P. 222. In hortis Curioſorum floret Jun. & Jul.

PSEVDO-DICTAMNVS verticillatus, inodorus C. B. c. l. *Dictamnum adulterinum*, *quibusdam*, *verticillatum*, *vel potius Gnaphalium veterum* J. B. 3. p. 2. 255. In hortis floret Jul. & Aug.

MENTHASTRVM folio rugoſo, rodundiore, ſpontaneum, flore ſpicato, odore gravi J. B. 3. p. 2. 219. *Mentha ſylveſtris*, *rotundiore folio* C. B. P. 227. Ad ſcrobes *um Bothfeld, und in der Pfaltz überall*, [& in tota Alſatia.] Floret Jun. & Jul. Ab hac nonniſi cultura differt.

MENTHASTRVM ſpicatum, cultum, folio rotundiore rugoſo, J. B. *Mentha rotundifolia*, *ſpicata*, *altera* C. B. c. l. *Siſymbria*, *Mentha agreſtis* Lobel. icon. 508. Interdum foliis variegatis variat, quæ

MENTHASTRVM ſpicatum, folio criſpo rodundiore,

*thaſtrum anglicum* Riv. *Mentha ſpicata, folio variegato* C.B. In horto medico floret Jul. [Varietas.]

MENTHASTRUM Rivin. *Menthaſtrum ſpicatum, folio longiore, candicante* I.B. Ad ſcrobes & loca uligine madentia ſepium floret Iun. Iul. & Aug.

MENTHA paluſtris, folio oblongo C.B.P. 228. *Menthaſtri aquatici genus hirſutum, ſpica latiore* I.B. 3. p. 2. 222. *Calamintha tertia Dioſcoridis* Lobel. icon. 510. In riguis *vor den Rauhenthale*, floret Iul. & Aug. [In poſthumis vocatur *Mentha montana verticillata*, & in plantis ſiccis eſt eadem ſequenti arvenſi.]

MENTHA ſylveſtris, longioribus, nigricantibus, & minus incanis foliis C.B. c. l. *Mentha ſpicata folio longiore, acuto, glabro, nigriori* I.B. *an der Leiter und hin und wieder in Gärten*, floret Iul. & Aug.

MENTHA rotundifolia, criſpa, ſpicata C.B.P. *Mentha altera* Dodon. Pempt. 95. *Krauſemüntze.* In hortis paſſim floret Iul. & Aug.

MENTHA rotundifolia, paluſtris, ſeu aquatica, major C.B.P. 227. *Mentha aquatica, ſive Siſymbrium* I.B. 3. p. 2. 123. Chabræi p. 215. *Mentha ſpicata* Rivini. *Calamintha aquatica, Calamenthum aquaticum* Tabern. icon. 353. *Bach-Müntze, Kröten-Müntze, Kröten-Balſam.* In ſcrobibus & torrentibus frequens, floret Iulio & Auguſto v.g. *wo man nach Ziegenhayn zu dem Fürſten-Brunnen gehet.*

MENTHA arvenſis, verticillata, hirſuta I.B. 2. p. 2. 217. *Calamintha arvenſis, verticillata* C.B. P. 229. *Calamintha arvenſis* I. Tabernæm. icon. 352. In agris præcipue humidioribus, & in locis ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt; occurrit & quandoque multo major & altior in ſcrobibus. Floret cum præcedentibus.

MENTHA aquatica flore parvo ex cœruleo & albo vario. *Zu Ziegenhayn im Brunnen, und aufn Anger zu Löbſtädt.* [A priori differt glabritie, & ſtatura altiori.]

MENTHA verticillata folio anguſtiore RIV. *Mentha hortenſis verticillata Ocimi odore* C.B.P. p. 227. In hortis æſtate.

PVLEGIVM latifolium C. B. P. 222. *Mentha aquatica, ſeu Pulegium vulgare* Tournefort Inſtit. 189. *Poley.* In hortis floret Jul. & Aug. Spontaneum eſt prope Wittebergam in lacuſtribus & paludoſis pratis & paſcuis anſerum *zwiſchen dem Elb-Thor, und dem Fähr-Hauß,* [abunde ad Rhenum, autumno floret] flore albo quandoque variat.

PVLEGIVM anguſtifolium C. B. c. l. *Mentha aquatica, Saturejæ folio* Tournefort. Inſtit. p. 190. *Pulegium cervinum, anguſtifolium* J. B. 3. p. 2. 257. In hortis floret cum præcedente, ſed rarius eſt multo. A Mentha, ad quam Pulegium Tournefortius retulit, differt galea integra. [Sed ea manifeſto inciſa eſt, etſi anguſtior quam in Mentha.]

NEPETA Riv. *Mentha cataria vulgaris & major* C. B. P. p. 228. In ſepibus v. g. *auf der Inſul.*

NEPETA flore majore purpuraſcente RIV. *Mentha cataria latifolia* C. B. p. 229.

MARRVBIASTRVM Sideritidis folio, caliculis aculeatis, flore flavo, nigro-purpureo, capite medio croceo Columnn. p. 1. 196. In hortis Jun. & Jul.

LYCOPVS paluſtris, glaber Tournefort. Inſtitut. 191. *Pſeudo-marrubium* Rivini. *Marrubium aquaticum quorundam* J. B. In ſcrobibus frequens floret Junio, Julio & Auguſto; Foliis hirſutis, nec non in profundas lacinias diviſis, variat.

BETONICA Riv. & offic. *Betonica purpurea* C. B. P. 235. *Betonica vulgaris purpurea* J. B. 3. 302. In pratis, præcipue ſiccioribus, *auf der Tannig-Wieſe und auf dem Forſte, auch in dem Höltzgen bey Cluſewitz und Iſerſtädt,* item, *auf dem Kunitzer-Berge,* floret Junio, Julio & Auguſto. *Betonien, braune Betonien, Batenige.*

BETONICA alba C. B. P. 235. *Betonica flore albo* J. B. Cum præcedente rarius, præcipue *hinter Schlefreiſen, und auf den Wieſen bey Bubeck und Waldeck.*

SIDERITIS flore albo, barba luteola Rivini. *Betonica arvenſis, annua, flore ex albo flaveſcente* Tournefort. Inſtit. p. 203. *Sideritis arvenſis, latifolia, glabra* C. B. P. 233. *Sideritis glabra, arvenſis* J. B. 3. 427. Chabr. 473.

*Alyſſum majus* Tabern. icon. 541. Inter ſegetes, in montoſis & lapidoſis frequens floret tota æſtate.

SIDERITIS perennis ſupina. vid. Cluſ. Hiſtor. pannon. in arenoſis *bey Wittenberg an der Elbe hinunter nach Coſswick zu*, floret æſtate & autumno.

SIDERITIS flore luteolo Rivini & officinarum. *Sideritis pratenſis, vulgatiſſima. Sideritis foliis hirſutis profunde crenatis* C. B. P. 233. In pratis paſſim floret Junio & Julio; vulgo *Zeiſsgen-Kraut*, *Beruf-Kraut* vocant. [Eadem procul dubio priori, diverſa a ſynonymo C. B.]

SIDERITIS montana parvo varioque flore C. B. P. p. 293. *Sideritis montana parvo flore nigro purpureo* FAB. COL. In hortis Curioſorum æſtate floret.

SPHACELVS maritimus RIV. *Sideritis heracla* Dioſc. ſ. *Sideritis marina ſalvifolia* DONATI. PARKINSONI. *Sideritis prima Dioſcoridis Heraclea* FAB. COLVMNAE in Ecphraſi. In hortis Curioſorum æſtate.

SPHACELVS anguſtiore folio. *Sideritis brevi ſpica* Valerandi Dounz apud IOH. BAVHINVM.

BVGVLA Dodon. Pempt. 135. *Conſolida media, pratenſis, cœrulea* C. B. P. 260. *Conſolida media, quibusdam Bugula* J. B. 3. 430. Germ. *Güntzel*, *Günſel*. In pratis & pomariis frequens v. g. *im kleinen Paradieſse*, floret Majo; Flore albo, vel cinereo, & carneo variat, de qua poſteriore videatur Cluſius, quam Tournefortius immerito pro varietate ſequentis montanæ villoſæ habuit. Albo vero flore rariſſime.

BVGVLA montana Rivini. *Bugula ſylveſtris villoſa, flore cœruleo* Tournefort. Inſt. 209. *Conſolida media Genevenſis* J. B. 3. 432. *Conſolida media pratenſis, hirſuta* H. R. Pariſ. In aſperis, editioribus apricis, gramine tenui veſtitis floret Majo; Et hæc flore albo pariter atque ſuave rubente variat, ſed albo rariſſime [In Helvetiæ tamen pratis montoſis reperi]

MARRVBIVM album, vulgare C. B. P. 209. *Marrubium album* J. B. *Marrubium, ſive Praſium album* Tabernæm. icon. 539. Ad ſepes & vias publicas paſſim floret Jun. Jul. & Aug. *weiſſer Andorn.*

MARRVBIVM album anguſtifolium, *bey Erdeborn und Helffta*, verſus *Eisleben*, floret cum vulgari.

MELISSA hortenſis C. B. P. 229. *Meliſſa vulgaris, odore citri* I. B. 3. p. 2. 232. In hortis floret Julio. *Meliſſe, Mutter-Kraut, Citronen-Kraut.*

MELISSOPHYLLVM Rivini. *Meliſſa humilis, latifolia, maximo flore, purpuraſcente* Tournefort. Inſtit. 193. Meliſſa Tragi 12. *Lamium montanum, Meliſſæ folio* C. B. P. 231. *Meliſſa adulterina quorundam, amplis foliis & floribus non grati odoris* I. B. 3. p. 2. 233. Meliſſa Fuchſii Lobel. icon. 515. In altioribus montibus v. g. *auf dem Kunitzer-Berg, auf dem Tautenburgiſchen Forſte, und auf der Aſſe die ein Theil des Blockbergs iſt*, floret Majo & Junio. Flore variat albo, & floris barba rubra macula ornata de quo vid. Cluſius in hiſt. pannon.

CALAMINTHA vulgaris, vel officinarum. Germaniæ C. B. P. 228. *Calamintha flore magno, vulgaris* I. B. *Calamintha montana* Dodon. Pempt. 98. In hortis Curioſorum & circa *Weilburg* floret æſtate. *Berg-Müntze, wilder Boley* &c.

CALAMINTHA Pulegii odore, ſive Nepeta C. B. P. *Calamintha flore minore, odore Pulegii* I. B. 3. p. 2. 229. *Pulegium ſylveſtre, ſive Calamintha altera* Dod. Pempt. 98. *Calamintha arvenſis* 2. Tabern. In hortis cum præcedente.

CALAMINTHA incana, Ocymi foliis C. B. c. l. *Calamintha folio & flore, parvo, incana* J. B. 3. p. 2. 236. *Calamintha II. incana* Lobel. icon. 514. *Im Fürſten-Garten* floret Jul. & Aug.

HEDERA TERRESTRIS RIV. & officinarum. *Calamintha humilior, folio rotundiore.* Tournef. Inſtit. 194. *Hedera terreſtris, vulgaris* C. B. P. 806. *Donner-Reben, Gundermann.* Ad ſepes & in pomariis paſſim Majo & April. Magnitudine variat, [tum habitus, tum floris] pro loci natalis diverſitate, ſed non differt, teſte D. Rivino *in* Ord. Plant. fl. irreg. monop. [In poſthumis ſeparat minus bene] Hederæ terreſtri aliquando adnaſcitur tuber-

liqua hujus generis, ortum, quod diſſectum vermiculos ab inſecti ovulis ortos continere deprehenditur; hujus figura vid. in Pancovii herbario portatili. [*hujusmodi vitium reperi im Raubenthale*]

HEDERA TERRESTRIS, *vulgaris, flore purpureo* H. R. Pariſ. cum præcedente v. g. *bey Schleſreiſen.* Variat & hæc magnitudine pro loci natalis diverſitate:

CLINOPODIVM Origano ſimile, elatius C. B. P. 225. *Clinopodium quorundam, Origani facie* I. B. 3. p. 2. 250. Ad ſepes, in ſylvis, dumetis & vineis floret Junio & Julio. *Wirbel-Doſten.* Variat perticillis pluribus vel paucioribus.

ACINOS Rivini. *Acinos multis* I. B. 3. p. 2. 259. *Ocimum ſylveſtre, Acinos* Dodon. Pempt. 280. *Clinopodium montanum* C. B. P. 225. In vineis frequens, & agris arenoſis ſterilibus, floret Jun. & Jul. Flore albo aliquando variat.

ROSMARINVS hortenſis, anguſtiore folio C. B. P. 217. *Roſmarinus coronarius, fruticoſus, ſive nobilior, anguſtiore folio* I. B. 2. 15. Λιβανῶτις ςεφανοματικὴ Dioſcoridis ab odore thuri ſimili. *Roſmarinum coronarium* Dodon. In hortis paſſim floret Jun. & Jul. *Roſmarin.*

ROSMARINVS hortenſis, anguſtiore folio, argenteus H. R. Pariſ. cum præcedente.

ROSMARINVS ſpontaneus, latiore folio C. B. *Rosmarinus coronarius, fruticoſus, ignobilior* I. B. 2. 15. cum præcedente.

ROSMARINVS folio variegato. Tournefort. Inſtitut. *Roſmarinum ſtriatum, ſive aureum* Parkinſ. Theatr. 74. cum præcedentibus. Varietates.

SATVREIA ſativa I. B. 2. 272. *Satureja hortenſis, ſive Cunila ſativa Plinii* C. B. P. 218. *Satureja* Dod. In hortis paſſim floret æſtate. *Saturey, Zatrey.*

SATVREIA perennis RIV. & CAM. *Calamintha Saturejæ foliis & facie* I. R. H. In hortis Curioſorum Jun. M.

THYMVS vulgaris folio latiore, C. B. P. 219. *Thymum durius.* Dod. Pempt 276. *Thymian.* In hortis paſſim floret Jun. & Jul. *Thymian.*

THYMVS vulgaris folio tenuiore C. B. P. p. 219.

SERPILLVM vulgare, majus, flore purpureo & albo. C. B. P. 220. Ad ſepes & in vineis frequens & dumetis editioribus floret Maj. Jun. & Julio, rarius flore albo.

SERPILLVM vulgare, minus C. B. P. 220. *Serpillum vulgare* I. B. 3. p. 2. 269. Flore purpureo, & albo etiam variat. Germ. *Quendel*, *Quenelchen*, *Feld-Quendel*, *Feld-Kümmel.* In ericetis & formicarum acervis paſſim juxta vias floret Iun. Iul. & Aug. Interdum flore albo occurrit.

SERPYLLVM flore minore RIV. cum præcedente.

SERPILLVM citratum Rivini & Tabernæm. icon. 360. *Serpillum foliis citri odore* C. B. P. 220. In  acclivibus juxta vias publicas, *zwiſchen Lobada, und der neuen Schencke*, & alibi in formicarum acervis floret cum præcedentibus. Flore albo etiam ludit.

SERPILLVM anguſtifolium, hirſutum, C. B. c. l. *Serpillum anguſto, lanuginoſoque folio* I. B. *Serpillum Pannonicum* III. Cluſ. Hiſt. 360. In apricis, aſperis, meridiei expoſitis floret tota æſtate v. gr. *auf den Fuchs-Berge.*

SERPILLVM hirſutum latifolium. C. B. Pin. pag. 220. quod I. in prodromo; ad aggeres hortorum & vinearum, *wo man den Fuſs-Pfad nach dem Raubenthale gehet*, floret Iul. a)

MARVM RIV. *Sampſuchus ſ. Marum maſtichen redolens* C. B. p. 224. In hortis Curioſorum æſtate. *Clinopodium quibusdam, Maſtichina Gallorum* I. B. 3. p. 2. 243. vulgo *Marum verum.* In hortis floret æſtate; Confundi vero minime debet cum Maro Cortuſi, quod ſuperius ſuo loco recenſuimus inter flores barbatos tantum.

LAVANDVLA latifolia C. B. P. 216. *Pſeudonardus, quæ Lavandula vulgo* I. B. 3. 281. *Spica* officinarum, *Spick,*

a) Hæc Serpylla omnia vel in unum idemque conjungere oportet, vel in duo certe magniflorum & parviflorum.

*Spick*, *Spicanard*. Ex hac planta paratur oleum Spicæ, quod ſingulari virtute pollere creditur ad gummi Copal reſolvendum pro vernice In hortis variis floret æſtate; Flore albo quandoque variat.

LAVANDULA anguſtifolia C. B. P. 216. *Lavandula altera* Dodon. Pempt. 273. *Lavendula* officinarum Germ. *Lavendel*; Et hæc flore albo variat; In hortis frequens occurrit & floret æſtate cum præcedente.

LAVANDULA folio diſſecto C. B. P. 216. *Lavandula multifido folio* I. B. 3. 181. Cluſii Hiſtor. 345. In hortis floret æſtate & autumno; Flore albo variat.

STOECHAS folio ſerrato C. B. P. 216. *Stœchas ſerrato & criſpo folio* I. B. 3. 279. *Stœchas criſpo folio* Cluſii Hiſt. 345. *Lavendula foliis crenatis* Tournef. Inſt. p. 198. In hortis floret Iul. & Aug.

STOECHAS purpurea C. B. P. 216. *Stœchas arabica vulgo dicta* I. B. 3. 277. *Stœchas brevioribus ligulis* Cluſ. Hiſt. 344. In hortis quandoque occurrit, ſata ex ſeminibus in officinarum capitulis Stœchadis arabicæ obviis, vid. Camerarius in ſuo Matthiolo cap. XXVII. p. 338. floretque Iul. & Aug.

MAIORANA RIV. *Majorana vulgaris* C. B. P. 244. *Majorana majori folio*, *ex ſemine nata* I. B. 3. p. 2. 241. In hortis paſſim floret Auguſto; Semina vero hic terrarum raro perficit *Majoran*, *Meiran*.

MAIORANA perennis RIV. Majorana ſylveſtris perennis C. B. p. 224. In hortis floret æſtate.

MAIORANA rotundifolia, villoſa, Saturejæ odore Tournefort. Inſtit. In hortis Sereniſ. Principis.

MAIORANA folio rotundo RIV. *Majorana rotundifolia*, *ſcutellata*, *exotica* H. R. Pariſ. *Majorana rotundifolia*, *cochleata*, *radice perenni* Joncquet Hort. Origano cognata Zatarendi C. B. P. 223.

MAIORANA tenuifolia C. B. P. 224. *Majorana tenuior & lignoſior* I. B. 3. p. 2. 241. In hortis.

ORIGANUM ſylveſtre, Cunila bubula Plinii C. B. P. 223. *Origanum vulgare ſpontaneum* I. B. 3. 236. *Origanum ſylveſtre* Dodon. Pempt. 285. In vineis & ſyl-

vis paſſim floret Jun. & Jul. flore albo, quandoque variat. *Doſten*, *Wohlgemuth*, *Orant*.

ORIGANVM heracleoticum, Culina gallinacea Plinii C. B. P. *Origanum heracleoticum* I. & II. Tabernæm. icon. 345. In hortis ubi *Winter-Majoran* vocant, floret Jul.

ORIGANVM minus folio variegato RIV. *Majorana ſylveſtris perennis*, quam ſubluteis foliis ex Anglia habuit C. B. In hortis Curioſorum æſtate floret.

ORIGANVM folio ſubrotundo C. B. c. l. *Origanum Monſpelienſe, pulchrum* Camerar. Epitom. 468. In aſperis & apricis quandoque floret cum vulgari.

ORIGANVM fruteſcens oblongo folio. In horto Medico & Seren. Principis floret Jul.

ORIGANVM ſpurium flore fiſtuloſo RIV. *Origanum fiſtuloſum canadenſe* CORN. In hortis Curioſorum æſtate.

DICTAMNVS Creticus offic. *rechter* Diptam *aus* Candia. In hortis Curioſorum floret Aug.

VERBENA RIV. *Verbena communis cœruleis & albidis floribus* C. B. P. 269. *Verbena vulgaris* I. B. 3. 443. *Verbena recta* Dodon. Pempt. 150. Ad ſepes & vias publicas paſſim floret Iul. & Auguſto. *Eiſenhart*, *Eiſen - Kraut*, *Tauben - Kraut*.

VERBENA folio Urticæ anguſtiore RIV. *Verbena peregrina foliis Urticæ* DODARTI. In hortis Curioſorum æſtate.

EADEM latioribus foliis elatior. Cum priori.

HYSSOPVS officinarum cœrulea, ſeu ſpicata. C. B. P. 217. In hortis, & muris urbis nec non cœmeterii frequens, floret tota æſtate. *Iſop*, *Eiſopen*.

HYSSOPVS vulgaris, alba C. B. P. 218. *Hyſſopus albis floribus* Lobelii Icon. 435. Cum præcedente.

HYSSOPVS rubro flore C. B. P. 217. *Hyſſopus Arabum flore rubro* Lobel. c. l. cum præcedentibus. [Varietates]

## *III. Seminibus tectis capſula.*

### (1.) SIMPLICI.

PINGVICVLA Geſneri, ἰόνυγρον ejusdem. *Sanicula montana flore calcari donato* C. B. P. p. 243. In pratis udis *bey Arnſtadt*, *nach der Fürſtin Hauß*, & in paſcuis montoſis floret Majo & Aprili. Flore albo, variat, ſed rarius, de quo vid. C. Cluſ. Pan. p. 360. & J. Rajus in hiſt. plant. univerſali. NB. Hujus plantæ flos eſt calcari donatus, adeoque nomen irregularis meretur, non ſecus ac Phu. [Imo totus irregularis, adfinis Linariæ]

[PYXIDARIA LINDERN P. Alſ. T. 5. 9. p. 156. *Antirrhinum paluſtre minus Centaurii minoris foliis* D. GAGNEBIN. Flos monopetalos, unilabiatus, inferne amplus, ſuperne anguſtus, clauſus, ſubpurpureus. Fructus ovalis, unilocularis, polyſpermos. Calyx ad baſin anguſte quinquefidus. In limoſis & humidis circa Argentoratum.]

LENTIBVLARIA Geſneri & Rivini *Millefolium aquaticum*, *lenticulatum* C. B. P. 141. *Fœniculum aquaticum*, *galericulatum* Tabernæmontani. *Millefolium aquaticum*, *flore galericulato* Lobel. In ſtagnis & putridis ſcrobium aquis v. g. in piſcinis *bey Schleben*, *auch* in lacuſtribus *bey der frœlichen Wiederkunfft*, item *bey Schlefreiſen*, magnitudine variat; Rivinus huic plantæ ſemen unicum tribuit, Knauthius vero plurima, minutiſſima, intermedio ſtilo nutritivo adnata [idque recte] floret Iulio.

OROBANCHE major, Caryophyllum olens C. B. P. 87. *Orobanche flore majore* I. B. 2. 780. *Limodorum*, *ſive Orobanche* Dodon. Pempt. 552. Flore & caule luteo, & fuſco paſſim variat. In montibus tenui gramine obſitis v. g. *auf dem Gleißberge*, *auf dem Fuchsberg und Kunitzberg beym Schloſſe, und auf denen dürren Wieſen nach Kunitz hin unter dem Jentzig.* Floret Majo & Jun.

OROBANCHE ramoſa, floribus cœruleis C. B. P. 88.

Inter cannabim in arvis v. g. *bey Wöllnitz im groſſen Paradieſs*, floret Julio & Aug. Thuringiæ aliqui agricolæ *Hanffmännugen* vocant; Floribus quandoque purpureis nec non albis variat; hinc

OROBANCHE minor, purpureis floribus, ramoſa Chabræi p. 257. Cum præcedente, [cujus varietas eſt] NB. Obrobanches ſpecibus aliqui adnumerant Hypociſtin, ſed male, ſiquidem hæc planta genus ſeparatum ab Orobanche conſtituat; vid. Camerarii Epitome Matthioli, & Tournefortii Corollarium ad Inſtitut. rei herbariæ.

SQVAMARIA Rivini, & Loniceri *Anblatum* Tournefortii in generibus plantarum recens inſtitutis pag. 48. ubi a vocibus germanicis *ohne* i. e. ſine, & *Blat* folium (quaſi plantam foliis carentem diceres) potius Ohnblatum dici debere judicat *Dentaria major* Matthiol. *Orobanche radice dentata major* C. B. P. 88. Germ. *Schnuppen-Wurtz*, *Anblat*, *Freiſam-Kraut*, *St. Georgen-Wurtz*. vid. Camer. p. 415. In nemoribus *auf dem Kunitzer Berge nach dem Taxusbaum hinten zu und im Raubenthale, auch hinter den Fürſten-Brunnen zur rechten Hand*, [Gottingæ in ſylvis frequens] floret Aprili. Quæritur an orientalis Anblati ſpecies, quam Tournefortius l. c. recenſet, differat a noſtra? nam & C. B. in Pin. l. c. duas ſpecies refert. Vid. & Scheuchzer. Itin. alpin. a)

## (2) CAPSVLA BIPARTITA.

MELAMPYRVM purpuraſcente coma C. B. P. 234. *Melampyrum multis*, *ſive Triticum vaccinum* J. B. 3. 493. *Triticum vaccinum* Dodon. Pempt. 541. Inter ſegetes frequens, floret Jun. Jul. & Aug. quandoque & coma alba variat. Germani vocant. *Wachtel-Weitzen.* Hujus ſemen frumentis permiſtum, farinam cœruleo colore inficit, unde agricolis odioſa eſt hæc planta.

MELAM-

a) Videtur RVPPIVS hic *Sorriam* velle quam SCHEVCHZERVS

MELAMPYRUM ſylvaticum Rivini. *Melampyrum cœrulea coma* C. B. P. *Parietaria Lipſienſium* Tragi. In ſylvis paſſim floret tota æſtate; Hæc flores habet aureos violaceis comæ foliis eleganti ſpectaculo interjectos; quandoque & folia comæ alba ſunt, flores tamen aurei, uti in violacea coma. [frequenter in umbroſis] Ob hanc colorum miſcellam Germanis *Tag und Nacht* dicitur, *oder Küh-Weiden*, quia vaccæ hac planta delectantur, it. *Küh-Weitzen.* Aliqui peſſimo errore, tam latina, quam germanica nomina hujus plantæ & Parietariæ officinarum confundunt.

MELAMPYRUM montanum Rivini. *Melampyrum luteum, latifolium* C. B. P. 234. *Parietaria ſylveſtris* II. Cluſii Pannon. & Hiſtor. Plantar. Rar. *Mylium ſylvaticum* I. & II. Tabern. In montoſis ſylvis v. g. *auf der Wellmeſe* floret tota æſtate. *Wald-Hirſe.*

[MELAMPYRUM floribus ſparſis ſeſſilibus binatis, foliis omnibus indiviſis *Enum. ſtirp. Helv.* p. 627. *Melampyrum luteum Alpinum* BURSERI. In ſylva hercynia vulgatiſſima.]

MELAMPYRUM criſtatum Rivini & J. B. 3. 440. *Melampyrum luteum anguſtifolium* C. B. P. 134. *Melampyrum luteum, Linariæ folio* Prodr. 112. *Auf der Wellmeſe und auf dem Forſte, aufm Kunitzberg, und zwiſchen Bubeck und Waldeck.* [Variat flore albo & purpuraſcente.] Floret Julio.

ODONTITES Rivini & Tabernæm. icon. 242. *Pedicularis ſerotina, purpuraſcente flore* Tournefort. Inſtitut. 172. *Euphraſia pratenſis rubra* C. B. P. 234. *Euphraſia parva, purpurea* J. B. 3. 433. *Euphraſia altera* Dodon. Pempt. 55. In paſcuis & ſubudis juncetis floret Julio & Aug. Quandoque etiam flore albo variat.

ODONTITES flore luteo Tabernæm. & Rivini. *Pedicularis ſerotina, lutea* Tournefort. Inſtit. 172. *Euphraſia pratenſis lutea* C. B. P. 234. *Coris monſpeſſulana lutea* J. B. 3. 433. *Euphraſia ſylveſtris major, lutea, anguſtifolia* Columnn. Ecphraſ. In apricis, aridis, ſaxoſis, & tenuî gramine veſtitis locis variorum montium, v. g. *hinter Zie-*

*genhayn*, [in prato aprico e regione viæ ducentis ad ſylvam *Wellmeſe*] *und zwiſchen dem Rauhenthale und Cluſewitz, und über der Papier-Mühle nach Coſpida zu*, floret Aug. & Sept.

CRISTA GALLI major, & elatior, calice floris hirſuto, rictus limbo violaceo. *Pedicularis pratenſis lutea, erectior, calice floris hirſuto* Tournefort. Inſtit. 172. *Criſta galli mas* J. B. 3. 436. *Hahnen-Kamm.* Floret Jun. Jul. & Aug. in paſcuis & pratis, [circa *Cluſewitz*] ſæpe etiam inter ſegetes, ubi pariter agricolis odioſa eſt, quia farinam cœruleo colore inficere creditur. Germ. *Glitſch.*

CRISTA GALLI pratenſis, humilior, coma fuſca. [calyce glabro] *Criſta galli fæmina* J. B. 3. 436. *Pedicularis pratenſis lutea, vel Criſta galli* C. B. P. 163. cum præcedente.

CRISTA GALLI, anguſtifolia, montana, ſerotina. *Criſta galli anguſtifolia, montana* C. B. P. p. 86. In montoſis ſylvis *bey Jena-Prieſsnitz, und der Wellmeſe*, floret Julio & Aug. [Varietas prioris.]

PEDICULARIS Rivin. *Pedicularis paluſtris, rubra, elatior* Raji Hiſtor. 770. Tragus iconem dedit. Circa ſtagna & in pratis uliginoſis cum Linagroſti v. g. *zwiſchen Wöllnitz und dem Fürſten-Brunnen*, floret Majo & Jun.

PEDICULARIS humilior. *Pedicularis pratenſis purpurea* C. B. P. 163. *Pedicularis quibusdam, Criſta galli flore rubro & albo* Chabr. 476. In paſcuis *nach Ruttersdorf und Städtgen Rode*, [ſupra *Bürgel* in ſylva verſus *Waldeck*, in ſylvis *Schlefreiſenſium*] floret cum præcedente.

EUPHRASIA officinarum C. B. P. 233. *Euphraſia* J. B. 3. 432. Dodon. Pempt. 54. *Augen-Troſt.* In pratis montoſis v. g. *auf der Wellmeſe und auf dem Forſt*, floret Auguſto.

EUPHRASIA ramoſa, pratenſis, flore albo Eyſtett. Cum præcedente.

EUPHRASIA minus ramoſa, flore ex cœruleo purpuraſcente. Cum præcedentibus. a)

SCRO-

SCROPHVLARIA Riv. & offic. *Notoſa fœtida* C. B. P. 235. *Scrophularia vulgaris & major* J. B. 3. 421. *Scrophularia* Dodon. Pempt. 50. *Braun-Wurtz, oder ſchwartzer Nachtſchatten, Knoten-Kraut.* Ad ſepes & in dumetis paſſim, floret tota æſtate; Foliis & caulibus hirſutis quandoque variat.

SCROPHVLARIA aquatica major C. B. P. 5. 235. *Scrophularia maxima, radice fibroſa* I. B. 3. 421. *Betonica aquatica* Dodon. Pempt. 50. Germanis *Waſſer-Betonien, oder weiſſer Nacht-Schatten.* Ad rivulos v. g. *zwiſchen dem Fürſten-Brunnen und Wöllnitz,* floret tota æſtate.

SCROPHVLARIA Sambuci folio, flore magno & ſpecioſo. *Sideritis Sambuci folio* Alpin. exot. in hortis Curioſorum floret æſtate.

SCROPHVLARIA flore luteo C. B. P. 236. Prodr. 112. *Scrophularia lutea, magna, ſimplis foliis* I. B. 3. 422. In hortis floret Aprili & Majo.

SCROPHVLARIA folio Urticæ C. B. P. 236. *Scrophularia flore rubro* Camerarii I. B. 3. 422. *Scrophularia peregrina* Camerar. Hort. Tab. XLIII. & Epit. Matthiol. p. 397. In horto medico floret Iun. & Iul.

ACANTHVS mollis Riv. *Virgilii* C. B. In hortis Curioſorum.

ACANTHVS aculeatus C. B. p. 383. *Acanthus ſpinoſus* Eyſtett.

ACANTHVS medius rarioribus & brevioribus aculeis donatus D. FAGON. Schol. bot. Cum priori.

ECBOLIVM Riv. *Abatoda ceylanenſium.* In hortis.

ANTIRRHINVM vulgare I. B. 3. 462. *Antirrhinum majus, alterum, folio longiore* C. B. P. 211. In hortis paſſim, floret tota æſtate, & flore albo ludit, atque purpureo, & luteo purpureo.

ANTIRRHINVM flore luteo Lobel. *Antirrhinum luteum* TAB. Flore & folio a priore differt.

ANTIRRHINVM arvenſe Riv. *Antirrhinum majus* C. B. P. 212. *Antirrhinum anguſtifolium, ſylveſtre* I. B. *Antirrhinum ſylveſtre, Phyteuma* Dodon. Pempt. 182. *Hundes-Kopf, Dorant, Kalbs-Naſe.* In vineis inter ſegetes

v. g. *nach Wöllnitz hin in der Aue*, floret tota æſtate; Flore albo quandoque variat, quod ANTIRRHINUM arvenſe majus, flore albo H. R. Pariſ. dictum fuit:

LINARIA valentina Cluſ. Hiſp. 351. *Linaria triphylla, minor, lutea* C. B. P. 212. *Linaria trifolia* I. B. 3. 458. In hortis floret æſtate.

LINARIA Riv. & officin. *Linaria vulgaris, lutea, flore majore* C. B. Pin. p. 212. *Oſyris major* Tabern. *Linaria I.* Dodon. Pempt. Germ. *Lein-Kraut, Flachs-Kraut, Harn-Kraut*, ad ſepes, & in agrorum, vinearumque limitibus juxta ſcrobes & ſemitas frequens floret Iul. & Aug.

LINARIA floſculis albis Riv. *Linaria chalepenſis* MOR. In hortis Curioſorum æſtate.

LINARIA chalepenſis altera folio longiore I. B. ibid.

LINARIA foliis Pſyllii Riv. an *Linaria capillacea odora* C. B. prodr.

LINARIA americana Riv. In hortis Curioſorum cum prioribus.

LINARIA triphylla [in poſth. quadrifolia] *cœrulea* C. B. P. 212. Linaria cœrulea apula. Column. In agris *zwiſchen der neuen Schencke und Laaßdorf*, (ubi Dillenii plantam legi) floret æſtate. Ab hac vix, & ne vix quidem differt Linaria arvenſis cœrulea C. B. P. 213. [Hort. Elth. p. 198. f. 198.] nec non Linaria arvenſis violacea C. B. P. 213.

LINARIA pumila, vulgatior, arvenſis Tournefort. Inſtit. p. 169. *Antirrhinum arvenſe minus* C. B. P. 212. *Antirrhinum minimum* I. B. 3. 465. In agris paſſim, pariter atque muris & vineis floret tota æſtate.

CYMBALARIA floſculis purpuraſcentibus I. B. 3. 685. *Cymbalaria Italica, folio hederaceo* Lobel. icon. 615. Naſcitur paſſim in muris circa Ienam, quo B. Rolfincius ex Italia attulit *Cymbel-Kraut*, v. g. *hinter dem Zwinger und hinter dem* horto medico.

ELATINE folio ſubrotundo C. B. P. 252. *Elatine mas, folio ſubrotundo* I. B. 3. 372. *Veronica fœmina* Fuchſii, ſive *Elatina* Dodon. 42. In agris *nach Zwetzen und dem*

ELATINE folio acuminato, in baſi auriculato C. B. P. 253. *Elatine fœmina, folio anguloſo* I. B. 3. 372. In agris cum præcedente, ſed rarius multo *nach Laaſsdorf hin, iſt häuffig bey Gieſſen und Wittenberg*, [& Gottingæ] in arvis, ubi rarior prior eſt ſpecies folio ſubrotundo. [Cymbalaria & Elatine Linariæ ſpecies ſunt.]

DIGITALIS Riv. *Digitalis purpurea* I. B. 2. 812. *Digitalis purpurea*, folio aſpero C. B. P. 243. Creſcit copioſe *auf dem Inſels-Berge bey Waltershauſen, und bey Gieſſen auf dem Dieſsberge.* [In ſylva Hercynia ubique & in ſylvis etiam remotioribus, v. g. ad *Viſurgim* circa *Münden* abunde.] Hic vero in horto medico floret Iunio. Flore albo variat. Germ. *Fingerhut*, *Fingerhut-Kraut*, a ſimilitudine floris cum digitali.

DIGITALIS lutea, magno flore C. B. *Digitalis lutea, flore majore, folio latiore. Digitalis lutea* Tabern. icon. 567. *Auf dem Fuchs-Berge.* item *in der Wellmeſe über Jena-Prieſsnitz, und auf dem Kunitzer Berge*, [in M. *Hertzberg* ſuper *Ilefeld*, & paſſim circa *Wendefort*] floret Junio.

DIGITALIS flore luteo minore RIV. *Digitalis major lutea vel pallida parvo flore* C. B. pag. 247. Cum præcedente.

DIGITALIS flore ferrugineo RIV. *Digitalis anguſtifolia flore ferrugineo* C. B. pag. 244. In hortis Curioſorum.

GRATIOLA officinarum & J. B. 3. 434. *Digitalis minima, Gratiola dicta* Moriſ. Hiſtor. Oxon. p. 2 479. *Gratiola centauroides* C. B. P. 279. In horto medico floret Junio & Jul. Spontaneam deprehendi frequentiſſimam ad Albis ripam *zwiſchen Pirna und Meiſſen*, cum Allio illo, cujus Alpinus meminit *in der Meiſsniſchen* Chronica & ex eo C B. in Pin. Stanco Cavallo dicitur Italis, & a Germanis *Gottes-Gnade.* [In Helvetia frequens eſt]

PSEVDO-GELSEMINVM ſiliquoſum Rivini *Bignonia americana, Fraxini folio, flore amplo, phœniceo* Tournefort. *Gelſeminum hederaceum, indicum* Cornuti 102. In hortis Curioſorum floret Autumno.

GELSEMINUM indicum tetraphyllum; cum præcedente. Moriſonus ad Apocyna refert, ſed male.

VERONICA erecta ſylveſtris RIV. *Veronica major erecta* C.B.P. p. 246. In pratis & pomariis æſtate floret. [Eſt *pratenſis Serpylli folio.*]

VERONICA officinarum. *Veronica mas ſupina & vulgatiſſima* C. B. P. 246. *Veronica vulgatior, folio rotundiore* J. B. 3. 282. *Ehrenpreiſs.* In ſylvis paſſim & quercetis floret Jun. & Jul.

VERONICA ſupina, Teucrii folio Tournefort. *Chamædryi ſpuriæ affinis rotundifolia, ſcutellata* C. B. P. 249. *Alyſſum Dioſcorid. montanum* Columm. P. I. 286. in nemoribus *bey Scheits, und häuffig in denen Wäldern zwiſchen Freyenſen und Mühlſtein,* [Gottingæ ad rivulum ſuper Geismar abunde & in ſylvis hercyniæ ſupra *Hartzburg* & circa *Schluft.*] Floret Majo & Jun.

VERONICA pratenſis latifolia RIV. *Veronica minor foliis imis rotundioribus* Moriſ. *Chamædrys ſpuria, minor rotundifolia* C. B. *Teucrium ſupinum pratenſe & ſpurium, Chamædryoides* Lobel. icon 401. In pratis paſſim floret Majo & Jun. Magnitudine variat.

VERONICA latifolia minor RIV. Cum præcedente, (cujus varietas eſt.)

VERONICA montana RIV. *Veronica ſupina, facie Teucrii pratenſis* Lobel. 473. *Chamædris ſpuria major anguſtifolia* C. B. P. 249. & *Chamædris ſpuria major latifolia* El. In pratis & ſylvis frequens Junio & Jul. Hæc planta foliorum latitudine mirum variat, de quo vid. Cluſ. Pannon.

VERONICA montana anguſtifolia minor RIV. *Chamædris ſpuria minor anguſtifolia* C. B. P. p. 249. In apricis aggerum limitibus *bey Freyburg und Schmonen.* [Varietas.]

VERONICA anguſtifolia ſcutellata. *Anagallis aquatica* Chabræi, cujus elegantem figuram in App. exhibet. *Anagallis aquatica, anguſtifolia, ſcutellata* C. B. P. 252. & Pr. In ſylvis udis *bey Querl und Gaugeldorf,* item *bey Kleine,*

VERONICA montana annua nondum deſcripta. In apricis & aſperis *nach der neuen Schencke.* Majo & Junio floret. [In plantis ſiccis cum hoc nomine fuit *Veronica foliis Serpylli.*]

VERONICA foliis Ratæ RIVINI. *Veronica verna, trifido vel quinquifido folio* Tournefort. p. 145. *Alſine triphyllos cœrulea* C. B. in agris paſſim Aprili floret. *Händleinkraut.*

VERONICA folio Hederulæ RIV. *Veronica foliis Cymbalariæ* Tournefort. *Alſine Hederulæ folio* C. B. *Alſine ſpuria prior, ſive Morſus gallinæ* Dodon. Cum præcedente paſſim.

VERONICA foliis Chamædryos Riv. *Alſine Chamædrifolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus* C. B. P. 250. *Alſine ſerrato folio, glabro* J. B. 3. 360. In agris cum præcedentibus; Floris colore variat, qui modo totus cœruleus, aliquando tres laciniæ albicant, quarta vero eſt cœrulea, aliquando vero totus flos eſt niveus.

VERONICA foliis Chamædryos altera, nondum deſcripta. Differt a præcedente non ſolum floris colore, qui eſt totus cœruleus, ſed foliorum minus diſſectorum elegantibus crenis. Provenit in agris *nach Cluſewitz und Prieſsnitz hin.* Floret Aprili & Majo. [Varietas quam reperi circa Jenam.]

VERONICA floſculis cauliculis adhærentibus. Moriſ. Hiſt. Oxon. P. 2. 322. *Alſine Veronicæ foliis, floſculis cauliculis adhærentibus* C. B. Paſſim ad ſepes in apricis & aſperis floret Aprili & Majo.

VERONICA ſpicata RIV. *Veronica latifolia* C. B. *Veronica major, latifolia, foliis ſplendentibus & non ſplendentibus* J. B. 3. 283. *Veronica I. erectior, latifolia* Cluſ. Hiſt. 346. *Im Fürſten-Garten,* floret Jun. & Jul. Cluſius in Pannon. hujus & alteram ſpeciem obſervavit, foliis minime ſplendentibus, neque adeo atris, ac in præcedente; quæ ſpecies copioſa eſt in pratis prope Gieſſam, Lipſiam & Wittebergam; v. g. *bey Wittenberg auf denen Bleſerſchen Wieſen; bey Leipzig auf denen Wieſen nach Gonnewitz; bey Gieſſen auf denen Wieſen nach dem philoſophiſchen Wäldgen*

*zu*, & floret Jun. [Hanc in poſthumis vocat *Veronicam ſpicatam pratenſem foliis Salignis.* Differt autem foliis acutioribus.]

VERONICA ſpicata anguſtifolia; *in denen Heiden zwiſchen Kamberg und Duben, auch auf dem Apollensberge bey VVittenberg, und bey Freyburg*, floret æſtate. [Annon *Veronica ſpicata recta minor*]

VERONICA montana ſpicata minor. *Veronica ſpicata minor* C. B. P. *Im groſſen VVald zwiſchen Heidelberg und Speier*. [Omnino ex loco natali eadem priori.]

VERONICA americana, erecta, fruteſcens, & ramoſa folio Verbenæ. *Veronica americana erecta* Parad. Bat. 241. In horto medico & S. Principis floret Julio. Flores habet albos.

VERONICA pratenſis, ſerpillifolia C. B. P. 247. *Veronica femina quibusdam, aliis Betonica Pauli ſerpillifolia* J. B. 3. 285. *Veronica pratenſis* Dodon. Paſſim in pratis & pomariis *bey Löbſtädt*, floret Majo.

BECCABVNGA RIVIN. & officin. *Veronica aquatica major folio ſubrotundo* I. R. H. *Bachbungen*. Paſſim in Scrobibus & ad rivulos æſtate floret. Flore carneo variat *bey VVöllnitz, und an der Leiter nach der Purſchen-Schantze zu*.

BECCABVNGA minor folio ſubrotundo. *Veronica aquatica minor folio ſubrotundo* I. R. H. Cum priori. (Varietas.)

BECCABVNGA folio oblongo major. *Veronica aquatica major folio oblongo* MORIS. *Anagallis aquatica major folio oblongo* C. B. P. Cum prioribus v. g. *im Stadtgraben hinterm Fechtboden*.

BECCABVNGA minor RIV. *Veronica aquatica minor folio oblongo* I. R. H. *Anagallis aquatica minor folio oblongo* C. B. Ibid. & in uliginoſis *bey der Burgauiſchen Breyhanſchencke*, & ad ſtagnorum oras *nach Lauche hin*, [Varietas.]

Beccabunga dicitur a nomine Germanico *Bachboh-*

præter omnem rationem, a Veronicis ſeparat RVPPIVS, obiicitur RIVINO.)

VERBASCVM mas, latifolium, luteum C. B. P. *Verbaſcum vulgare, flore luteo, magno, folio maximo* J. B. 3. App. 871. *Verbaſcum latius* Dodon. Pempt. 143. *VVollkraut, Königskertze, Fackelkraut.* Ex hujus floribus aliqui oleum quoddam per putrilaginem elicere conantur multi uſus, quod tamen olei nomen non magis merebitur quam oleum Hyoſcyami. Laudatur a multis contra dyſenteriam. In aſperis v. g. *nach der VVellmeſe zu.* Floret Iul. & Aug.

VERBASCVM femina flore luteo magno C. B. p. 239 Cum priori (Varietas.)

VERBASCVM mas anguſtioribus foliis, floribus pallidis C. B. p. 239. Cum priori, rarius [diverſum a priori foliis nigris, ab altero ſtaminibus pallidis]

VERBASCVM femina flore albo (& luteo) C. B. l. c. *Im Stadtgraben hinterm* horto medico. [Proximum priori, ſolo colore diverſum.

VERBASCVM nigrum, flore ex luteo purpuraſcente C. B. P. 240. *Verbaſcum nigrum, flore parvo, apicibus purpureis* I. B. 3. App. 873. *Verbaſcum nigrum* Dodon. In ſalicetis & ad rivulorum margines *auf der Inſel, wird auch zuweilen in VVäldern gefunden*, v. g. *im Coſpidaiſchen Holtze*, floret Iul.

VERBASCVM nigrum, floribus albicantibus, *bey denen Teichen zu Schleben*, cum priori (Varietas.)

IDEM floribus albis. Rariſſime ad ſtagna *zu Kleinem.*

VERBASCVM anguſtifolium, ramoſum, flore aureo, folio craſſiore I. B. *Verbaſcum foliis viridibus, craſſioribus* Moriſ. Hiſtor 488. In muris & vineis paſſim, floret Iunio & Iulio. v. g. *hinter dem Collegio im Stadtgraben, auch hinter D. Förtſchens Hauſe und den Fechtboden.* (Quid intelligat, difficile dictu eſt. Planta I. B. in Auſtria lecta, nemini, ni fallor, viſa eſt. Vereor, ne intelligat proxime priorem.)

BLATTARIA lutea, folio oblongo, laciniato C. B. P.

*Goldknöpfgen, wächſt wild bey VVittenberg an der Elbe,* (& in Alſatia Rhenanaque provincia.) In hortis floret tota æſtate.

BLATTARIA flore purpureo &

BLATTARIA flore albo & flore viridi. Cum præcedente.

HYOSCYAMVS vulgaris vel niger C. B. P. 169. *Hyoſciamus vulgaris* I. B. 3. 627. *Hyoſciamus niger* Dodon. *Bilſen-Kraut.* Paſſim ad ſcrobes & juxta vias publicas floret Iunio & Iulio. Ex hujus plantæ foliis aliqui ſuccum quendam putrilaginoſum eliciunt, quem improprie oleum vocant, & contra varios dolores valde extollunt. vid. Camerar. Epit. Matthiol. p. 373. De noxa Hyoſcyami miranda hiſtoria legitur in Eman. Kœnig. regno vegetabili.

HYOSCYAMVS albus, minor C. B. P. 169. *Hyoſciamus albus vulgaris* Cluſ. Hiſtor. LXXXIV. In horto medico floret Iunio & Iulio.

## (3) TRIPARTITA.

RAPVNCVLVS corniculatus ſpica longiore Rivini. *Rapunculus ſpicatus* C. B. Pin. p. 92. qui in ſylvis circa Ienam provenit, flores habet albos vel cinericios; qui vero in ſylvis circa Gieſſam (& alibi in calidioribus) naſcitur, flores habet coloris violacei ſaturi & elegantis; floret uterque Majo.

RAPVNCVLVS corniculatus, ſpica breviori Rivini. *Rapunculus folio oblongo, ſpica orbiculari* C. B. Pin. 92. *Rapuntium corniculatum montanum* Columnæ. In ſylvis v. g. *auf dem Forſt*, prope lapicidinas, *auf dem ſo genannten Datzend; wird auch auf der Wellmeſe zwiſchen den Fürſten-Brunnen und Ziegenhayn gefunden.* [Abunde in pratis montoſis inter *Blanckenburg* & *Elbingerode*, floret Majo & Junio. Flos eſt eleganter cœruleus, vel potius violaceus.

CARDINALIS Rivini. *Trachelium* Tournefort. vulgo *Flos cardinalis.* In hortis Curioſorum floret tota æſtate.

ALOE officinarum. *Aloe vulgaris* C. B. P. 286. *Aloe*

ALOE africana, breviſſimo craſſioque folio, flore ſubviridi H. A. 2. 11. *Jm Fürſten-Garten.* Floret ſub finem æſtatis & autumno.

ALOE africana margaritifera minor H. A. 2. 11. cum præcedente.

ALOE Zeilanica pumila, foliis variegatis Parad. Bot. Prodr. & H. A. 2. 41. *Aloe pumila ſerpentaria Zeilanica* Breyn in Prodr. cum præcedente. De aliis Aloes ſpeciebus conſulatur Commelinus, & alii floræ exoticæ ſcriptores. [Aloe non optime huc reponitur, liliacea cum ſit, & vicina Hyacinthis.]

GLADIOLVS RIV. *Gladiolus germanicus, floribus uno verſu diſpoſitis* C. B. *Victorialis rotunda* officinarum. In hortis paſſim floret tota æſtate.

CANNACORVS Tournefort. *Canna indica* Rivini. In hortis.

CANNA indica flore luteo, punctato Rivini cum præcedente floret Augſto & Septembri.

## (4) QVADRIPARTITA.

VITEX Rivini. *Agnus caſtus* officinarum. In horto medico *und im Fürſten-Garten,* floret Aug. *Keuſch-Lamm, Mönchs-Pfeffer.*

SESAMVM RIV. & off. *Seſamum* C. B. p. 27. In hortis Curioſorum. TOVRNEFORTIVS ad Digitalem retulit, verum Seſami fructus quatuor loculis diſtinguitur.

## (5) CAPSVLA QVINQVEPARTITA.

CHAMAERHODODENDROS alpigena latifolia TAB. *auf dem Blocksberge* [Vix crediderim naſci in Bructero; deinde flos nihil habet irregulare.]

## (6) SEXPARTITA.

ARISTOLOCHIA rotunda, RIV. *flore ex purpureo nigro* C. B. *Ariſtolochia rotunda* J. B. 3. 559. *Oſterlucey. Im Fürſten-Garten* floret Majo.

ARISTOLOCHIA multiflora Riv. *Ariſtolochia cle-*

*matitis*, *recta* C. B. *Ariſtolochia Saracenica* Dod. Pempt. 326. In hortis paſſim & vineis, circa pagos floret æſtate.

ARISTOLOCHIA cretica Riv. C. B. *Ariſtolochia piſtolochia altera* J. B. 563. In horto medico floret Majo & Junio.

## IV. *Seminibus tectis bacca.*

### (1) MONOPYRENA.

CAMARA Riv. *Pſeudo-viburnum americanum* ejusdem *Camaratinga* Piſonis. In hortis paſſim floret Junio & Julio; Floris colore mirum variat, quin & aliquando ſpinas gerit in caulibus.

### (2) POLYPYRENA.

PERICLYMENVM vulgare germanicum. *Caprifolium germanicum* Dodon & Tournefort. *Periclymenum non perfoliatum* C. B. P. 302. In horto medico, & Sereniſſ. Principis. *Wächſt häuffig wild im Heſſen-Lande bey Gieſſen im VVäldern*, v. g. *in der Linder-Marck.* [& Gottingæ in omnibus ſylvis] Floret Majo & Jun. *Zaun-Gilge.*

PERICLYMENVM perfoliatum, ſerotinum ſpecioſius H. R. Par. *Caprifolium germanicum*, *flore rubello* Broſſardi; In horto medico floret Julio & Auguſto. Hæ duæ ſpecies aliquando foliis ſinuoſis inſtar foliorum Quercus ludunt, non ſecus ac ſequens, unde Caprifolium non perfoliatum, & perfoliatum foliis ſinuoſis apud Tournefort. Inſtit. p. 608.

PERICLYMENVM perfoliatum C. B. P. 302. *Caprifolium Italicum* Dodon. Germ. *je länger*, *je lieber*, *Roſe von Jericho*, *Speck-Lilien.* In viridariis & umbraculis hortorum paſſim floret Majo.

PERICLYMENVM virginianum Rivini. *Periclymenum perfoliatum*, *virginianum*, *ſemper virens & florens* H. L. Bat. In horto medico floret tota æſtate.

XYLOSTEVM Rivini, & Dodonei *Chamæceraſus*

*clymenum rectum, fructu rubro* J. B. In ſepibus paſſim floret Majo.

XYLOSTEVM fructu nigro. *Periclymenum rectum, fructu nigro* Cluſ. hiſt. Pannon. p. 87. *Periclymenum rectum ſecundum* Cluſ. hiſp. p. 92. in ſepibus & dumetis, *bey Eridable und Ordruf am Thüringer-VValde*, floret Majo & Jun.

XYLOSTEVM folio Ceraſi Riv. Chamæceraſus montana, fructu ſingulari, cœruleo C. B. P. 451. & Tourn. pag. 609. In horto medico & Sereniſſ. Principis floret Majo [Quomodo Ruppiana planta a priori differat, non video. In poſthumis minime ſeparat]

XYLOSTEVM alpinum foliis Alni Riv. *Chamæceraſus alpina, fructu nigro gemino* C. B. 45. *wächſt an allen Hecken bey Arnſtadt.* [Huic fructus gemini, folia nervoſa, nervis albis in plantis ſiccis, eſtque adeo ſpecies 4. p. 485. *Enum. Helv.*]

ARVM vulgare, non maculatum C. B. P. 159. *Arum* Tabernæm. *Aron.*, *Zehr-VVurtz*, *deutſcher Ingber. Im Raubenthale und in der Zißke*, it. *bey Coſpida und Jena-Prieſsnitz* floret Majo.

ARVM maculatum, maculis nigris C. B. Cum præcedente.

ARVM maximum non maculatum. In horto medico, *auch im Raubenthale.* Cum præcedente floret. Varietas.

ARVM polyphyllum RIV. *Dracontium & Dracunculus* veterum; In hortis Curioſorum floret Majo & Jun.

ARISARVM Rivini *Dracunculus paluſtris, ſive radice arundinacea Plinii* C. B. P. 193. *Dracunculus aquaticus* Matthioli. In ſtagnantibus putridis aquis prope Wittebergam frequens, v. g. *in der Speck und im kleinen und wie auch im groſſen Luch beym Luthers-Brunnen*, item *bey Duben und in der Lauſnitz*, floret Jun. & Jul. Differt ab Aro floris petalo nec convoluto nec ſurrecto, ſed plano & expanſo, colorisque lactei. [Hinc,

NAEO, ſeparatur ab Aro] Hujus præterea ſpecies datur in Æthiopia, cujus figura ſed minus artificioſa, vid. apud Comelinum hort. Amſtelodam. præfictum.

BELLADONNA majoribus foliis, & floribus Tournefort. *Solanum μελανοκέρασον* C. B. *Solanum manicum multis, vel Belladonna* I. B. *VVald-Nachtſchatten, Irr-Beeren, Toll-Beeren.* Creſcit in ſylvis cæduis v. g. *dem Fürſten-Brunnen gegen über, und im Tautenburgiſchen Forſt, auch häuffig auf dem* Kunitzer *Berge*, [*im Zeiſiggrunde über Rode*] floret Majo & Jun. Hujus baccæ aliquoties variis in locis (uti id in patria mea contigiſſe memini) pro baccis Myrtilli craſſo errore venditæ fuere non ſine ſtrage vel ſaltim perturbatione mentis eorum qui comederant; vid. Fabri Strychnomania. Matthiolus teſtatur, vinum hujus radice medicatum Paraſitorum gulas conſtringere, ut illi, quantumvis famelici edere nequeant, nec cibi tantillum deguſtare, niſi aceti cochlear abſorbuerint: vid. Raj. hiſt. plant. & Hochſtætteri obſervationes de Conſolidæ radice fauces conſtringente. vid. etiam Camerar. Epit. Matthioli p. 377.

# CLASSIS X.

DE

## PLANTIS FLORE REGVLARI TRIPETALO GAVDENTIBVS.

Harum unicum ſaltem in noſtris regionibus occurrit genus, nimirum Polygala, cujus ſpecies ſunt.

POLYGALA major C. B. P. 215. *Polygala vulgaris, major* I. B. 3. 387. *Creutz-Blümgen.* Floris colore variat hinc *Polygala major cœrulea, alba & purpurea* Tabernæm. icon. 829. & 880. In ſylvis paſſim & ad ſe-

POLYGALA vulgaris C. B. *Polygalon multis* I. B. Cum præcedente; Et hæc coloris flore, non ſecus ac prior, variat, hinc & hujus tres figuræ apud Tabernæmont. [A priori differt foliis imis ſubrotundis]

NB. Ad hanc plantam, cujus fructus eſt bicapſularis & diſpermus, pariter ſpectat quæ circa thermas carolinas naſcitur ANONYMVS ſ. ἀνώνυμον Coluteæ flore, ſive prior Caroli Cluſii in hiſt. plant. per Pannon. naſcentium p. 47. ſiquidem admodum genuina Polygalæ ſit ſpecies, & non novum ſeu peculiare genus quale, ſub Tit. Polygaloides facit Johrenius in ſuo Vade mecum Botanico, & Tournefortius Corollar. ad Inſtit. rei herb. Itaque etiam recte huc retulit D. D. Rivinus. [& LINNAEVS. Sed diverſitatem demonſtravi. Deſtituitur nempe fimbriato ornamento, quod Polygalæ flori eſſentiale eſt Enum. ſtirp. Helv. p. 607.] Fallit & fallitur autem Hermannus Boerhaave in ſuo Indice plantarum horti Lugduno - Batavi, dum huc refert Commelinam Plumerii h. e. Ephemerum Hermanni, (quod pariter in hortis aliquando reperitur) cum Commelinæ flos ſit irregularis tripetalus, capſula vero non bi - ſed tripartita. a)

# CLASSIS XI.

## DE PLANTIS FLORE REGVLARI TETRAPETALO GAVDENTIBVS.

### I. *Seminibus tectis.*

### (1) CAPSVLA SIMPLICI.

FVMARIA Dioſc. & officinarum. *Fumaria flore purpureo* C. B. P. 143. *Fumaria vulgaris* I. B. 3. 101. *Erd-*

a) Nihil erat, cur RVPPIVS adeo acerbe BOERHAAVIVM refutaret. Commelinæ enim aliæ biloculares ſunt, triloculares ...

*Erd-Rauch*, *Tauben-Kropff*, *Acker-Raute*, *wilde Raute*. In agris & vineis paſſim floret tota æſtate & autumno; flore albo quandoque variat, ut & palleſcente.

ONOBRYCHIS foliis Viciæ, fructu echinato major C. B. P. 350. *Polygalon Geſneri* I. B. 2. 335. Germ. *Hahnen-Kamm*, *Hahnen-Kämmgen*, *Hahnen-Kopff*. In aſperis & apricis paſſim v. g. *auf dem Fuchs-Berg Kunitzberg*, ad vias floret tota æſtate; Floris colore quandoque variat.

ONOBRYCHIS orientalis, major, foliis villoſis. Hujus uſus ante aliquod tempus publicis, quas vocant, novellis divulgatus eſt, ſub nomine Trifolii turcici; ſeritur nunc a compluribus in agris, uti apud Græcos & Romanos Medica. Hæc planta, a nemine deſcripta, differt a præcedente non ſolum foliorum latitudine & hirſutie, ſed & florum colore dilutiore magis carneo, quaſi palleſcente, vid Les gazettes Anni 1717.

TRIFOLIVM Rivini. *Trifolium pratenſe, purpureum* C. B. P. 327. *Trifolium pratenſe, flore monopetalo* Tournefort. *Trifolium purpureum, vulgare* J. B. 2. 374. *Klee*, *Klever*, *Wieſen-Klee*. In pratis floret tota æſtate. Quamvis hujus flos monopetalus videatur, revera tamen irregularis & tetrapetalus eſt, non ſecus ac aliorum leguminum papilionacei flores, uti inſpicienti patebit; Flore albo variat, nec non foliis in uno petiolo quaternis, cujus repertores a ſuperſtitioſa plebe pro fortunatis prædicantur. Germ. *vierblättriger Klee*.

TRIFOLIVM flore albo RIV. *Trifolium pratenſe, album* C. B. Cum præcedente, præcipue in humidis pratis [Varietas]

TRIFOLIVM folio longiore, flore albo RIV. *Trifolium majus I. ſive albo flore* Cluſ. Pannon. p. 760. *Trifolium montanum, album* C. B. P. 328. In ſylvis paſſim floret Junio & Julio; *Trifolium majus, albo flore, incanum* Cluſii I. B. 2. in ſylvis cum præcedente.

TRIFOLIVM folio longo flore purpureo RIV. *Tri-*

*Trifolium majus* Cluſii II. *non album*, *ſed rubrum* I. B. 2. 375. Cum præcedente. [in montoſis ſylvis] Huic fere ſimile ſeritur in agris ad jumentorum pabulum. [Quod ſeritur eſt potius varietas pratenſis ſ. primæ ſpeciei. Cæterum montanum vaginis petiolorum floralium latioribus a vulgari pratenſi differt]

TRIFOLIVM fragiferum Friſicum Cluſ. Cur. poſt. C. B. P. 329. In pratis paſſim juxta ſemitas floret autumno.

TRIFOLIVM repens RIV. *Trifolium pratenſe*, *flore albo*, *minus & fœmina*, *glabrum* J. B. 2. 380. In pratis & paſcuis floret tota æſtate. Aliquando in pratis elatius occurrit & floribus purpuraſcentibus. Foliis etiam quaternis & fuſcis occurrit, & Lobelio dicitur *Quadrifolium phæum ſ. fuſcum*, quia folia ipſius (non flos, qui albus eſt) fuſca ſunt.

TRIFOLIVM ſubterraneum RIV. *Trifolium album tricoccum*, *ſubterraneum* H. OX. In hortis Curioſorum æſtate floret.

TRIFOLIVM glomerulis oblongis J. B. & Chabr. in paſcuis & pratis aridioribus *zwiſchen Halle und Leipzig*, copioſiſſimum eſt; *wie auch bey Gieſſen auf dem Stoppel-Berge.* Floret Jun. de hac planta vid. Raji catalogus Plantar. circa Cantabrigiam naſcentium.

TRIFOLIVM aſpahltites ſ. bituminoſum. In hortis Curioſorum floret Jul. [Vulnerariæ ſpecies]

LAGOPVS Dodon. Pempt. 577. *Lagopus trifolius quorundam* J. B. 2. 377. *Trifolium arvenſe*, *humile*, *ſpicatum ſive Lagopus* C. B. 328. In agris *nach Rode*, *Kleine und Lauche zu* floret æſtate; Flore albo variat. Germ. *Katzen-Klee*, *Haſen-Fuß*, *Haſen-Pfödgen.*

LAGOPVS capitulis rubris. Cum præcedente *bey Leipzig vor dem Thore*, *wo man nach Halle gehet.* [Varietas]

LAGOPVS latifolius RIV. *Trifolium ſpica ſubrotunda rubra* C. B. P. p. 128. In hortis Curioſorum æſtate.

TRIFOLIVM montanum, ſpica longiſſima, rubente C. B. P. 328. *Trifolium* [illegible]

*ſpica longiore* J. B. 2. 375. *Lagopus major, alter* Dodon. Pempt. 578. In ſylvis paſſim floret æſtate. [v. g. in ſylva *Coſpida* verſus *Mühlenthal*]

LVPVLINVM Rivini. *Trifolium pratenſe, luteum, capitulo Lupuli vel agrarium* C. B. P. 328. *Trifolium pratenſe, luteum flore pulchriore ſive lupulino* J B. In pratis ſiccis v. g. *wo man nach* Kunitz *gehet, an dem Sumpffe* in arenoſis, floret Julio. Germ. *Hopffen-Klee.*

LVPVLINVM minimum. *Trifolium luteum, lupulinum, minimum* Moriſ. H. O. P. 2. 142. Cum præcedente. [Huic habitus erectus, capitula pauciflora. Naſcitur in pratis udis.]

LVPVLINVM montanum, capitulis ſpadiceis; *Trifolium montanum, lupulinum* C. B. P. 140. Pin. 328. In montoſis & apricis *bey der Mühle zu Schleſreiſen, und bey der frölichen Wiederkunfft*, [& circa Gottingam non raro] floret Jun. & Jul. *ſchwartzbrauner* H*opffen-Klee.* [Erectius eſt & capitibus majoribus.]

MELILOTVS officinarum Germaniæ C. B. P. 331. *Trifolium odoratum, ſive Melilotus vulgaris, flore luteo* J. B. 2. 370. *Melilotus germanica* Lobel. icon. 43. *Meliloten, Stein-Klee.* In pratis, agris vineisque floret æſtate.

MELILOTVS officinarum Germaniæ, flore albo C. B. P. 331. Cum præcedente.

MELILOTVS Italica RIV. *Melilotus folliculis rotundis* C. B. P. p. 331. In hortis Curioſorum æſtate floret.

MELILOTVS flore cœruleo RIV. *Melilotus major, odorata, violacea* Moriſ. H. O. p. 2. 161. *Lotus hortenſis, odora* C. B. P. 331. *Lotus ſativa, odorata, annua flore cœruleo* J. B. 2. 368. In hortis frequens floret æſtate. *Schabzüger-Kraut, Siebengezeit, Sieben-Geruch, Sieben Stunden-Kraut. Schabziger-Kraut* dicitur, quia caſeum Helveticum, *Schabziger* dictum ingreditur; vid. Scheuchzer. itin. alpin. *Sieben-Geruch* vero, quia ſepties de die odorem permutare creditur.

MELILOTVS minima RIV. *Melilotus capſulis reni*

*pratenſe*, *luteum*, *flore minore*, *ſemine multo* J. B. 2. 380. In agris & pratis aridioribus floret tota æſtate.

ANTHYLLIS RIV. *Vulneraria* Tournefort. *Vulneraria ruſtica* J. B. 2. 362. *Loto affinis*, *Vulneraria pratenſis* C. B. P. 332. *Enneadynamis Polonorum* vulgo. Cymæ ipſius flori proximæ, inſtar ſummitatum Hyperici digitos confricantium [rubro colore tingunt]. In pratis ſiccioribus *wo man nach Kunitz gehet* & alibi floret Majo & Junio. Flore albo quandoque variat, quod *Lagopodium flore albo* Tabernæmont. icon. 524. a)

ANTHYLLIS Hiſpanica RIV. *Lotus pentaphyllos veſicaria* C. B. P. In hortis Curioſorum floret.

CICER RIV. & officinarum. *Cicer ſativum* C. B. P. In hortis Curioſorum.

PSEVDO-GLYCYRRHIZA RIV. *Glycyrrhiza capite echinato* C. B. P. 352. *Glycyrrhiza vera Dioſcoridis* Dod. Pempt. 341. In hortis floret Jun. & Jul.

PSEVDO-ACACIA vulgaris RIV. & Tournef. inſtit. p. 649. *Arbor ſiliquoſa*, *virginienſis* Park. thatr. 1550. *Wunder-Baum* quibusdam dicitur, quod nomen alii Ricino imponunt. In hortis & in areis & compitis variis Germaniæ in locis conſpicitur, floretque Majo; flores habet ſuaveolentes.

LABVRNVM RIV. *Anagyris altera* Matthioli. *Egbelo* Italis dicitur; in hortis floret cum præced. paulo tamen citius. [In M. *Grubenhagen* prope caſtrum vetus]

CORALLODENDRON Tournef. *Coral arbor* vulgo. In hortis Curioſorum, ſed raro floret.

CYTISVS RIV. *Cytiſus glaber nigricans* C. B. p. 390. In hortis Curioſorum æſtate floret.

CYTISVS icanus folio oblongo auſtriacus C. B. p. 390. Cum præcedente.

CYTISVS glaber viridis C. B. l. c. *Cytiſus ſecundus* Tabernæm. In ſylvis inter *Meiſſen* & *Oſchatz*.

R CYTI-

a) In Helvetia flore ſature flavo fere naſcitur, in Germania frequentius ochroleuco, in alpinis omnino albo cum

CYTISUS latifolius. vid. Cluſ. hiſt. plant. rar. in montoſis dumetis *nach Saalfeld und Pirna hin* floret Jun. [Eſt Cytiſus alpinus racemoſus flore pendulo. Ex plantis ſiccis. Idem naſcitur prope arcem *Grubenhagen* & ſupra cum nomine *Laburni* recenſitus eſt]

LENS RIV. *Lens vulgaris, ſemine ſubrufo* C. B. P. 351. *Lens* J. B. 2. 317. *Lens minor* Dodon. Pempt. 526. In agris paſſim floret tota æſtate. *Linſen*. Semine albo & rufo variat

LENS major C. B P. 346. RIV. In agris cum præcedente. Germ. *Pfennig - Linſen.*

OROBUS RIV. *Orobus ſylvaticus, purpureus, vernus* C. B. P. 351. *Galega nemorenſis, verna* J. B. 2. 343. *Orobus pannonicus I.* Cluſ. Hiſt CCXXX. In nemoribus v. g. *im Rauhenthale, auf dem Forſt, und auf der Walters - Wieſe*, floret Aprili & Majo. Flore roſeo & albo, ſed iſto rariſſime *im Rauhenthale* aliquando variat. Germ. dicitur *Faſanen* - Kraut, quia hæ aves Orobi ſemine delectentur.

OROBUS ſylvaticus, Viciæ foliis C.B. P. 352. *Aſtragalus major* Fuchſio J. B. 2. 334. *Orobus pannonicus* II. Cluſ. c. l. Cum præcedente floret Jun. vulgo Glycyrrhizam ſylveſtrem vocant, quod ſaporem ejus radicis æmuletur, *auf der VVellmeſe* [& copioſe in ſylva *Cluſewizenſi* & *Rauhenthal.*

OROBUS ſylvaticus, foliis oblongis, glabris Tournefort. *Orobus radice tuberoſa* Rivino. *Aſtragaloides, ſive Aſtragalus ſylvaticus* Chabræi p. 151. In ſylvis montoſis *auf dem Tautenburgiſchen Forſt*, [magna copia circa *Clausthaliam*, & *Ilefeldam im Kaltenthale*] floret Junio & Jul. & hujus radix eſt dulcis, vid. Raj. hiſt. plant.

ERVUM RIV. & T. *Orobus ſiliquis articulatis, ſemine majore* C. B. P. p. 346. In hortis Curioſorum æſtate.

ERVUM ſpontaneum ſemine obtuſo triangulo. *Orobus ſemine obtuſo triangulo* C. B. l. c. *Cicer orobæum Theophr.* LOB. *Lens* I. Tabern. quam iconem C. BAUHINUS male pro icone Lentis majoris habuit. In agris inter

ter Lentes prope *Gieſſam* æſtate [ differt ſemine majore ex obſervatione C. B. ſi omnino differt ]

PISVM majus, quadratum C. B. P. 342. *Piſum quadratum Plinii* Lobel icon. 66. In agris & hortis paſſim floret tota æſtate. *Zucker - Erbſen.*

PISVM umbellatum C. B. P. 342. *Piſum comoſum* RIV. *Piſum erectius, ſquamoſum* J. B. 2. 299. In hortis paſſim floret cum præcedente. *Püſchel-Erbſen.*

PISVM RIV. *Piſum arvenſe* C. B. P. 343. *Piſa vulgaria, parva, alba ſive arvenſia* J. B. 2. 297. In agris paſſim floret æſtate. *Erbſen.* Flore purpureo & albo variat, non ſecus ac Piſum majus. Fructus ſive ſiliqua immatura a multis avide comeditur, & *Schoten* vocatur.

PISVM ſiliqua curva RIV. *Moſcowitiſche Erbſen.* In hortis æſtate floret.

LATHYRVS ſativus, flore fructuque albo C. B. P. 343. *Lathyrus anguloſo ſemine* J. B. 2. 306. In agris cum præcedente ſeritur & floret æſtate. Germ. *Kichern.*

LATHYRVS Hiſpanicus RIV. *Lathyrus anguſtifolius ſemine maculoſo* C. B. P. 344. *Cicerula ægyptiaca* Cluſii CCXXXVI. In hortis floret æſtate [ Sativo albo proximus ]

LATHYRVS ſylveſtris, major C. B. P. 344. *Lathyri majoris ſpecies, flore rubente & albido, minori, dumetorum, ſive germanicum* J. B. 2. 302. *Lathyrus ſylveſtris* Dodon. Pempt. 523. In dumetis & ſylvis floret æſtate. [ In poſthumis omittitur, *Gottingæ* tamen & Ienæ frequens reperitur, a latifolio differt foliis acuminatis, quæ huic ovalia ſunt, floribus duplo & minoribus, & paucioribus ]

LATHYRVS Narbonenſis RIV. *Lathyrus major Narbonenſis anguſtifolius* CHAER. p. 145. In horto medico.

LATHYRVS ſylvaticus RIV. *Lathyrus latifolius* C. B. P. 344. *Lathyrus major, latifolia, flore majore, purpureo ſpecioſior* J. B. 2. 303. *Lathyrus latiori folio* Lobel. icon. 68. *Cicerula ſylveſtris* Tabern. cum præcedente. [ in Wellmeſe ]

LATHYRVS ſiculus Rivini; In hortis. Vulgo *Lathyrum moſchatum* vocant. vid. Commelin. hort. Amſtelod. Quandoque flore albo variat. [ & ex roſeo alboque vario ]

LATHYRVS flore purpureo RIV. *Lathyrus Tingitanus, ſiliquis Orobi, flore amplo, ruberrimo.* Moriſ. H. O. P. II. 55. In hortis floret æſtate.

LATHYRVS arvenſis RIV. *Lathyrus arvenſis, repens, tuberoſus* C. B. P. 344. *Chamæbalanus leguminoſa* J. B. 2. 514. *Terræ glandes* Dodon. Pempt. 550. In agris paſſim floret æſtate. *Erd-Feigen, Erd-Nüſſe.* Aquam ex floribus deſtillatam aquæ roſarum odori fere accedere teſtatur Camerar. Epit. Matthiol. p. 421. unde vulgo dicitur flore & odore roſeo.

LATHYRVS ſiliqua hirſuta RIV. & C. B. Pin. J. B. in agris *bey Schiffenberg nicht weit von Gieſſen* floret æſtate.

LATHYRVS pratenſis RIV. *Lathyrus ſylveſtris, luteus, foliis Viciæ* C. B. *Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum* J. B. In pratis paſſim floret Majo & Jun.

LATHYRVS Bæticus flore luteo PARK. In hortis.

LATHYRVS foliis pinnatis RIV. *Clymenum hiſpanicum, flore vario ſiliqua articulata* Tournefort. Inſtitut. p. 396. cum præced.

LATHYRVS paluſtris, flore Orobi nemorenſis, verni, nondum deſcriptus [ *Clymenum pariſienſe flore cœruleo* VAILL. p. 39. *Vicia Lathyroides noſtras, ſ. Lathyrus viciæformis* RAII. PLVKNET Phytogr. T. 71. f. 2. Folia quaterna elliptica, flores binati ] In pratis uliginoſis, & arundine obſitis, v. g. *bey Laucha, auf denen Obendorffiſchen VVieſen,* floret Junio. Deſcriptio hujus plantæ eſt ſequens: Ex radice repente & totos ceſpites occupante, prodeunt caules crebri, more Lathyrorum anguloſi & per intervalla veſtiti foliis pinnatis, ex duabus tribusque pinnis conſtantibus, coſtæ pariter alatæ & in capreolum tortilem abeunti adnatis. Ex foliorum alis, prodeunt petioli ſuſtinentes tres quaterve flores purpureos, dum marceſcunt cœruleos, Orobi ſylvatici verni floribus

tortuoſæ bivalves ſeminibus quinque vel ſex fœtæ, rotundis ex atro maculatis & veluti punctatis.

APHACA Lobel. icon. 70. *Vicia lutea, foliis Convolvuli minoris* C. B. P. 344. In agris *bey Kleine* floret æſtate.

LATHYRUS foliis gramineis, floribus coccineis Raj. Syllog. 160. & Tournefortii p. 396. in Inſtitut. & denuo NISSOLIA Tourn. I. R. H. p. 566.

LATHYRUS *ſylveſtris minor* C. B. *Catanance leguminoſa quorundam* J. B. 2. 309. In agris cum præcedente, *und bey Schiffenberg, ohnweit Gieſsen.* Nam Tournefortius bis eam plantam habet. a)

VICIA RIV. *Vicia ſativa, vulgaris, ſemine nigro* C. B. P. 344. *Vicia vulgaris, ſativa* I. B. 2. 310. In agris paſſim, floret æſtate; ſemine variat. *Wicken.*

VICIA ſativa, alba, C. B. P. 344. *Vicia albo ſemine* I. B. *Ervum candidum, vel Faba veterum* Tragi 626. In agris cum piſis arvenſibus floret æſtate. [Parum a priori differt]

VICIA ſepium RIV. *Vicia dumetorum, maxima* C. B. P. 145. *Vicia ſepium perennis* I. B. 2. 313. *Cracca major* Tabernæm. icon. 506. ad ſepes paſſim, in pomariis & in ſylvis ad frutices frequens floret Majo & Jun. Germ. *Vogel-Wicken.* Flores in ſpicam brevem erectam.

VICIA anguſtifolia RIV. *Vicia ſemine parvo, nigro, frugum* Chabr. in Sciagraph. ſtirpium. In pratis ſiccioribus, v. g. *wo man nach Kunitz gehet*, floret Majo. [Gottingæ in agris non rara, verſus *Lengeler.* Flos ſolitarius]

VICIA minima RIV. *Vicia minima, præcox Pariſienſium* H. R. Par. *Vicia præcox, verna, minima, Solonienſis, ſemine hexaëdro* Moriſ. H. R. Bleſ. in apricis, tenui gramine veſtitis v. g. *bey Leipzig auf dem Kickerlings-Berge, auf dem Meckeriſchen Anger, und andern*

R 3 *der-*

---

a) Lathyrus floribus [illegible]

*dergleichen Orten*, frequens floret Martio & Aprili. [Flos perinde ſolitarius, ſed habitus humilis, folia omnia ovato cordata, ſiliqua lata, pro parvitate plantæ]

VICIA ſylveſtris lutea, ſiliqua hirſuta C. B. Pin. 345. *Vicia luteo flore, ſylveſtris* J. B. 2. 313. inter ſegetes *bey Schiffenberg, ohnweit Gieſſen*, floret Maio & Junio cum Niſſolia, quæ pariter in agris circa Schiffenbergam frequens eſt.

VICIA Narbonenſis RIV. *Vicia ſylveſtris fructu rotundo, atro* C. B. In hortis æſtate.

CRACCA Rivini. *Vicia multiflora* C. B. P. 345. *Aracus* Tabern. icon. 506. In ſylvis & dumetis, nec non pratis aridioribus floret æſtate.

CRACCA ſylvatica RIV. *Vicia ſylvatica maxima, Piſo ſylveſtri ſimilis* J. B. 2. 315. *Piſum ſylveſtre minus* Tabern. icon 499. In ſylvis paſſim v. g. *im Raubenthale, und bey Coſpida im Walde.* [Facies Viciæ ſepium, ſed altior, folia glabra, ſpica ex altiori ſcapo, ſiliquæ reflexæ.]

CRACCA flore ochroleuco RIV. *Piſum ſylveſtre, perenne* C. B. P. 343. *Piſum ſylveſtre* Cluſ. Pann. Cum præcedente, *bey Coſpida, auch auf den Kunitzberg.*

CRACCA minor RIVINI. *Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis, hirſutis* C. B. 345. *Vicia parva ſive Cracca minor, cum multis ſiliquis hirſutis* J. B. 2. 315. *Craccæ alterum genus* Dodon. Pempt. 542. Inter ſegetes floret æſtate. [Huic ſiliquæ acutæ, ſemina bina]

CRACCA minor, ſiliquis gemellis RIV. *Vicia minima cum ſiliquis glabris* Tournefort. *Viciæ, ſive Craccæ minimæ ſpecies cum ſiliquis glabris* J. B 2. 315. Cum præcedente, ſed rarius *nach Rieſeneck Schiefreiſen und Hummelshayn.* [Gottingæ abunde. Huic ſiliquæ ovales, obtuſæ, glabræ ſemina ad quatuor uſque]

CRACCA minor ſiliqua ſolitaria glabra, cum præcedente a qua pariter foliis differt. [mihi ignota & in *poſthumis* omiſſa]

CRACCA ſylvatica, rotundifolia, floribus ex albo

*ta*, *major*, *floribus albis*, *lineis* (& punctis) *cœruleis* (aut purpureis) *notatis* Moriſoni & Knauthii in Cat. Plant. circa Halam proventium p. 47. [Omnino] In ſylvis variis v. g. *im Rauhenthal*, *und im Cluſewitziſchen Holtze* floret Jun.

FABA RIV. *Faba flore candido*, *lituris nigris conſpicuo* C. B. P. 338. In agris & hortis floret æſtate. *Bohne*, *Sau-Bohne.*

FABA rotunda, oblonga, ſeu cylindracea minor, ſeu quina alba Moriſ. H. O. P. 2. 85. *Faba minor*, *fructu nigro* C. B. P. 338. In agris cum præcedente.

LVPINVS flore albo RIV. *Lupinus ſativus*, *flore albo* C. B. P. 347. *Lupinus vulgaris*, *ſemine & flore albo ſativus* J. B. 2. 228. In hortis floret Aug. *Feig-Bohnen*, *oder Lupinen.*

LVPINVS flore cœruleo RIV. *Lupinus ſylveſtris*, *purpureo flore*, *vario*, *majore*. Bot. Monſp. App. *Lupinus ſylveſtris*, *purpureo flore*, *ſemine rotundo*, *vario* J. B. 2. 290. *Lupinus ſylveſtris*, *flore cœruleo* C. B. P. 348. In hortis floret æſtate. Flore cœruleo & purpureo variat.

LVPINVS flore cœruleo minore RIV. *Lupinus anguſtifolius*, *cœruleus*, *elatior* Raji. Hiſt. 908. In hortis.

LVPINVS flore luteo RIV. *Lupinus ſylveſtris*, *flore luteo* C. B. P. 348. *Lupinus luteo flore*, *ſemine compreſſo*, *vario* J. B. 2. 290. In hortis floret æſtate tota. Hujus flores ſuave olent, & quibusdam *türckiſche Veilgen* dicuntur.

PHASEOLVS Riv. *Phaſeolus vulgaris* Lobel. icon. 59. *Smilax hortenſis*, *ſive Phaſeolus major* C. B. P. 339. In hortis paſſim floret æſtate; Seminis magnitudine & colore inſigniter variat, nec non flore purpureo & albo. *Bohnen.*

PHASEOLVS ægyptiacus, nigro ſemine C. B. P. 341. *Phaſeolus niger Lablab* Proſp. Alpini Cluſ. CCXXVII. In horto Sereniſſ. Principis floret æſtate.

PHASEOLVS puniceo flore Cornut. 184. *Phaſeolus indicus flore coccineo*, *ſive puniceo* Moriſ. H. O. P. 2. 69. In hortis ubi *türckiſche Bohnen*, *oder* Plaiſir-*Bohnen*, vocant; floret tota æſtate.

tivum C. B. P. 348. *Fœnu græcum* J. B. 2. 363. In ſatis v. g. *im groſſen Paradieſſe nach Wöllnitz zu*, floret æſtate. Germ. Fœnum græcum pariter dicitur *oder Bockshorn.*

FALCATA Riv. *Medica ſylveſtris, floribus croceis* J. B. 2. 383. *Trifolium ſylveſtre luteum, ſiliqua cornuta vel Medica fruteſcens* C. B. P. 330. *Lens major, repens* Tabernæm. Ad ſepes paſſim floret æſtate. Germ. *Siechel-Klee.*

FALCATA incana Riv. *Cytiſus Maranthæ* vulgo. *Cytiſus* Camerar. Epit. Matthiol. p. 408. In horto medico floret Junio.

FALCATA foliis Anthyllidis RIV. *Loto affinis foliis hirſutis circinatis* C. B. P. p. 333. In hortis Curioſorum æſtate floret.

FALCATA ſativa flore cœruleo. *Medica Veterum, Fœnum Burgundicum* vulgo. *Foin de Bourgogne* Gallis. In hortis Curioſorum floret Jun. & Jul. alibi in agris copioſe ſeritur inſtar Trifolii majoris & Onobrychidis turcicæ, quæ nuper inclaruit.

COCHLEATA echinata, minima Riv. *Medica echinata, minima* J. B. 2. 386. *Trifolium echinatum, arvenſe, fructu minore* C. B. P. 30. In aſperis, apricis, gramine tenui veſtitis v. g. *an Rändern zwiſchen den Weinbergen wo man nach Ziegenhayn gehet, noch häuffiger* in apricis *wo man über den Steiger nach Coſpida gehet, wie auch am Stadt-Graben*, floret Majo & Jun.

COCHLEATA echinata, aculeis ſurſum & deorſum tendentibus. *Medica magno fructu, aculeis ſurſum & deorſum tendentibus* Tournef. *Trifolium cochleatum, echinatum*, ſive *Medica ſpinis ſurſum deorſumque rigentibus* Parckinſ. Theatr. III. 6. In hortis floret Julio, cum variis aliis Cochleatæ ſpeciebus. Germ. *allerhand Schnecken-Klee.*

COCHLEATA echinata, fructu doliato Riv. ſ. *Medica cochleata δίκαρπος, capſula rotunda ſpinoſa, foliis eleganter diſſectis* H. L. in hort. cum præcedente.

GLYCYRRHIZA officinarum *Glycyrrhiza ſiliquoſa vel germanica* C. B. P. 352. *Glycyrrhiza radice repente,*

æſtate *Süßholtz*, copioſiſſime colitur in agris Franconiæ circa Bambergam.

GALEGA vulgaris, floribus cœruleis & albis C. B. B. Galega J. B. 2. 342. In horto medico floret æſtate. Germ. *Geiß-Raute*.

ANONIS ſpinoſa, flore purpureo & albo C. B. P. 389. *Anonis, ſive Reſta bovis vulgaris, purpurea* J. B. 2. 395. *Stachelkraut, Heubechel, Hubechel, Ochſenborche, Stallkraut*, quia urinam equorum arantium comeſta forſan pellit. In campeſtribus & paſcuis paſſim floret æſtate. Varietas datur flore albo.

ANONIS ſpinis carens, purpurea C. B. P. 389. *Anonis non ſpinoſa, purpureo flore* J. B. Cum præcedente in locis montoſis, inter vineas. [Quæ a me Jenæ reperta, ea varietas eſt prioris.]

NATRIX RIV. *Anonis villoſa ſpinis carens, lutea major* J. B. p. 389. In hortis Curioſorum floret æſtate.

NATRIX minor, odore theriacæ, cum præcedente. [a qua non differt ]

COLVTEA Riv. *Colutea veſicaria* C. B. P. 399. J. B. 1. 380. In hortis floret æſtate. *Linſen-Baum, Blaſen-Baum, wächſt wild bey Lauche, unweit Plöſſeniz im Holtze.*

COLVTEA Æthiopica Riv. *Colutea æthiopica phœniceo flore, Barbæ Jovis folio* BREYNII. In hortis floret æſtate.

COLVTEA africana veſicaria veſiculis floribus atrorubentibus VOLC. p. 118. In hortis Curioſorum æſtate floret.

CROTALARIA trifolia Riv. *Crotalaria* RVMPFII. Ibidem.

GENISTA Riv. & off. Germ. *Cytiſogeniſta* T. *Geniſta anguloſa & ſcoparia* C. B. p. 395. In Ericetis & ſylvarum terminis *bey Saalfeld & Gieſſen*, floret Majo. [In ſylvis Haſſiæ & circa Francofurtum atque *Blanckenburg* abunde.]

GENISTA minor, cujus TABERNAEMONTANVS meminit & Gerardus. *In der Heyde bey Halle*, abunde Majo & Junio. [Cum plura non habeat RVPPIVS, nihil definire poſſum. In plantis malum ſpecimen vidi, adfine

GENISTA hiſpanica Riv. *Geniſta juncea* J. B. 1. 395. *Spartium arboreſcens, ſeminibus lenti ſimilibus* C. B. P. 3. In hortis floret Majo & Junio.

GENISTELLA Riv. *Geniſta tinctoria germanica* C. B. P. 395. *Tinctorius flos* J. B. 1. 391. *Genſter, Geniſt, Witſchen.* In ſylvis v. g. *auf dem Forſt*, floret æſtate.

GENISTELLA ſpinoſa Riv. *Geniſta ſpartium minus, germanicum. Geniſta ſpinoſa minor Germanica* C.B.P. 395. *Geniſta aculeata folio* J. B. 3. 99. In ſylvis v. g. *auf der Wellmeſe, auch nach Bulkeſt und der Leuchtenburg zu*, [ab-unde prope *Rheinhauſen*, non longe a Gottinga] floret æſtate.

GENISTELLA caule alato. *Chamægeniſta ſagittalis* C. B. Pin. p. 395. *Chamægeniſta altera* Cluſ. Pann. & hiſt. In ſylva Francofurtenſi verſus *Darmſtadt*, æſtate floret.

HELLEBORINE barba rubra Rivini. *Helleborine latifolia montana* C. B. P. 186. *Elleborine* Dod. J. B. 3. 516. *Helleborine* Dod. Pempt. 384. In montibus & dumetis v. g. *im Raubenthale und bey Prieſſnitz,* floret Majo & Jun.

HELLEBORINE altera atro-rubente flore C. B. P. 186. *Aliſma* botryoides ſeu racemoſum Thalii. In montoſis apricis ſylvis v. g. *in dem Walde bey Coſpida,* floret Majo & Jun. *aufn Forſt und um Jena-Prieſsnitz.* Magnitudine variat. [Non credo & latifolia montana vere differre.]

HELLEBORINE Riv. *Helleborine anguſtifolia paluſtris ſive pratenſis* C. B. P. 187. *Damaſonium, flore herbaceo, intus nonnihil candicante* J. B. 3. 517. *Elleborine recentiorum* III. Cluſ. hiſtor. 273. *Helleborine paluſtris noſtras* Raj. hiſt. plant. In pratis uliginoſis cum Carice Junciſque montanis v. g. *gegen dem Fürſten-Brunnen über, und zwiſchen dem Kunitzer Berge und Jentzig, auch in der Ziſke und nach Ruttersdorf zu,* [Gottingæ prope *Hilpershauſen,* flore majori quam prior, ex carneo vario, & foliis ſuperioribus longioribus facile adgnoſcitur] floret Majo & Junio.

HELLEBORINE ſylvatica radice repente. *Pſeudoorchis* C. B. P. *Orchis minor radice repente* Camerar. In nemoribus *bey Schiblau und Buckerr, und häuffiger in den hohen Fichten Wäldern hinter Altenbergen,* cum Hypopytide & omnibus Pyrolæ ſpeciebus floret Jun. a)

HELLEBORINE ſylvatica radice repente foliis teſſellatim variegatis, cujus figura videatur apud Menzelium; cum præcedente, *bey Schiblau und Altenbergen.* [Varietas]

OPHRYS

a) In poſthumis vocat Pſeudo-Orchidem. Aut Helleborine eſt, aut ab ea planta certe ſolo cucullo tripetalo, qui reli-

OPHRYS ſive Ophris. *Ophris bifolia* C. B. P. 87. *Bifolium majus, ſive Ophris major quibusdam*. J. B. 3. 533. *Pſeudoorchis, Bifolium* Dodon. Pempt. 242. *Zwey-Blat, Ratten-Schwantz.* In montibus & ſylvis & pomariis paſſim floret Majo & Junio. v. g. *im Raubenthale.* Ternis foliis quandoque ludit.

OPHRYS minor alpina. vid. Joh. Bauhinus in Hiſtor. plant. univerſal. in montibus altiſſimis, v. g. *auf dem Inſelsberge und dem Brocken* floret Jul. [ Huic folia cordata ]

NIDUS avis Lugd. 1073. *Orchis abortiva fuſca* C. B. P. 86. *Orobanche affinis, Nidus avis.* J. B. 2. 782. In nemoribus opacis v. g. *auf dem Tautenburgiſchen Forſte, und der VVellmeſe und Rauhenthale* floret Majo & Jun. vulgo *die nackende* Orchis dicitur. Magnitudine variat. [ Character Ophridi proximus, ut conjungi poſſint ]

LIMODORUM T. Orchis abortiva violacea C. B. P. p. 86. In ſylvis *bey Freyburg* Junio floret.

ORCHIS maſcula Rivini. *Orchis latifolia hiante cucullo, major* C. B. 80. *Orchis galea & alis fere cinereis* J. B. 2. 755, [ extus nempe ex albo ſplendentibus, ex qua nota adgnoſci poteſt, tum labelli figura, brachiolis anguſtis, medio ſegmento emarginato, ſpinula ex diviſione prodeunte. ] *Satyrium tryphollon* Tabern. icon. 675. In montoſis v. g. *auf dem Forſte bey VVöllnitz, und auf der* [ *Pfingſt* in Poſth. ] *Tannicht-VVieſe bey Prieſſnitz*, floret Majo & Junio. *Knaben-Kraut, Guckucks-Blume.* German.

[ ORCHIS militaris minor J. R. H. VAILL. p. 149. T. 31. f. 29. PONTED. Anthol. p. 283. T. V. f. 2. ſi quidem noſtram volunt quam neutra icon ſatis demonſtrat. Hæc ſpecies a priori differt cuculli petalis extus non albis ſed purpuraſcentibus, ad baſin ſubvirentibus, una linea quodvis petalum percurrente purpurea. Porro brachia latiora quam priori, & eundo latiora. Spina omnino ex diviſione labelli nulla. Labellum totum album punctis purpureis

inſigne. Reliqua ſimilia ſunt, & calcar perinde ante finem lateſcit. Squamæ inter flores gracillimæ coloratæ. Iconem addere viſum eſt.]

ORCHIS militaris major Rivini. *Orchis magna, latis foliis, galea fuſca vel nigricante* Chabr. 248. *im Raubenthale, und im VValde bey Jena-Prieſsnitz, auf der Pfingſtwieſe, und im Tautenburgiſchen Forſte.* floret Majo & Junio. [Ex cucullo ſaturis plurimis lineis & maculis diſtincto adgnoſcitur]

ORCHIS militaris RIV. & militaris minor & minima Rivini. *vix enim* differunt, *Orchis militaris pratenſis, humilior* Tournefortii. *Orchis parvis floribus multis punctis notatis*, an Cluſio *Orchis pannonica quarta?* J. B. 768. In pratis montoſis ſylvarum, v. g. *auf der Pfingſtwieſe bey Jena-Prieſsnitz, und hinter der Rietwieſe bey Jena-Prieſsnitz oben im VValde, und auf der VVelmeſe.* [Adgnoſcitur ex floris punctati figura, nempe brevitate labelli, brachiolisque proximis bifurcationi, ex qua ſpinula eminet.]

ORCHIS flore conglobato Rivin. *Orchis militaris montana ſpica rubente, conglomerata* Tournefortii. *Cynoſorchis militaris montana, ſpica rubente, conglomerata* C. B. P. 81. Prodr. 28. ut & *Orchidis genus parvum, flore prorſus purpureo, odoris ſuaviſſimi* Chabr. 249. [*Orchis purpurea ſpica congeſta pyramidali* RAII Syn. II. p. 236. Syn. III. p. 377. T. 18.] Hæ duæ Orchides non differunt ſpecie, uti figuram nitidam D. Rivini & Joh. Bauh. conferenti & ad gemellas illas apophyſes a) rictum occupantes attendenti patebit. vid. & Rajus in hiſt. plantarum. In montoſis ſylvis v. g. *auf dem Forſte, und über Jena-Prieſsnitz* floret Majo & Jun.

ORCHIS odore hirci, breviore latioreque folio. C. B. P. 82. ut & *Orchis odore hirci, longiore anguſtioreque folio* C. B. P. 82. *Orchis barbata fœtida* J. B. 2.

756.

---

a) Labiorum ſimiles ex labello productas. Sed etiam ex ſpica

756. *Teſticulus hircinus* Tabern. icon. 672. In pratis & ſylvis montoſis v. g. *über Jena-Prieſsnitz*, *auch* in lapidoſis tenui margine veſtitis vinearum terminis *wo man nach der Diebes-Krippen gehet*. Floret Majo & Jun.

ORCHIS odore hirci minor C. B. P. 82. *Tragorchis minor flore fuliginoſo* J. B. 2. 764. *Tragorchis minor & verior*, *ſive corioſmites vel coriophora*, *flore inſtar cimicum* Lobelii icon. 177. In pratis aridioribus frequens v. g. *wo man nach Kunitz und Lobſtædt geht*, [magna Copia inter *Dorſt* & *Oſterode*] floret Majo & Jun.

ORCHIS fœtida, ſylvatica, præcox flore albo barba luteola, N. D. an *Orchis ornithophora*, *candida* Chabr. p. 249? *Im Raubenthale*, *auch auf der VVellmeſe*, floret Aprili. a)

ORCHIS morio mas, foliis maculatis C. B. P. 81. *Orchis major*, *tota purpurea*, *maculoſo folio* J. B. 2. 973. *Teſticulus Morionis mas* Dod. Pempt. 236. *Cynoſorchis delphinia*, *maculoſis foliis*, *flore purpuro-violaceo*. Lobel. apud Chabr. p. 248. In ſylvis v. g. *im Raubenthale*, *und auf dem Kunitzer Berge* floret Majo & Junio; Flore albo quandoque variat, quæ Orchis flore niveo & verſicolore quorundam.

ORCHIS morio foliis ſeſſilibus maculatis C. B. P. 82. Pro hujus ſynonymo Tournefort. allegat Orchidem delphiniam maculoſis foliis J. B. ſed fruſtra, cum hæc delphinia Orchis maculas habeat magnas, per totam folii ſuperficiem diſperſas; hæc vero noſtra, foliis ſeſſilibus,

 macu-

a) Characterem addere viſum eſt Orchidis vel novæ, vel certe mihi non alibi viſæ. Palmatæ habitum refert, vera tamen teſticulata. Spica rara. Bracteæ inter flores albæ, ovario longiores. Cucullus ochroleucos, absque ullis, quales morio femina habet, viridibus lineis. Calcar ovarii longitudine. Labellum luteolum, trifidum. Lateralia ſegmenta oblonga, medium breviter cordatum, inciſum. Apices præter Orchidum morem albi: Cæterum folia ovalia, obtuſa ſunt. Ea nota differt ab Orchide [illegible]

maculas exiguas gerat, nonniſi ad radicem, ubi folia ex terra oriuntur, conſpicuas inſtar fuſcorum violaceorumve punctorum, quod D. Rivinus olim a) figura nitida expreſſit, ſub nomine Palmatæ majoris; radicem enim plantæ, ab alio ſine radice allatæ, nondum viderat; Floret cum præcedente, [cujus varietas eſt]

ORCHIS RIV. Orchis morio femina C. B. *Orchis minor, purpurea & aliorum colorum, cum alis virentibus* J. B. 2. 761. *Orchis colore vario vel* 5. Cluſii. In aſperis apricisque *nach der neuen Schencke und Rothe zu* floret Majo. Floris colore variat qui aliquando roſeus, aliquando niveus & verſicolor, communiter purpureus vel atrorubens eſt; galea tamen & alæ ſemper & ubique virentibus lineis percurruntur.

ORCHIS ſpiralis, alba, odorata. J. B. 2. 769. *Triorchis alba odorata, minor* C. B. P. 84. *Teſticulus odoratus ſive Orchis ſpiralis* Lobel. icon. 186. *auf den Walters-Wieſen bey Laasdorff, auch auf denen VVieſen bey Thal-Bürgel.* Floret Auguſto & Sept. Haſſis ruſticis dicitur *Herumdrath, weil ſich die Blumen am Stengel herum dreben, wie eine VVendel-Treppe.* [*Orchidaſtrum autumnale* MICHELI p. 26. vera ſpecies Helleborines.]

TRIORCHIS minor lutea, Caroli Gemmæ apud Lobelium. *Auf denen VVieſen bey Steinbach, hinter dem Gieſſer VValde* floret Aprili & Majo. [Quid? an diverſa?]

ORCHIS odorata moſchata, ſive Monorchis C. B. P. *Orchis puſilla, pallida, odorata* vel 6. Cluſ. pannon. pag. 239. aut 7. In hiſtor. *Orchis parva autumnalis lutea* Chabr. p. 252. *Auf der VValters-VVieſen bey Laaſsdorff* floret Jul. & Auguſto. [Copioſe vero inter *Dorſt* & *Oſterode* ad ſiniſtram, in pratis humectis] An *Bifolium bulboſum* quorundam (vid. J. B. & Menzel.)

ORCHIS veſpam referens RIV. *Orchis myodes, galea & alis herbidis* Chabr. p. 257 *Orchis muſcæ corpus referens, minor, galea & alis herbidis & Orchis ſerapias*

*tertia*


T. VI. p. 295.
SALICARIA Hyſſopi folio latiore RUPP. p. 147.
ORCHIS militaris minor. p. 295.
PLANTAGINELLA RUPP. p. 23.

*tertia* Dodon. & *myodes* I. Lobell. J. B. 2. 767. *Orchis myodes prima, floribus muſcam exprimens* Lobel. icon. 181. In ſylvis montoſis aſperis lapidoſis v. g. *nach Coſpida, und dem Rauhenthal zu* floret Majo & Jun.

ORCHIS fucum referens, colore rubiginoſo C. B. P. 83. *Orchis, ſive Teſticulus, ſphægodes, hirſuto flore* J. B. 2. 767. *Teſticulus vulpinus ſecundus ſphægodes* Lobel. icon. 179. In aſperis v. g. *auf dem Kunitzer-Berge, auch in verſtöhrten Wein-Bergen nach Tautenburg zu.* Floret Majo & Junio. [Etiam hæc calcare deſtituitur & ab altera fuciflora fere labello unicolore obtuſo differt]

SATYRIUM Rivini. *Orchis bifolia, latiſſima* C. B. P. 22. *Orchis ampliſſima, foliis binis ſplendentibus* J. B. 2. 771. *Orchis* I. *ampliſſimis foliis* Cluſ. hiſt. 267. *latifolia maxima ſive* 1. Pan. 237. In ſylvis paſſim v. g. *im Rauhenthale und bey Coſpida*, floret Majo & Junio. Ab hac minime differt niſi magnitudine, (quæ loci natalis diverſitati debetur:) *Orchis bifolia altera* C. B. P. 82. ut & *Orchis alba bifolia minor, calcari oblongo.* C. B. P. 83. *Teſticulus leucanthemus* Camerarii in Matthiol. p. 303. Nec diſtat *Orchis trifolia major nec eadem minor* C. B. P. In apricis enim & aſperis talis occurrit v. g. in collibus *zwiſchen Lobda und der neuen Schencke* floretque cum ſylvatica. [Hæc reliquis vulgatior & magis ſerotina nobis eſt] Orchis differt a Satyrio radicibus minus rotundis, ſed potius napiformibus, quæ tamen nota eſſentialem ex flore & fructu petendum characterem vix conſtituit; ſed ſaltim ad genera ſubalterna diſtinguenda conducit. [Vera Orchis toto charactere]

PALMATA anguſtifolia maculata Rivini. *Palmata fœmina flore rubro vel dilute purpureo, folio maculato* Chabr. p. 254. *Auf dem Forſt* cum Rapunculo corniculato, ſpica breviore *bey denen ſteinigten Gruben auf den ſo genannten Tatzend*, item *auf der Wellmeſe nach den Lufft-Schiffè hin*, floret Junio. NB Hæc planta inſigniter variat, non ſolum foliorum maculis, quæ aliquando ſunt nullæ, ſed & floris colore, qui aliquando eſt purpuraſcens, punctis majoribus minoribusque di-

ſtinctus, aliquando plane niveus. [Intelligit procul dubio RVPPIVS Palmatam montanam caule ſolido, rariter folioſo, foliis ad caulem anguſtioribus, plerumque maculoſis, ſpica magis triangula, medio labelli ſegmento triangulari acutiori, & ora tota evidentius ſerrata. His notis a Palmata pratenſi aut paluſtri ſeparatur. Magna copia in montoſis, maxime Hercyniæ provenit, & violaceo, carneo, alboque colore ludit]

PALMATA anguſtifolia non maculoſa Rivini. *Orchis palmata pratenſis anguſtifolia minor, flore odoratiſſimo* C. B. Prodr. p. 30. ut & *Orchis palmata montana maxima.* C. B. Prodr. p. 31. In ſylvis, pratis & vineis v. g. *auf dem Fuchsberge und Wellmeſe* Majo & Junio. Flore rubro carneo & albo variat. Ab hac forſan non differt *Palmata rubella cum longis calcaribus* Chabræi p. 256. [Planta a priori diverſiſſima, flore concolore, absque lineis, calcare prælongo]

ORCHIS palmata Sambuci odore, floribus ex albidis & purpureis C. B. P. 86. *Orchis pannonica octava* Cluſ. Hiſt. 269. *Orchis 7. ſive Serapias* Cluſ. Pin. p. 239. Hanc Rivinus quondam *Satyrium flore luteolo* appellavit, at non habet radicem napiformem, ſed palmatam, quamvis paucioribus digitis diſſectam. *Auf dem Forſt* floret Aprili & Majo. Flore albo & purpureo cum foliis floribus interjectis purpureis variat, uti recte obſervavit Cluſius.

ORCHIS palmata pratenſis maxima C. B. P. 85. *Cynoſorchis macrocaulos ſive conopſea, ſeu galericulata Caroli Gemmæ* Lobel. icon. 192. *Palmata, ſeu Cynoſorchis macrocaulos galericulata Caroli Gemmæ* J. B. 2. 177. In pratis utis floret æſtate. *Nach Altenbergen hin.* Et in pratis uliginoſis inter *Scheps & Altenbergen* [Certiſſime non diverſa planta, ſed varietas illius, cui breviora calcara ſunt]

PALMATA maculatis foliis RIV. *Orchis palmata pratenſis maculata* C. B. In pratis udis inter *Wöllnitz & Fürſtenbrunnen.* A priori parum differt.

*Palmata, ſive Serapias paluſtris flore albo ſubpurpura-ſcente* J. B 3 775. Floris colore variat; Hinc *Palmata ſerapias paluſtris leptophylla violacea maculata & non maculata* J. B. 3. 776. In pratis uliginoſis v. g. *im groſſen und kleinen Paradieſſe* floret Jun. [Loco hujus 4. in poſthumis legitur Palmata non maculata RIV. *Orchis palmata paluſtris tota rubra* C. B. P. In pratis majo, junioque. Cæterum hæ duæ Palmatæ pratenſis & paluſtris, omnino eadem planta ſunt, a montana ſpecie diverſæ, caule fiſtuloſo, foliis ad caulem numeroſis, latioribus, ſpica magis cylindrica, flore inordinate maculato, ſegmento medio labelli rotundiore]

ORCHIS palmata flore viridi inſtar floris Ophryos in petulo inferiori & propendente biſecto. *Orchis palmata flore viridi* C. B. in Prodr. p. 30. Palmata alia icon apud J. B. in Hiſt. Plant. hanc plantam pulchre exprimit. In ericetis & paſcuis *beym Dorff Meckern*, floret Jul.

[ORCHIS radicibus multis, cylindricis, labello trifido, calcare breviſſimo Enum. plant. Helv. p. 270. *Pſeudorchis alpina flore herbaceo* MICHEL. p. 30. T. 26. In M. *Bructero* legi]

RHIZOCORALLON *Orobanche radice coralloide* C. B. P. p. 88. *Dentaria aphyllos tertia* Cluſ. pannon. p. 449. *Dentaria coralloide radice* Cluſ. Hiſt. & Pan. p. 450. In nemoribus denſis & opacis v. g. *gegen dem Fürſten-Brunnen über* floret Majo & Jun. Et hujus plantæ flos eſt irregularis hexapetalus, non ſecus ac totius claſſis, unde hactenus male modo ad Orabanchen, modo ad Dentariam relata fuit. [Supereſt ut de iconibus RVPPIANIS dicam valde certe rudibus. *Orchis* quidem *militaris majoris barba anguſtiori, profundius diſſectæ* & alterius *minus profunde ſectæ* flores adeo male pinguntur, ut nihil definire poſſim. Minimæ vero RIVINI icon mala eſt. Conf. CLVSIANAM, meliorem, & VAILLANTII iconem floris T. 31. f. 35. 36. ſed & Monorchidis rudis icon eſt, & Corallorrhizæ.]

Hactenus abſolvimus plantas flore perfecto, tam re-

gulari, quam irregulari, gaudentes. Sequuntur nunc in ordine PLANTAE FLORE IMPERFECTO GAVDENTES, h. e. petalis deſtituto, inter quas merito Cereales & his congenera gramina agmen ducunt. Sit itaque primo

# CLASSIS XV.

## DE PLANTIS FLORE IMPERFECTO STAMINEO GAVDENTIBVS.

TRITICVM hybernum ariſtis carens C. B. P. 21. *Triticum vulgare glumas triturando deponens* J. B. 2. 407. In agris paſſim floret æſtate. *Weitzen*, & a tempore ſationis dicitur *Winter-oder Sommer-Weitzen.*

TRITICVM ſpica multiplici C. B. P. 21. *Triticum cum multiplici ſpica, glumas facile deponens* J. B. 2. 407. *Triticum multiplici ſpica* Lobel. icon. 26. In agris cum præcedente v. g. *wenn man nach dem Fürſten-Brunnen von Wöllnitz hinauf gehet.* Plures ſpecies interdum etiam hic occurrunt, quæ German. dicuntur *Wechſel-Weitzen, Kroll-Weitzen, Dünckel-Weitzen.*

TRITICVM typhinum, ſimplici folliculo C. B. P. 29. *Triticum cinereum, maximis ariſtis donatum, triturando glumas deponens* J. B. 2. 408. In agris cum præcedentibus floret æſtate.

TRITICVM æſtivum C. B. P. 21. In agris ſatum floret cum præced. ſed paulo ſerius. *Sommer-VVeitzen.*

TRITICVM rufum hexaſtichon C. B. P. 21. *Bey Arnſtadt nach dem Thüringer-VValde zu,* copioſe ſeritur ad ferarum irruptiones moleſtas evitandas; cum propter ariſtarum ſuarum aſperitatem & acumina pungentia ipſis inſenſum ſit.

416. *Rogga ſive Secale* Dodon. Pempt. 499. In agris paſſim floret æſtate. *Korn, Rocken.*

SECALE vernum ſ. minus C. B. P. pag. 23. Cum præcedente.

HORDEUM polyſtichum hybernum C. B. P. 22. *Hordeum polyſtichum* J. B. 2. 429. In agris paſſim floret æſtate. *Gerſten.*

HORDEUM polyſtichum vernum C. B. P. p. 22. *Sommergerſten.* Cum præcedente.

AVENA vulgaris ſive alba C. B. P. 23. *Avena alba* J. B. 2. 432. *Avena* Dodon. Pempt. 511. In agris paſſim floret æſtate. *Haber.*

AVENA nigra. Cum præcedente, ſed rarius.

AVENA, elatior, panicula propendente; cum præcedente, v. g. *bey Schmohna und am Thüringer-VValde,* ubi *Türckiſchen Haber.*

MILIUM ſemine luteo C. B. P. 26. *Milium* J. B. 2. 446. In agris paſſim floret æſtate. *Hirſe, rother Hirſe, oder Hirſchen.*

MILIUM ſemine albo C. B. P. 26. Raj. hiſt. 125. In agris cum præcedente.

MILIUM ſemine nigro C. B. P. 26. *Milium ſemine nigro ſpadiceove* J. B. 2. 446. *Milium nigrum* Tabern. icon. 278. In agris cum præcedentibus circa pagos. *Schwartzer Hirſen, Sprall-Hirſen.*

LACRUMA IOBI Cluſ. Dod. *Lithoſpermum arundinaceum forte Dioſc. & Plinii* C. B. P. p. 258. In hortis æſtate floret.

MAYZ frumentum indicum Mays dictum C. B. P. p. 25. *Türckiſcher VVeyzen.* In agris & hortis ſatum æſtate floret, & colore granorum variat, unde magna vis iconum apud Tabernæmontanum.

PANICUM germanicum ſive panicula minore C. B. P. 27. In agris, ſed rarius, & in hortis inter olera. *Fench, Fönich, Fuchs-Schwantz.*

## *Gramina.*

### I. SPICATA.

PANICVM vulgare, ſpica multiplici, aſperiuſcula Tournefort. inſtit. 515. *Gramen paniceum ſpica diviſa* C. B. P. 8. *Graminis genus quibusdam, Gallis Dens canis* 2. *ſive Panicum ſylveſtre, panicula diviſa* J. B. 2. 443. *Panicum ſylveſtre* Tabern. icon. 279. In ſcrobibus juxta vias v. gr. *nach Lobda und Löbſtädt zu, iſt auch auf der Inſul unter denen* oleribus; floret æſtate.

PANICVM vulgare, ſpica multiplici, longis ariſtis circumvallata Tournefort. inſtit. p. 515. *Gramen paniceum, ſpica ariſtis longis armata* C. B. P. 8. *Gramen paniceum* II. Tabern. icon. 228. In ſcrobibus cum præcedente, v. gr. *wo man über die VVieſen an denen Gräben nach Löbſtädt gehet.*

PANICVM vulgare ſpica ſimplici & aſpera Tournef. inſtit. *Gramen paniceum, ſpica ſimplici* C. B. P. 8. *Panicum ſylveſtre dictum, & Dens canis* J. B. 2. 443. *Gramen geniculatum* Tabern. icon. 200. In agris cultis *und im Zwinger beym Löber-Thore* floret æſtate. *VVildmann-Graß, wilder Penich.*

PANICVM vulgare, ſpica ſimplici, & molliori Tournef. inſtit. 515. *Gramen paniceum ſpica ſimplici & lævi* Raj. Hiſt. 1261. In agris cum præcedente. *wilder Hirſe*, ut & præcedens.

GRAMEN paniceum ſpicis nigris C. B. P. p. 8. *Panici effigie gramen* 3. Lobel. *Gramen paniceum* 3. Tab. In arenoſis verſus *Laaßdorf.* [Planta mihi ignota.]

PANICVM maritimum, ſpica longiore villoſa Tourn. inſtit. p. 515. *Gramen alopecuros minus, ſpica longiore* C. B. P. 4. *Cauda vulpis Monſpelienſium, Alopecuros Theophraſti* Lobel. icon. 45. In horto medico floret æſtate. vulgo *Fuchs-Schwantz-Graſs.*

GRAMEN loliaceum radice repente, ſive Gramen officinarum Tournefort. inſtit. 516. *Gramen caninum, arvenſe ſive Gramen Dioſcorid.* C. B. P. 1. *Gramen repens officinarum forte triticeæ ſpicæ aliquatenus ſimile* J. B. 2.

p.457. *Gramen* Dodon. Pempt. 558. In agris nimis frequens, ubi agricolæ quotannis aratro eruunt, adeo ut ipſius ſpica rariſſime conſpiciatur. Spica ariſtata quandoque variat.

GRAMEN loliaceum, ſpica longiore, ariſtas habens C. B. P. 9. *Lolium gramineum, ſpicatum, caput tentans* J. B. 2. 437. Inter ſegetes paſſim nimis frequens floret æſtate. Germ. *Lülch, Treſpen.*

GRAMEN loliaceum, ſpica longiore, ſine ariſtis C. B. P. 9. Cum præcedente.

GRAMEN loliaceum, anguſtiore folio & ſpica C. B. P. 9. *Phœnix Lolio ſimilis* J. B. 2. 436. *Phœnix ſive Lolium murinum* Dodon. Pempt. 540. Ad pratorum ſemitas, & agrorum margines, & ſecus vias publicas floret æſtate, quandoque ariſtatum occurrit, quod Tournef. annotavit; quin & ſpicis brevioribus latioribus & compreſſis variat, quod Moriſon. in Hiſt. oxonienſi part. 1. 320 annotavit; nec non aliquando ſpicas ramoſas, & quaſi multiplices gerens occurrit, quod Parkinſon. in Theatro p. 1145. obſervavit; id in pratis juxta ſemitas magis tritas paſſim occurrit, v. gr. *im kleinen Paradieſſe.* [Vult hic plantam a Phœnice diverſam, *Gramen* nempe *loliaceum panicula multiplici & ſpicata* J. R. H. Scheuchz. p. 200. T. 4. f. 6.]

GRAMEN loliaceum, corniculatum, ſpicis glabris Tournefort. In aſperis & apricis *bey Ober-Wöllnitz, neben dem hohen Fahr-Wege* frequens floret æſtate.

GRAMEN latifolium ſpica triticea compacta C. B. Prodr. p. 17. *Gramen avenaceum dumetorum ſpicatum* Raj. hiſtor. 1262. *Gramen loliaceum, corniculatum, ſpicis villoſis* Tournef. inſtit. p. 506 *An Hecken,* v. gr *im Fürſten-Garten,* & alibi floret æſtate. [*Gramen loliaceum corniculatum ſpicis villoſis* T. diverſum eſt a Gramine C. B. & ſynonymum Graminis ſpica Brizæ villoſi, quod proximum ſuccedit, & locuſtis non ita evidenter hirſutis differt.]

GRAMEN loliaceum altiſſimum, ſpica Brizæ perlonga, ariſtis brevibus donata Tournefort. inſtit. p. 517. *Gramen ſpica Brizæ majus* C. B. P. 9. Prodr. 19. In aſperis & apricis ſoli meridiano expoſitis, v. g. *auf dem rauhen ungebauten Fuchs-Berge, und ſonſt anderswo,* floret æſtate;

GRAMEN ſpica Brizæ minus C.B. Prodr. 19. cum præcedente, [cujus varietas eſt.]

GRAMEN loliaceum nemorenſe latifolium hirſutum. *Im Raubenthale, und auf dem Forſt nach Müncherode hin.* Floret Majo circa feſtum Johannis vid. Raj.hiſt. plant.

GRAMEN ſpica Brizæ latifolium, perenne ſylvaticum, non deſcriptum, *im Raubenthale* æſtate floret. [Ita in poſthumis, idem procul dubio priori, & forte *Gr. loliaceum corniculatum villoſum molliuſculum* Scheuchzeri.. In Rajano opere nihil reperio hujusmodi, neque poſſum, quid ſit, definire.]

GRAMEN loliaceum minus, ſupinum, ſpica multiplici C.B. Prodr. 19. In aridis, apricis gramineis locis provenit v g. *in den Trifften zwiſchen Querfurth und Wendelſtein: auch bey* Camsdorff, *und an denen Wegen nach dem Forſte zu hinter dem Galgen*, [ſuper oppidum *Bürgel*; prope *Groſſen-Fanern, Erfordiam* inter & *Langenſalzam*] ad ſemitas, floret æſtate.

GRAMEN Secalinum, pratenſe & elatius Hiſt. oxon. T. II. S. VIII. T. 2 f. 6. In pratis *des groſſen Paradieſſes* paſſim *biß nach Lobda und Wöllnitz* hin, [& *Göttingæ* ubique] floret æſtate, [ſpica gracili pene diſticha.]

GRAMEN ſpicatum vulgare, ſecalinum Tournefort. inſtit. p. 517. *Gramen hordeaceum, minus & vulgare* C. B. P. 9. *Hordeum murinum* J. B. 2. 431. *Hordeum ſpontaneum ſpurium, Holcus Plinii Anguillaræ* Lobel. icon. 30. Ad muros, ſepes, & in ruderatis frequens, floret æſtate.

GRAMEN ſecalinum majus ſylvaticum D. Bobart. III. p. 180. n 12. *im Raubenthale* floret Jun. [Aſperrima ſpica]

GRAMEN ſpicatum, ariſtis pennatis Tournefort. inſt. p. 518. *Gramen Sparteum, pennatum* C.B P. 5. *Gramen pennatum, aliis ſpartum* J. B. 2. 512. *Gramen plumeum* Mont. Phytogr. Fig. 173. In aſperis & apricis v. gr. *auf dem Hauß-und Kunitzer-Berge*, floret Junio. Cluſius in hiſtoria CCXXI. *Spartum auſtriacum, pennatum* vocavit. Germ. *Marien-Flachs.*

GRAMEN ſerotinum ſpica laxa caneſcente, Joh Raji,

*præcox panicula* (potius ſpica) *laxa caneſcente* Raj. Synopſ. II. & III. p. 407. T. 22. f. 2. Minime vulgaris planta.]

GRAMEN ſparteum juncifolium C. B. P. p. 5. *Spartum noſtras parvum* Lobel. In ſylvarum terminis & locuſtarum acervis *nach Rothe und der Rieſeneck* [& M.Hercynicis] M. Junio & Julio floret.

GRAMEN ſpicatum, ſparteum, ſpica ſericea, ex utriculo prodeunte Tournefort. inſtit. p. 518. *Gramen ſparteum ſecundum panicula brevi folliculo incluſa* C. B. P. 5. In aſperis & apricis paſſim floret æſtate, v. g. *wo man nach Wöllnitz und den Fürſten-Brunnen gehet.*

GRAMEN anthoxanthon, ſpicatum J. B. 2. 466. *Gramen pratenſe, ſpica flaveſcente* C. B. P. 3. *Gramen anthoxanthon Dalechampii* Lugdun. 426. In pratis v. g. *im kleinen Paradieſſe*, floret Aprili & Majo; ſpicæ magnitudine & craſſitie varia. Semina habet fuſca lanugine obducta & ariſtis brevibus recurvis donata, non ſecus ac Ægylops arvenſis, ad quem pariter referri poſſet. [Convenit locuſta diantha glumis villoſis, ſed ad alterius glumæ baſin ariſta eſt, glumam ſuperans bicolore, cum ex alterius glumæ dorſo ariſta breviori exeat. Ægylops vero omnino Avenæ ſpecies eſt.]

GRAMEN ſpicatum, glumis variis Tournefort. inſtit. 519. *Gramen glumis variis* C. B. P. 10. Prodr. 21. *Gramen verſicolor* J. B. 2. 466. In aſperis & apricis floret Martio & Aprili; (abunde in gypſeis montibus *Oſterodæ*) Spicas habet nitidas quaſi cœruleas, & amplis ex ceſpitibus, quos occupat, plurimas gignit ſpicas.

GRAMEN minimum ſpica brevi habitiore noſtrum Raji p. 1271. In apricis & ſaxoſis agrorum *neben der Halliſchen Heyde*. Junio floret.

GRAMEN ſpicatum ſemine miliaceo albo Tournefort. inſtit. 518. *Phalaris major ſemine albo* C. B. P. 28. *Phalaris* J. B. 2. 442. *Phalaris* Dod. Pempt. 510. In agris ſatum paſſim floret æſtate. Germani *Canarien-Saat* vocant, quia paſſeres canarienſes hujus ſemine alunt.

GRAMEN ſpicatum glumis criſtatis Tournefort. inſtit. p. 519. *Gramen criſtatum* Lobel. adverſ. part. 2. 467.

*Gramen criſtatum anglicum* Park. Theatr. 1160. *Gramen criſtatum* C. B. Chabræi. In pratis paſſim floret Junio & Julio.

GRAMEN ſpicatum, ſpica cylindracea, tenuiſſima, longiore Tourn. inſtit. p. 520. *Gramen typhoides ſpica anguſtiore, longiore* C. B. P. 4. *Gramen cum cauda muris purpuraſcente* J. B. 2. 473. *Gramen alopecuroides, minus, alterum* Lobel icon 9. In aſperis & apricis circa ſylvas v. g. *um den Forſt*, floret æſtate.

GRAMEN ſpicatum, ſpica cylindracea longiſſima Tournef. inſt. 519. *Gramen typhoides, maximum, ſpica longiſſima* C. B. P. 4. Prodr. 10. *Gramen cum cauda muris majoris longa, majus* J. B. 2. 472. In ſylvis v. g. *auf der Wellmeſe*, floret æſtate. Hoc, ut & omnia typhoidea gramina, glumas habet bicornes, quas C. B. in Prodr. juxta hanc ſpeciem eleganter expreſſit.

GRAMEN ſpicatum, ſpica cylindracea, tenuiori, longa Tournef. inſtit. p. 520. *Gramen typhoides, aſperum, primum* C. B. P. 4. *Gramen cum cauda muris, minus* J. B. 2. 471. In pratis v. g. *in dem groſſen Paradieſſe*, floret æſtate.

GRAMEN ſpicatum, ſpica cylindracea, brevi, radice nodoſa Tournefort. inſtit. p. 520. *Gramen nodoſum, ſpica parva, ſive nodoſum tertium* C. B. P. Prodr. 3. In aſperis ſylvarum & apricis v. g. *auf dem Forſt &c.* floret Junio & Julio.

GRAMEN Alopecuro ſimile glabrum cum pilis longiuſculis in ſpica Onochordon J. B. In pratis frequens Majo & Junio.

GRAMEN dactylon, anguſtifolium, ſpicis villoſis C. B. P. 8. *Gramen digitatum, hirſutum* J. B. 2. 445. *Iſchæmum ſecundum* Tabern. icon. 222. In aſperis & acclivibus v. g. *bey der Raſe-Mühl, auch wo man nach Lobda nach der neuen Schencke gehet*, floret Jul. & Aug. Ab hoc vix differt *Gramen ſcoparium Iſchæmi paniculis gallicum* Lob.

GRAMEN dactylon folio latiore C. B. P. *Iſchæmon* Cluſii hiſt. In hortis oleraceis ſuburbiorum.

GRAMEN dactylon, radice repente, ſive officinarum

*graminis mannæ* J. B. 2. 459. *Gramen dactylon folio arundinaceo, majus, aculeatum forte Plinio* C. B. B. 7. *Gramen legitimum* Cluſii hiſt. CCXVII. In ſuburbiorum hortis, inter olera hinc inde floret Auguſto.

GRAMEN dactylon Indicum, ſpicis longioribus Tournef. In horto D. D. Slevogtii inter alias plantas exoticas rariores quondam adfuit, an autem denique propter novi horti cultoris malam obſervationem, an potius ignorantiam, pro gramine vulgari erutum, & tanquam inutile quid projectum, neſcio; occurrit tamen in hortis Curioſorum Lipſienſium.

GRAMEN ſpicatum aquaticum, ſpica cylindracea, brevi Tournef. inſtit. p. 520. *Gramen aquaticum, geniculatum, ſpicatum* C. B. P. 3. *Gramen cum parva cauda muris, radice non nodoſa, repens* J. B. 2. 472. In locis, ubi her hyemem aquæ ſtagnarunt juxta vias publicas cum Plantaginella &c. floret Julio. [ad foſſas Gottingæ abunde] Tabern. in iconibus *Gramen fluviatile, album* vocat.

GRAMEN ſpicatum, ſpica cylindracea, molli & denſa Tournef. inſtit. p. 520. *Gramen typhoides, molle* C. B. P. 4. *Gramen Alopecuroidi accedens & Phalaridi, ſpica longiuſcula, folio lanuginoſo* J. B. 2. 474. *Gramen alopecuroides* Lobel. icon. 8. In pratis v. g. *im kleinen Paradieſſe* floret Majo; Staminibus violaceis & luteis variat, non ſecus ac plurimæ aliæ graminum ſpecies.

GRAMEN paniculatum ſpicis craſſioribus, & brevioribus Tournefort. inſtit. p. 251. *Gramen ſpicatum, folio aſpero* C. B. P. 3. Prodr. 9. *Gramen aſperum* J. B. 2. 467. *Gramen ſpicatum* Dalechampii Lugd. 427. In pratis paſſim floret æſtate, *auch bey der neuen Schencke*, in pratis uligine madentibus.

## II. GRAMINA PANICVLATA.

GRAMEN paniculatum, autumnale, panicula ampliore, ex viridi nigricante Tournefort. inſtit. p. 521. *Gramen arundinaceum enode majus, montanum* C. B. P. 7. *Gramen arundinaceum, enode* J. B. 2. 481. *Gramen arundinaceum* Tabern. icon. 231. In ſylvis vaſtis *zwiſchen*

*Sachſen und Böhmen, auch bey Königſtein und Pirna,* floret Auguſto.

GRAMEN paniculatum, autumnale, panicula anguſtiore, ex viridi nigricante Tournef. inſtit. 521. *Gramen pratenſe, ſerotinum, panicula longa, purpuraſcente* Raj. Synopſ. 260. *Gramen ſpica Lavendulæ* Merret. in pinace. In pratis udis floret poſt fœniſecium. v. g. *wo man nach Ziegenhayn gehet,* Hoc pro prioris varietate habet Tournefort, ſed perperam. it. *nach der Walters-VVieſe zu.* [Etiam mihi varietas videtur humilior, foliis dimidio anguſtioribus, locuſtis ſæpiuſcule monanthis.]

GRAMEN paniculatum, aquaticum, fluitans Tournef. inſtit. p. 521. *Gramen aquaticum, fluitans, multiplici ſpica,* ἄγρωστις ποτάμιος C. B. P. 3. *Gramen aquaticum, cum longiſſima panicula* J. B. 2. 490. *Gramen fluviatile* Tabern. icon. 216. *Gramen anatum* Tragi; In ſtagnis & foſſis floret æſtate.

GRAMEN paniculatum latifolium, radice repente, craſſiori Tournef. inſtit. *Gramen caninum, longius radicatum, majus* C. B. P. 1. *Gramen canarium longius radicatum, latiore panicula* Adverſar. part. 2. 467. J. B. 2. 457. *An den hohen Ufer der Saale* v. g. *wo man nach Kunitz gehet, auch auf denen Aeckern* paſſim nimis frequens, cum altero Gramine canino ſpica triticea promiſcue *Quecken* dicitur, & quovis modo ex agris eruitur & comburitur. Hujus radix officinas ingreditur. vid. Tabernæmontanus. Germanicum autem hoc vocabulum *Quecken* idem notat ac *kriechen;* unde to queck Anglorum adhuc reſtat. Batavi dicunt croepen, unde Crupina nomen accepit; floret æſtate. [Mihi ignotum eſt, & in plantis FICKIANIS vulgare gramen cum hoc nomine fuit.]

GRAMEN paniculatum, minus, radice repente, panicula duriore Tournefort. inſt. *Gramen murorum, duriuſculum, ſpica erecta rigida* Moriſon. hiſt. oxon. part. 3. Sect. 8. tab. 2. fig. 9. *Gramen loliaceum murorum, duriuſculum, ſpica erecta, rigida,* Ejusdem ibidem 182. *Gramen panicula multiplici* C. B. P. 3. Prodr. 6. In muris paſſim flo-

[Valde vereor, ut vera planta ſit, neque potius *Gramen paniculatum radice repente, culmo compreſſo locuſtis diſtichis pulchellis* Scheuchz. p. 108. quod in muris naſci amat.]

GRAMEN pratenſe, paniculatum, majus, latiore folio, ποὰ Theophraſti C. B. P. 2. *Gramen pratenſe* 1. Dodon. Pempt. 560. In pratis paſſim floret æſtate. Huic parvæ locuſtæ villoſulæ.

GRAMEN pratenſe paniculatum majus anguſtiore folio C. B. P. cum præcedente [Foliis pene junceis differt.]

GRAMEN pratenſe paniculatum, medium C. B. P. 2. *Gramen pratenſe, minus* J. B. 2. 542. *Gramen pratenſe* II. Dod. Pempt. 560. *Gramen minus* Tabern. icon. 201. In pratis cum præcedente. Hoc non ſecus ac ſequens paniculis albis & xerampelinis variat. Huic majores locuſtæ, villoſæ.

GRAMEN pratenſe, paniculatum, minus, rubrum C. B. P. *Gramen paniculatum minus, & rubrum* Tabern. icon. 207. Ad ſemitas pratorum & ad vias publicas paſſim floret toto fere anno. Huic majores locuſtæ, glabræ.

GRAMEN pratenſe, paniculatum, minus, album C. B. P. 3. *Gramen paniculatum minus, album*, Tabern. icon. 206. cum præcedente, cujus varietas eſt.

GRAMEN xerampelinum, miliacea, prætenui, ramoſaque panicula, ſive Xerampelino congener, arvenſe, æſtivum, gramen minutiſſimo ſemine Lobel. illuſtrat. 14. In agris *nach Ketſchau* floret æſtate.

GRAMEN paniculatum, proliferum TOVRN. inſtit. 523. *Gramen arvenſe, panicula criſpa* C. B. P. 3. Prodr. 6. *Gramen cum panicula molli, rubente* J. B. 2. 464. In muris cœmeteriorum & pagorum, *zwiſchen Halle und Leipzig*: Flores, vel potius proles ſuas, ſive radiculas paniculatim diſpoſitas profert Junio; recte enim obſervavit Tournefort. hanc Graminis ſpeciem loco florum proferre ſoboles inſtar Allii vel Biſtortæ alpinæ minimæ.

[GRAMEN paniculatum anguſtifolium alpinum locu-

ſtis rarioribus & anguſtioribus non ariſtatis SCHEVCHZ. Gottingæ in ſylvis abunde & procul dubio Jenæ, tum varietas ejus, quod *Gramen cirrhoſis & villoſis ſpongiolis ad ſingula genicula donatum* BOCCONE T. 69. quod & ipſum non rarum eſt.]

GRAMEN pratenſe, paniculatum, molle, C. B. P. 2. Prodr. 5. *Gramen lanatum* Dalechampii Lugd. 425. J. B. 2. 466. In pratis frequens floret æſtate.

GRAMEN paniculatum, minimum, molle Bot. Monſp. App. *Gramen paniculatum, locuſtis parvis, purpupuro-argenteis, annuum* Raji Synopſ. 258. Hiſt. 1286. In apricis ſterilibus, tenui gramine veſtitis *zwiſchen der Leuchtenburg und Städtgen Rothe häuffig um die neue Schencke* in agris macilentis floret Aprili & Majo. Idem hujus fig. vid. apud Scheuchzerum in itin. alp. 2di obſerv. botanicis Tab. 18. fig. 2.

MAIVS & perenne Dni Dod. apud Raj. in ſynopſ. ſtirp. Britann. in ſylvis prope *Rothe und Schlefreiſen* & ſupra *Bürgel* floret æſtate. [Cum hoc nomine inter plantas RVPPIANAS fuit *Gramen avenaceum capillaceum minoribus glumis*]

GRAMEN caninum, paniculatum, molle Raj. hiſt. 1285. In agris arenoſis. v. g. *gegen Rothe über* floret æſtate. *und nach der frölichen Wiederkunft hin.* [In plantis ſiccis non differt a pratenſi paniculato molli]

[GRAMEN paluſtre paniculatum minus SCHEVCHZ. p. 157. Elegans gramen calyce bifolio mutico, locuſta una vel duabus, quarum gluma exterior ex baſi educit ſubtilem ariſtam, baſis vero folliculi tota ſericeo villo nitet. Verſus *Kunitz* reperi]

GRAMEN paniculis elegantiſſimis, ſive ἐράγρωστις, majus C. B. P. *Gramen amoris dictum* J. B. 2. 470. *Gramen paniculatum, ſativum, heragroſtis* Tabern. icon. 204. in agris & vineis v. g. *um den Fuchsberg, auch noch ſchöner um Schmohna* floret æſtate.

GRAMEN minus vulgare, panicula rigida Tournefort. inſtit. 522. *Gramen minus, duriuſculum* Tabern. icon. 208. In aſperis apricis, gramine tenui veſtitis.

paſſim floret æſtate. Idem & altiſſimum, amploſque ceſpites occupantes inveni *auf der Wellmeſe*. [ Hoc nomine RVPPIVS intelligit *Gramen foliolis junceis brevibus radice nigra* SCHEVCHZERI ]

GRAMEN pratenſe panicula duriori, laxa, unam præcipue partem ſpectante Raj. Synopſ. 257. In pratis *und auf der VVellmeſe* floret æſtate.

GRAMEN paniculatum minus paniculis anguſtis, brevioribus unam partem ſpectantibus RAI. In agris *bey Städtgen Rothe* æſtate floret. [Annon potius legendum *Gramen paniculatum bromoides minus paniculis ariſtatis unam partem ſpectantibus* PLVKN. T. 33. f. 10. RAI. p. 1287? quod in ſylva *VVellmeſe* reperi ]

GRAMEN panicula miliacea, locuſtis minimis Tournefort. inſtit. p. 522. *Auf denen Ameiſſen-Haufen auf dem Forſt*, floret æſtate. [ Annon *Gramen montanum panicula ſpadicea delicatiore* SCHEVCHZ? Omnino videtur. Hujus varietas *montana* T. durior & altior copioſe provenit verſus *Schlefreiſen* ]

GRAMEN ſylvaticum, panicula miliacea, ſparſa C. B. P. 8. *Gramen miliaceum Lobelii* J. B. 2. 462. *Miliaceum gramen* Lobel. icon. 3. in ſylvis v. g. *im Rauhenthale und auf dem Forſt bey Vollersrode*, floret Majo & Jun.

GRAMEN aquaticum, paniculatum, latifolium C. B. P. 3. *Gramen majus*, *aquaticum* Lobel. J. B. 2. 481. *Gramen arundinaceum*, *geniculatum* Tabern. icon. 211. In ſcrobibus & ſtagnis v. g. *wo man nach Kunitz gehet; auch im kleinen Paradieſſe* floret æſtæte.

GRAMEN paluſtre paniculatum altiſſimum C. B. Pin. p. 3. *Gramen aquaticum arundinaceum paniculatum in ſumpfigten Gräben des groſſen Paradieſſes* & alibi cum præcedente. [ Idem priori ]

GRAMEN ſylvaticum panicula altiſſima C. B. P. & 14. in Prodr. *Auf der Wellmeſe* &c. æſtate floret [Quid? an forte *Gramen ſylvaticum glabrum panicula recurva* VAILL. p. 93. Id enim altiſſimum eſt, & paniculatum. ]

GRAMEN paniculatum, aquaticum, Phalaridis ſemine Tournefort. inſtit. p. 523. *Gramen arundinaceum, aceroſa gluma, noſtras* Parkinſ. Theatr. 1273. Moriſon. Hiſt. Oxon. part. 3. 208. an *Gramen arundinaceum, ſpicatum* C. B. P. 6? [Omnino] In ſtagnis & ſcrobibus. v. g. *wo man nach Kunitz gehet* floret æſtate.

GRAMEN paniculatum, aquaticum, Phalaridis ſemine, folio variegato Tournefort. inſtit. p. 523. *Gramen paniculatum, folio variegato* C. B. 3. *Gramen ſtriis pictum* J. B. 2. 476. *Gramen ſulcatum vel ſtriatum, album* Lobel. icon. 4. In hortis, ubi *Spaniſch-Graß* vocant, & coronis inſerunt. Varietas prioris.

GRAMEN paniculatum arundinaceum ſpica multiplici Tournef. inſtit. 523. *Gramen arundinaceum, ſpica multiplici, καλαμάγρωςις Dioſcoridis* C. B. P. 6. *Gramen Calamagroſtis Lobelii* J. B. 2. 480. *Calamagroſtis Lobelii* J. B. 2. 480. *Calamagroſtis* Lobel. icon. 6. an *Gramen aquaticum, geniculatum* Tabern. icon. 215? Ad ſtagna, ſed rarius, v. g. *bey Löbſtädt, und bey dem Fürſten-Brunnen* floret æſtate. [An *Gramen paniculatum elatius paniculis ſ. ſpicis muticis ſ. ſquamoſis* SCHEVCHZERI. Crediderim]

GRAMEN paniculatum, arundinaceum, panicula denſa, ſpadicea Tournefort. inſtit. p. 523. *Gramen arundinaceum, panicula molli, ſpadicea, majus* C. B. P. 7. *Gramen plumoſum Lobelii, ſpica candida & ſerici modo lucens* J. B. 2. 476. *Gramen tomentoſum. Calamagroſtis quorundam, & vulgi Gramen plumoſum* Lobel. icon. 6. in dumetis v. g. *auf der Wellmeſe* floret æſtate. *Iſt auch auf denen ungebauten Feldern über der alten Ginne.* Arundinis ſpecies, pappo ſericeo intra calycem plenum.

[GRAMEN avenaceum montanum, panicula anguſta e dilutiſſime fuſco albicante & papposa SCHEVCHZ. Agroſt. p. 507. Simillimum priori. Sed diverſum ariſta geniculata, quæ ad baſin alterius glumæ naſcitur. Deinde folliculus brevius multo pubeſcit. In M. *Auerberg* abunde & Rodæ legi provenit.]

ceis, tremulis Tournefort. inſtit. p. 523. *Gramen amabile, tremulum maximum, panicula ſpadicea* V. Luſitani: *Gramen tremulum, panicula fuſca ſive fumigato colore* Cluſ. 38. In hortis Curioſorum floret æſtate.

GRAMEN paniculatum, minus, locuſtis parvis, tremulis Tournefort inſtit. p. 524. *Gramen tremulum minus, panicula parva* C. B. P. 2. Prodr. 4. *Gramen tremulum minus* J. B. 2. 470. In ſylva *bey Prieſsnitz* floret æſtate.

GRAMEN tremulum minus, locuſtis deltoidibus, albicantibus, *in dem Walde über Jena-Prieſsnitz* floret Jun. [In poſthumis omittitur neque differt]

GRAMEN capillatum J. B. 2. 462. *Gramen ſegetum altiſſimum, panicula arundinacea ſparſa latiore* Lobel. icon. *Ackerſtrauſs-Graſs* Tabernæm. in pratis frequens floret æſtate.

GRAMEN ſegetum, panicula arundinacea C. B. P. 3. *Gramen agrorum* Lobelii J. B. 2. 461. *Agrorum venti ſpica & Gramen agrorum latiore, arundinacea, comoſa panicula* Lobel. icon. 3. In agris non tam, quam pratis v. gr. *nach Wenigen-Jena zu*, panicula ſpadicea & alba variat.

GRAMEN miliaceum aquaticum. *Gramen paniculatum dulce* LOBEL. *Im Stattgraben wo man vom Saalthor nach dem Löberthor hingeht, auch an Graasräudern zuweilen.* [*Sulzæ* abunde in foſſis]

GRAMEN avenaceum, panicula ſparſa, locuſtis majoribus, & ariſtatis Tournefort. p. 526. *Feſtuca avenacea, ſterilis, elatior* C. B. P. 9. *Ægylops Matthioli forte* J. B. 2. 439. *Bromos herba* Dod. pempt. Ad ſepes v. gr. *im kleinen Paradieſſe* & in vineis paſſim floret Junio; magnitudine variat.

FESTVCA elatior paniculis minus ſparſis locuſtis oblongis ſtrigoſis ariſtis purpureis pendentibus RAI. Synopſ. p. 414. In agris lapidoſis & vineis æſtate floret. Ipſe RAIVS ad Feſtucam gramineam effuſa juba referre videtur.

FESTVCA Graminea glumis hirſutis C. B. P. p. 9. Gra-

*men murorum* DAL. *Grameugros Montbelgardenſium* J. B. In pratis & vineis frequens. Variat ſpicarum multitudine. In agris [locuſta] glabra eſt, in pratis vero hirſuta; easque duas plantas ſeparant RAIVS & J. B.]

GRAMEN avenaceum, locuſtis villoſis, craſſioribus Tournefort. inſtit. p. 526. *Gramen ſpica hirſuta, ad Gramen du gros accedens* J. B. 2. 438. In pratis paſſim, v. gr *im beyden Paradieſen*, floret Maj. & Jun. [Credo RVPPIVM intelligere *Gramen avenaceum locuſtis villoſis anguſtis candicantibus & ariſtatis* J. R. H.]

GRAMEN avenaceum arvenſe, glumis non villoſis, & veluti compreſſis. Germ. *Dort, Gerſtentwalch, Gerſtenwalch,* inter ſegetes præcipue *bey Kunitz* floret Majo & Jun. revera differt a præcedente, Germanis dicitur *Täberich*, & ejus ſemini major noxa adſcribitur, quam ſemini Lolii. [Procul dubio noſtrum *Gramen Bromoides locuſtis conicis glabris foliis aſperrimis* Enum. plant. Helv. p. 227. in Germania vulgare]

GRAMEN avenaceum, arvenſe, glumarum ſtaminibus aureis, panicula ſparſa. *Feſtuca graminea, arvenſis, minor* C. B. P. 10. In agris lapidoſis, *wo man aus dem Rauhenthale nach Cluſewitz gehet*, floret Jun. & Jul. [Quid?]

GRAMEN avenaceum, ſylvaticum, paniculatum, latifolium, glumis villoſis, & ariſtatis, panicula ampla. In ſylvis opacis, v. gr. *im Rauhenthale* floret Jun. [Quid? Annon *Gramen avenaceum dumetorum panicula ſparſa* RAI. Syn. III. p. 415.]

GRAMEN avenaceum dumetorum ſpicatum RAII. Ad ſepes, *im Fürſtengarten, und über der Wöllnitziſchen Kirche.* Junio floret.

GRAMEN avenaceum montanum, lanuginoſum C. B. Pin. pag. 10. *Gramen montanum, Avenæ ſemine* Cluſ. Pan. 718. 719. GRAMEN cum locuſtis parvis candidis piloſis ſemine avenaceo CHABR. p. 177. In vineis & muris urbis frequens, tum in M. *Fuchsberg* &c. floret Majo & Jun.

Vulgare in apricis collibus. Quo vero nomine habeat RVPPIVS non dixerim ]

GRAMEN montanum avenaceum ſpicatum C. B. Pin. p. 10. *Gramen montanum avenaceum ſpicatum* CLVS. Pann. & hiſt. In apricis & vineis, & in muris urbanis, *im Stattgraben hinter Förtſchens Haus.* [ A priori minime differt, licet utrumque in poſthumis recenſeatur ]

GRAMEN avenaceum parvum procumbens paniculis non ariſtatis RAII. In ſylvis *nach der frölichen Wiederkunft und der Rieſenek hin* Junio & Julio floret. [Virides huic & obeſæ ſed paucæ locuſtæ]

GRAMEN montanum avenaceum locuſtis rubris C. B. Prodr. p. 20. *Auf der Wellmeſe.*

GRAMEN avenaceum nemorenſe glumis rarioribus ex fuſco Xerampelinis RAI. *Gramen avenaceum locuſtis rarioribus* C. B. In ſylvis opacis v. g. *dem Raubenthale, und auf den Kunitzberge* Majo menſe. [ A Gramine rubris locuſtis non differt uti ex ſpecimine DILLENIANO video ]

[ GRAMEN avenaceum capillaceum minoribus glumis RAI. p. 1288. Abunde in ſylvis ſupra *Bürgel* ]

GRAMEN avenaceum pratenſe elatius panicula flaveſcente locuſtis parvis J. RAI Hiſt. plant. In pratis frequens Majo & Junio floret [ Circa *Bürgel* ]

GRAMEN avenaceum glabrum panicula purpuro-argentea ſplendente RAI. *Methgram.* In pratis frequens Junio M. floret [ In M. *Fuchsberg* reperi ]

[ Et GRAMEN avenaceum elatius juba longa ſplendente. RAII. In lapidoſis M. *Fuchsberg* ]

[ GRAMEN avenaceum montanum ſpica ſimplici ariſtis recurvis RAII Syn. III p. 405. abunde in apricis. A priori differt quod ſpicam potius quam paniculam edat ]

GRAMEN avenaceum utriculis lanuginoſis flaveſcentibus Tournef. *Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus* C. B. *Ægylops quibusdam ariſtis recurvis ſive Avena piloſa* J. B. inter ſegetes præcipue Hordei & Avenæ nimis frequens peſtis, floret Junio & Julio. De hac planta intelligen-

dus eſt Virgilius dum canit : Infelix Lolium & ſteriles naſcuntur Avenæ.

GRAMEN pratenſe paniculatum altiſſimum, locuſtis parvis ſplendentibus non ariſtatis Tournef. *Feſtuca graminea effuſa juba*, C. B [Quid velit RVPPIVS non dixerim. Sed Feſtuca C. BAVHINI ariſtata eſt.]

GRAMEN nodoſum, avenacea panicula C. B. Prodr. p. 3. Provenit copioſiſſime in pratis v. g. *im Paradieß und auf der Inſul, auch wo man nach Kunitz und Löbſtädt gehet*, floret Majo & Junio. Sæpius in uſtilaginem inſtar errealium degenerat. Ariſtæ recurvæ ſunt, quod in figura obſervavit C. B.

GRAMEN avenaceum pratenſe glumis xerampelinis craſſioribus & ſplendentibus præcocius. Hujus meminiſſe videtur J. Rajus in appendice ad hiſt plant. univerſalem, & in Methodo plant. emend. & aucta, in pratis frequens cum præcedente, quo tamen eſt præcotius & humilius. [An forte Gramen avenaceum elatius juba longa ſplendente RAII, quod in poſthumis addit RVPPIVS]

FESTVCA junceo folio C. B. inter plantas RVPPIANAS fuit, cum nomine *Graminis avenacei cincinnatis ariſtis*. In apricis & aſperis æſtate floret.

ARVNDO vulgaris, ſive Phragmites Dioſcorid. C. B. P. 17. *Arundo vulgaris, paluſtris* J. B. 2. 485. *Arundo paluſtris, Canna ſepiaria* Tabern. icon. 254. In foſſis & ad ripam Salæ frequens floret æſtate. *Rohr, Schilff-Rohr, Riet.*

ARVNDO indica, variegata, ſive Laconica Theophraſti Corn. 54. In hortis floret cum præcedente.

GRAMINIBVS ADFINES.

CYPERVS rotundus, inodorus, germanicus C. B. P. 14. *Cyperus aquaticus ſeptentrionalis* Lobel. icon. 77. In ſcrobibus *bey der Schneide-Mühle*, [ubi nullo modo reperire potui, forte deſtructum a botanicis] *auch auf denen Obendorfiſchen Wieſen bey Laucha, und an der Unſtruth*, ubi panicula plane diverſa a præcedente invene-

CYPERVS minimus, panicula ſparſa, nigricante Tournef. Inſtit. p. 527. *Gramen Cyperoides, minus, panicula ſparſa nigricante* C. B. P. 6. *Gramen parvum, pulchrum aliud panicula compreſſa, nigricante* J. B. 2. 471. *Gramen Cyperoides, minimum, nigricante panicula* adverſ. part. 2. 463. In ſcrobibus, illorumque limitibus *hinter Jena-Prieſenitz und Zöllnitz auf denen Wieſen, wo man nach Laaſsdorff gehet*, floret Auguſto.

CYPERVS minimus panicula ſparſa, ſubflaveſcente Tournefort. inſtit. 527. *Gramen Cyperoides, minus, panicula ſparſa ſubflaveſcente* C. B. P. 6. *Gramen pulchrum, parvum, panicula lata, compreſſa* J. B. 2. 470. *Calamagroſtis altera* Tragi 679. cum præcedente.

SCIRPVS plauſtris altisſimus Tournefort. inſtit. p. 528. *Iuncus maximus, ſive Scirpus major* C. B. P. 12. *Iuncus maximus holoſchœnas* J. B. 2. 522. In ſtagnis v. g. *wo man nach Kunitz gehet, auch bey Löbſtädt in der alten Saale*, floret æſtate. Germ. *Bintzen, Bimſen.*

SCIRPVS Equiſeti capitulis crasſioribus & habitioribus, pumilus & multicaulis, nondum deſcriptus, in uliginoſis paſcuis *hinter Linckel* poſt pinetum cum Caricoide floret Junio & Julio. [Eſt *Scirpus caule aphyllo Spica imbricata ſubrotunda glumis obtuſis* Enum. plant. Helv. p. 249. Gottingæ non rarus.]

SCIRPVS Equiſeti capitulo majori Tournefort. *Iuncus capitulis Equiſeti, major* C. B. P. 12. *Iuncus capitulis longis, ſive clavatus* J. B. 2. 523. *Iuncus aquaticus, minor, capitulis Equiſeti* Lobel. icon. 86. In ſtagnorum ripis & ſcrobibus frequens v. g. *an den Kunitziſchen Teichen, und auf den feuchten VVieſen nach VVöllnitz zu; auch im groſſen Paradieſſe*, floret æſtate.

SCIRPVS omnium minimus capitulo longiori Tournefort. inſtit. p. 528. *Iuncellus minimus, capitulis Equiſeti* Boccon. rarior. plant. 42. cum figura hujus plantæ nitida. (Omnino) in ſtagnorum limitibus opacis v. g. *um den Löbſtädtiſchen Teiche, oder an den Saal-Arm herum*, floret æſtate.

SCIRPVS omnium minimus, capitulo breviori Tour-

nefort. inſtit. p. 528. *Iuncellus inutilis, ſive Chamæſchœnos* C. B. Prodr. 22. *Iuncellus inutilis* C. B. P. In locis, ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, & opacis v g. *nach Kleine und Rothe zu, in dem alten Fahrwege der VVælder, und bey Haynbuchen,* floret æſtate; Hujus capitula ſunt bi-vel trigemina; proxime vero præcedentis ex ſummitate cauliculi ſolitaria.

[SCIRPUS culmo unifolio, ſpica bivalvi, latiuſcula rariori Enum. plant. Helv. p. 249. In *Gotthardi* udis verſus *Oderbrücke* abunde.]

CYPEROIDES latifolium, ſpica rufa, ſive caule triangulo Tournefort. inſtit. *Gramen Cyperoides latifolium ſpica rufa, ſive caule triangulo* C. B. P. 6. *Gramen Cyperoides cum paniculis nigris* J. B. 2. 494. *Gramen Cyperoides* Lobel. icon. 11. in ſtagnorum ripis *zwiſchen dem Johannis-und Löber-Thore,* floret Aprili. *Cyper-Graſß.*

CYPEROIDES latifolium ſpica ſpadiceoviridi majus C. B. P. p. 6. Cum præcedente [Circa *Kunitz* legi.]

CYPEROIDES latifolium, ſpicis teretibus erectis Tournefort. inſtit. p. 529. *Gramen Cyperoides, latifolium, ſpicis teretibus, erectis* Raj. Synopſ. 265. *Gramen Cyperoides anguſtifolium, ſpicis longis, erectis* C. B. P. 6. *Gramen paluſtre majus* Lobel. icon. 11. *in dem Stadtgraben zwiſchen dem Johannis-und Löber-Thore, auch zwiſchen VVöllnitz und dem Fürſten-Brunnen,* in pratis humidis floret Majo. *Iſt am hæuffigſten in denen Sümpfen zwiſchen Litzerode und Iſſerſtædt,* cum Sparganio minimo. [*Auch am Schlefreiſiſchen Teiche.*]

CYPEROIDES nigro-luteum, vernum, majus Tournefort. *Graminis nigro-lutei verni varietas major* J. B. 2. 494. In ſylvis & apricis cum ſequente floret Aprili. [An-non *Cyperoides foliis caryophyllaceis ſpicis ex rarioribus & tumidioribus granis compoſitis* Pluknet T. 91. f. 7. Videtur.]

CYPEROIDES nigro-luteum, vernum, minus Tournefort. inſtit. p. 529. *Graminis nigro-lutei verni varietas minor* J. B. 2. 494. cum præcedente v. gr. *auf dem Ku-*

CYPEROIDES ſpicis nigris nutantibus. *Gramen cyperinum nemoroſum* J. B. apud Chabr. p. 289. In pratis udis & ad ripas. Majo & Junio floret. [*Eſt Cyperoides paluſtre ſpicis purpuroſpadiceis tenuibus pediculis inſidentibus* Scheuchzeri.

[Gr. Cyperoides foliis caryophyllaceis ſpicis erectis ſeſſilibus e ſeminibus confertis compoſitis Raj. III. p. 418. circa *Kunitz.*]

[CYPEROIDES minus ſpicis denſioribus Scheuchzer p. 433. Abunde Gottingæ in macilentis gramineis, & procul dubio Jenæ.]

CYPEROIDES polyſtachyon, flavicans, ſpicis brevibus prope ſummitatem caulis Tournef. *Gramen Cyperoides polyſtachion, flavicans, ſpicis brevibus, prope ſummitatem caulis* Raj. hiſt. 1294. In ſylvis v. g. *auf der Wellmeſe, um Schlefreiſen,* floret Majo.

CYPEROIDES ſpicis parvis, longe diſtantibus Tournefort. inſtit. p. 530. *Gramen Cyperoides, ſpicis parvis longiſſime diſtantibus* Raj. hiſt. 1295. In pratis humidis v. g. *im kleinen Paradieſſe, und auf der Wieſe beym Fürſten-Brunnen,* floret Majo & Junio.

CYPEROIDES ſylvarum, tenuius ſpicatum Tournefortii. *Gramen Cyperoides, ſylvarum tenuius ſpicatum* Parkinſon theatr. 1171. In ſylvis v. g. *im Rauhenthale,* floret Majo & Junio.

CYPEROIDES polyſtachyon lanuginoſum Tournefortii. *Gramen Cyperoides, polyſtachyon, lanuginoſum* Raj. Synopſ. 265. In vinearum & agrorum terminis floret Junio.

CYPEROIDES paluſtre aculeatum, capitulo breviore Tournefort. *Gramen paluſtre, aculeatum, germanicum, vel minus* C. B. P. 7. *Gramen paluſtre echinatum* Lobel. icon. 15. J. B. 2. 497. In pratis uliginoſis v. g. *im groſſen Paradieſſe* floret Majo & Jun.

CYPEROIDES capitulis Ranunculi; an *Cyperoides non aculeatum capitulo breviore* Tournef. *im groſſen Paradieſſe an denen feuchten Orten.* [Videtur intelligere *Cyperoides ſexubus totis plantis diſtinctum, ſive Gramen Cy-*

*peroides minimum ſeminibus deorſum reflexis puliciformibus* H. Oxon. III. p. 244. T. 12. f. 21. quod paſſim in paluſtribus naſcitur.]

CYPEROIDES ſpica pendula, breviore Tourneſ. inſtit. 529. *Gramen Cyperoides, ſpica pendula breviore* C. B. P. 6. *Pſeudocyperus* Dodou. Pempt. 339. *Graminis Cyperoidis genus, Pſeudocyperus Lobelio, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis* J. R. 2. 496. ad ſtagna *zwiſchen dem Rauhenthale und der Ziſske, auch in denen Moräſten im Walde hinter Schlefreiſen, wo man nach Gera reiſet, und frölichen Wiederkunft*, floret Majo & Jun [Huic ſpicæ rigentes tetraſtichæ. Legi ad ſtagnum inter *Haynbüchen & Rothe*.]

CYPEROIDES ſpica pendula longiore & anguſtiore C. B. P. 529. *Gramen Cyperoides, ſpica pendula longiore & anguſtiore* C. B. P. 6. Prodr. 13. In ſylvis udis *hinter Schlefreiſen, auch an denen Teichen bey Schleben*, floret æſtate. [Quod hic intelligit Ruppius non differt a priori.]

[CYPEROIDES veſicarium ſpicis viridantibus aut ſubfuſcis J. R. H. *Bey Walckenried am Teiche*.]

CYPEROIDES ſpicis variis nemorenſe: *Gramen Caryophyllatum montanum, ſpica varia* C B. Prodr. p 9. In ſylvis v. g. *im Rauhenthale*, floret Aprili.

Hæ fere ſunt ſpecies Cyperoidis proprie dicti, ſi Tournefortii definitionem ſequi velis; Dicit enim, quod ad Cyperoides requiratur, ut ſtamina ab embryonibus remota, & in ſquamoſas ſpicas collecta ſuperiora caulium occupent; & embryones in aliis ſpicis deprehendendi inferiora occupent, quod neutiquam dici poteſt de ſequentibus plantis, quas Rajus ad Cyperoidea retulit; ſed nec ad Scirpum referri poſſunt, cum caules habeant triquetros; quam notam Tournefortius in Scirpis non admittit: propterea has plantas plane omiſit Sed ne quidquam nobis deſit, præſtat ſeparato Caricis titulo comprehendere. a)

*Cari-*

a) Imitatus in majori opere RVPPIVM, nunc victus conſenſu totius pene rei herbariæ, damno diviſionem a ſolo ſexu ſum-

## *Caricis ſpecies ſunt:*

CAREX major, ſpica compacta. *Gramen Cyperoides paluſtre, majus, ſpica compacta* C. B. P. Ad ſcrobes & foſſas frequens floret Majo & Jun.

CAREX major, ſpica minus compacta. *Gramen Cyperoides, ſpicis minoribus, minusque compact.* C. B. Pin. cum præcedente. [Varietas]

CAREX minor, ſpica divulſa, ſeu interrupta; *Gramen Cyperoides ſpicatum minus, ſpica divulſa ſive interrupta* Raj. Synopſ. In umbroſis & pomariis hinc inde; an *Gramen ſylvaticum, ſive nemoroſum* I. Tabern. icon. 226? [A priori non videtur differre, robuſto enim perinde eſt habitu, ſpicas autem pauciores & magis diſtantes, ſed ſimiles profert.]

CAREX multicaulis, ſpicis longioribus, gryſeis & interruptis, veluti racemoſis: vel *Carex paluſtris multicaulis & polyſtachyos,* nondum deſcriptus. [*Carex ſpica paniculata* Enum. plant. Helv. p. 246. cui ſoli petioli ſpiciferi ramoſi ſunt.] Hujus ſpica eſt laxa, & velut ex pluribus aliis compacta, ad ſtagna & piſcinas *bey Schleben, auch auf dem Trautenburgiſchen Forſte,* cum ſequente, *und im Pfarr-Höltzgen bey Cluſewitz,* floret Majo & Junio.

CAREX anguſtifolius, ſpica rufa divulſa. *Carex polyſtachios, ſpicis fuſcis, bey Schleben, auf der erſten Wieſe nach Endigung derer Teiche.* [An forte *Carex noſter ſpicis alternis laxius in longam ſpicam diſpoſitis.* Enum. plant. Helv. p. 244.

CAREX nemoroſus, ſpicis parvis, aſperis. *Gramen nemoroſum ſpicis parvis, aſperis* C. B. P. *im Raubenthale,* floret Majo.

CYPEROIDES nemoroſum ſpica rufeſcente molli. Gramen *nemoroſum ſpica rufeſcente molli* C. B. P. p. 7. *Im Raubenthal* & ſylvis Majo & Junio floret. [Annon fuerit *Carex* noſter *ſpica compoſita ex plurimis ſpicis teretibus, acutis, latæ ſquamæ inſidentibus.* Enum. plant. Helv. p. 245. qui Gottingæ in aquoſis vulgaris eſt, & quem legi *im Paradieſe.*]

[CAREX ſpicis alternis, laxius in longam ſpicam diſpoſitis. Enum. Helv. p. 244. n. 6. In paludoſis ſub *Bructero* M.]

CAREX ſylvaticus, ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis. *Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicis parvis ſeſſilibus, in foliorum alis,* Raj. hiſt. 1295. & methodo graminum, Juncorum, & Cyperorum ſpeciali. Provenit copioſe in udis ſylvarum & opacis *nach Kleine und nach der frölichen Wiederkunfft, in denen Holtz-Schlägen,* v. g. *auf dem Rieſeneck und Hirſchſprung.* [ſuper *Bürgel* & verſus *Schlefreiſen* reperi.]

CAREX montanus ſpica compreſſa, diſticha; *Gramen Cyperoides, ſpica compreſſa, diſticha* D. Plukenet Synopſ. noſtr. *wo man vom Forſte nach Ammerbach gehet,* inter Juncos floret æſtate. [Scirpi ſpecies ex caractere Enum. Helv. p. 248 Copioſe *beym Fürſten-Brunnen*]

CAREX polycephalos, ſive paniculatus griſeus. *Gramen Cyperoides vulgatius, aquaticum* Chabr. Sciagraph. p. 189. in udis v. gr. *im kleinen Paradieſſe,* floret Majo & Junio. [Scirpi ſpecies, foliis gramineis Enum. Helv. p. 247.]

CAREX polyſtachos *Gramen Cyperoides ex monte Balon, ſpica divulſa* J. B. an *Gramen ſylvaticum ſive nemoroſum* I. Tabernæm. icon. 226. quod Tournefortius immerito ad Graminis ſpecies retulit? In ſylvis & nemoribus floret æſtate. [Spicæ obeſæ pene rotundæ.]

CYPEROIDES montanum junceo caule a Plukn. deſcriptum. In confragoſis *bey Ammerbach nach dem Forſte zu,* Junio & Julio floret. [Quid? an forte *Iuncus levis panicula glomerata nigricante* Plukn H. Oxon III. p. 233. &c.]

TYPHA paluſtris major C. B. P. 20. J. B. 2. 539. *Typha* Lobel. icon. 81. In ſtagnis v. gr. *wo man nach Kunitz und Ammerbach gehet,* floret Majo & Junio. Germ. *Kolben, Narrenkolben, Teichkolben,* Gallis Maſſe de jonc, quia fere refert maſſam ſic dictam, cujus uſus eſt in ludo Biliard dicto [maſſam potius, quæ ſenatoribus parlementi & cancellariis honoris cauſa præfertur.]

TYPHA paluſtris, clava gracili C. B. Pin. 20. *Typha*

540. ad piſcinas *zu Schleben,* floret cum præcedente. Foliis Typhæ utuntur Vietores ad doliorum circulos firmandos. [Varietas.]

LINAGROSTIS ſpica multiplici. *Gramen pratenſe tomentoſum, panicula ſparſa* C. B. Pin. pag. 4. *Gramen tomentoſum & Linagroſtis* Tab. icon. In paludoſis pratis & uliginoſis floret Aprili & Majo, v. g. *bey Ziegenhayn, und bey den Fürſten-Brunnen.*

LINAGROSTIS ſylvatica, ſpica ſimplici. *Iuncus capitulo lanuginoſo ſive Schœnolaguros* C. B. Pin. p. 12. & Prodr. pag. 23. In paludoſis ſylvis circa ſtagna cum Oxycocco *hinter Schlefreiſen am Teiche* [In variis torfaceis paludibus uligine madentibus ſylvæ hercyniæ abunde.] floret Majo.

SPARGANIVM ramoſum C. B. P. 15. *Sparganium quibusdam* J. B. 2. 541. *Platanaria, ſive Butomon* Dodon. Pempt. 601. In ſtagnis v. gr. *im Stadtgraben, wo man vom Saal-Thore nach dem Löber-Thore gehet*, floret æſtate. *Schwertel.*

SPARGANIVM non ramoſum C. B. P. 15. *Sparganium alterum* J. B. 2. 541. *Platanaria altera* Dodon. Pempt. 601. In ſtagnis *nach Bubeck und Waldeck zu,* floret æſtate; *auch am Austritt der Saale hinter der Burgauiſchen Bräyhanſchencke.* [A priori parum differt.]

SPARGANIVM minimum Joh. Raj. in app. hiſt. quod differre videtur a Sparganio minimo Bauhinorum; In ſtagno, *wo man nach* Krippendorf *gehet, auch bey Læbſtædt an der alten Saale, und in denen Sümpfen, ſo in dem* Krip*pendorffiſchen Pfarr-Hœltzgen ſind*, frequens eſt. [Diverſiſſimum a vulgari Sparganio, & natans.]

ACORVM legitimum, cum & ſine julo Caroli Cluſiii in Hiſtor. Pannon. p. 258. 259. *Acorus verus, ſive Calamus aromaticus officinarum* C. B. Pin. 34. *Acorum legitimum* Cluſ. Hiſp. Germ. K*almuß*, corrupte a voce Calamus, olim enim omnes Medici opinabantur, hanc plantam eſſe verum Calamum aromaticum montis Libani Græcorum. In ſtagnis & piſcinis v. gr. *bey der frœlichen Wiederkunfft, und anderswo nach Weimar und dem Voigtlande hin, auch zu*

*Capellendorff im Teichen*, [*Burgellæ* in ſtagno copioſe, item *zu Bollwerck* in ſtagno] floret Majo. De vero Calamo aromatico Veterum vid. Proſper Alpinus ſub nomine Ghaſab-Aldarina, & Samuel Dahle in pharmacologia, & ſupplemento ejusdem.

# CLASSIS XVI.

## DE PLANTIS FLORE IMPERFECTO CONGLOMERATO GAVDENTIBVS.

BETA communis ſ. viridis C.B.P. p. 119. In hortis & agris æſtate floret.

BETA alba vel pallida quæ Ciela offic. Cum priore.

BETA rubra vulgaris J.B.P. Cum præcedente.

BETA rubra radice Rapæ C.B.P. p. 118. *Rothe Rüben*. Cum præcedente.

BETA lutea major C.B.P. p. 118. cum præcedentibus.

SPINACIA vulgaris, capſula ſeminis aculeata Tournefort. inſtit. p. 533. *Spinacia mas* J.B. 2. 963. *Lapathum hortenſe, ſeu Spinacia ſemine ſpinoſo* C.B.P. 114. *Spinacia* Lobel. icon. 257. In hortis frequens floret Majo Ab hac vix differt *Spinacia vulgaris ſterilis* Tournefortii. *Spinacia fœmina* Lugd. J.B. 2. 963. *Lapathum hortenſe ſive Spinacia ſterilis* C.B.P. 115. ex eodem ſemine gignuntur. Germ. *Spinat*, *Pinat*, *Pinet*, *Spinetſch*.

SPINACIA vulgaris, capſula ſeminis non aculeata Tournefort. *Spinachia ſemine non pungente, folio majore rotundiore* J.B. 2. 964. *Lapathum hortenſe, ſeu Spinacia ſemine non ſpinoſo* C.B.P. 115. *Spinacia nobilis* Tragi, 324. cum præcedente.

MERCVRIALIS teſticulata, ſive mas Dioſcorid. & Plini C.B.P. 121. *Mercurialis mas* Dod. Pempt. 658. J.B. 2. 977. In agris & vineis paſſim floret tota æſtate, & autu-

inno; nec hujus individuum ſterile a fructifera ſpecie differre videtur, ſiquidem ex uno eodemque ſemine oriantur & pariter nonniſi unius generis figuræque fructus ſeminave proferant, Germ. *Bingelkraut*, *Unkraut*, vulgus vocat in Wetteravia prope Gelnhuſam.

MERCURIALIS ſpicata, ſive fœmina Dioſcorid. & Plinii C. B. P. 121. *Mercurialis fœmina* Dod. Pemp. 658. J. B. 2. 977. Cum præcedente promiſcue.

MERCURIALIS montana perennis. *Mercurialis montana teſticulata & ſpicata* C. B. P. 122. *Cynocrambe, ſive Mercurialis repens mas & fœmina* J. B. 2. 979. In ſylvis v. g. *auf dem Forſt und bey Jena-Prieſſnitz* floret Aprili & Majo. Hanc plantam pro venenoſa habet Samuel Daale in pharmacologiæ ſupplemento, ſub tit. Cynocrambes.

URTICA urens maxima C. B. P. 232. *Urtica rubra* Tabern. icon. 535. Ad ſepes paſſim & rudera floret æſtate *Brennende Neſſel*, *groſſe Neſſel*. Ex hujus Urticæ caulibus confici lintea *Neſſel-Tuch* dicta, tradunt aliqui, ex Cannabi vero congenere Urticæ planta lintea parari ſatis conſtat.

URTICA urens, minor C. B. P. 232. *Urtica minor, annua* J. B. 3. 446. *Urtica urens minima* Dodon Pempt. Ad ſepes, muros & fimeta frequens floret tota æſtate. *Neſſel, Heiter-Neſſel, Eyter-Neſſel, Hetter-Neſſel.* Hanc minorem Urticam aliqui Authores contra phthiſin extollunt, penes quos ſit fides.

URTICA urens, pilulas ferens I. Dioſcoridis ſemine lini C. B. P. 232. *Urtica romana, ſive mas cum globulis*, J. B. 3. 445. In horto medico floret æſtate. *Rœmiſche Neſſeln.*

URTICA altera, pilulifera, Parietariæ foliis A. R. Pariſ. 131. H. R Par. *Urtica romana, altera, minor, foliis minus ſerratis, Lini ſemine* Joncq. hort. Cum præcedente.

CANNABIS ſativa C. B. P. 320. *Cannabis mas* J. B. 3. 447. Cum altera, a qua non differt ſpecie, in agris v. gr. *bey VVœllnitz*, in quibus agris, Cannabi conſitis, menſe Auguſto Orobanche ramoſa occurrit, floret æſtate. *Hanff.*

CANNABIS erratica C. B. P. 320. *Cannabis fœmina* J. B. 3. 447. cum præcedente promiſcue; Hanc vero,

poſtquam floruit, ruſtici evellunt. De ſexu hujus & aliarum plantarum vid. Camerarii diſſert. Epiſtol. ad Mich. Bernh. Valentini.

LVPVLVS mas

LVPVLVS fœmina C. B. P. 298. J. B. 2. 151. *Lupulus* Dod. Pempt. 409. In ſepibus & pomariis frequens floret æſtate. *Hopfen.*

RICINVS vulgaris C. B. P. 432. I. B. 3. 642. *Ricinus* Dod. Pempt. 367. In hortis floret æſtate; Officinæ hujus ſemen cataputiam majorem vocant. *VVunder-Baum.* Ricinum eſſe plantam illam, quæ Jonæ Prophætæ umbram præbuit, non ſine ratione cenſent multi, præcipue cum vox κίκι, quæ etiam apud Dioſcoridem occurrit, id confirmare videatur. vid. Menzel Pin. 262.

BVXVS arboreſcens C. B. P. 471. *Buxus* J. B. 1. 496. Dod. Pempt. 782. In hortis paſſim floret Martio. Foliis ex luteo variegatis variat; ut & per limbum aureis. Germ. *Bux-Baum.*

BVXVS foliis rotundioribus C. B. P. 471. *Chamæpyxos* Tabern. icon. 1050. In hortorum areolis frequens eſt; raro floret, quia quotannis tondentur ipſius ſummitates.

CASTANEA ſativa C. B. Pin. p. 418. In hortis.

FAGVS Dod. Pempt. 832. *Fagus Latinorum, Oxya Græcorum* J. B. I. 117. In ſylvis frequens floret Majo. *Büchen,* fructus vero *Buch-Eckern* dicuntur.

QVERCVS latifolia, mas, quæ brevi pediculo eſt. C. B. P. 419. In ſylvis floret Majo. *Eichen,* & fructus *Eicheln oder Eckern,* dicuntur.

QVERCVS latifolia exotica Car. Cluſ. Pann. pag. 12. in quercetis vaſtioribus, v. g. in Variſcia & Bohemiæ terminis floret cum præcedente. Optime annotavit Cluſ. hujus glandes ex longiori petiolo dependentes, maxima ex parte non ſolum obſitas, ſed quaſi incluſas eſſe viridi quadam excreſcentia, multis inæqualibus angulis prædita & ſcabra, quæ exſiccata, gallarum modo, dura ac firma eſt, quarum eadem vicem non ſolum

explere poteſt, ſed & re ipſa explet, uti me docuit autopſia Halæ Saxonum, ubi integra dolia his excreſcentiis galliformibus oppleta, venalia deprehendi in uſum tinctorum.

QVERCVS altera, tenerius diſſecta. *Cerrus* Car. Cluſ. Pan. dicta. Provenit copioſiſſime *auf dem Forſte, und bey Coſpida* cum vulgari. [Minime Cerrus eſt, diſtincta calyce hiſpido, ſed prioris varietas]

NB. Hujus excreſcentiæ ſquamoſæ inter folia ſive potius foliorum alis provenientes, *auf dem Forſte* ſunt frequentes, quarum eadem meminit J. B. nec non Dn. Chabr. qui figuram pariter exhibuerunt.

NVX juglans, ſive Regia vulgaris C. B. P. 417. *Nux juglans* J. B. 1. 241. Dod. Pempt. 816. In vineis paſſim floret Majo & Junio. *Welſche-Nuß, Wall-Nuß.*

NVX IVGLANS fructu tenero & fragili putamine C. B. P. p. 417. Cum præcedente.

NVX IVGLANS fructu maximo C. B. Cum priore.

CORYLVS ſativa, fructu albo, minore, ſive vulgaris C. B. P. 417. *Corylus ſativa* J. B. 1. 266. In hortis floret Febr. & Martio. *Haſel-Nüſſe, Hecken-Nüſſe mit kleiner Frucht.*

CORYLVS ſativa, fructu rotundo, maximo. C. B. P. 418. *Avellana Lugdunenſis, major* Camerar. hort. cum præcedente. *Groſſe Bambergiſche Haſel-Nüſſe.*

CORYLVS ſativa, fructu oblongo, rubente. C. B. P. 418. *Blut-Nüſſe;* cum præcedentibus.

CORYLVS ſylveſtris ſive vulgaris *Haſel-Staude*, fructus vero *gemeine wilde Haſel-Nüſſe.* De virtute ſulphuris Coryli julorum antepileptica vid. Wallſchmid in ſuis operibus.

CARPINVS Dod. Pempt. 841. *Oſtrya Ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis* C. B. P. 427. In ſepibus & ſylvis paſſim floret Aprili & Majo. *Hage-Büchen, Hayn-Büchen, Stein-Büchen.*

ALNVS rotundifolia, glutinoſa, viridis, C. B. P. 428. *Alnus vulgaris* J. B. 1. 151. *Alnus* Dod. Pempt. 839. In pratis paſſim v. gr. *im groſſen und kleinen Paradieſs-*

floret Aprili. *Erlen oder Elſter-Baum.* Alni ſemine delectantur aviculæ acanthides, quæ Germ. *Zeiſsgen* dicuntur, & in alneto majori (*im groſſen Paradieſſe*) tempore autumni copioſe capiuntur.

ALNVS alpina minor C. B. P. 428. *auf dem Inſels-Berge bey Waltershauſen.* [In poſthumis vocat *Alnum folio incano*]

BETVLA Dod. Pempt. 839. J. B. I. 148. In ſylvis, v. g. *nach Ruttersdorff und Schleſreiſen, auch bey Dörffgen Sultze und Dörffgen Rode zu* floret Majo & Junio. German. *Bircken.* Hujus virgæ in arboribus adultioribus deorſum pendent, unde nonniſi ætate ab hac vulgari Betula differt Betula virgis pendulis Joh. Lœſelii. Ex Betulæ trunco vulnerato profluit liquor copioſus, qui ab Helmontio laudatur contra calculum. Terribilis eſt Betula, tam Magiſtratuum, quam Ludimagiſtrorum virgis; nomen vero accepiſſe videtur a voce obſoleta batuo, *ich ſchlage*, unde etiam Baptiſeculæ nomen accepiſſe videtur Cyanus, quaſi verberans falcem; inde & orta vox gallica battere & anglica bet, quæ utraque idem notat ac verberare.

VLMVS campeſtris & Theophraſti C. B. P. 426. *Ulmus* J. B. I. 139. Dod. Pempt. 837. *Ulmus vulgaris cum ſeminibus ſuis* Parkinſon. theatr. 1404. *Ulmus vulgatiſſima, folio lato, ſcabro* Ger. emacul. 1480. In ſepibus & ſylvis, *im Raubenthale ſind groſſe Bäume davon.* Floret Martio & Aprili. Germ. *Ulmen-Baum, Rüſter-Baum, Rüſt-Baum.*

VLMVS carpini folio, ſeu cortice arboris albido. An Tilia mas Matthioli? *an dem Fuſs-Pfade, ſo aus dem Raubenthale nach Cluſewitz führet, durchs Thal durch* cum Fraxino, floret Martio.

VLMVS folio latiſſimo, ſcabro Ger. emac. 1481. *Ulmus*, latiore folio Parkinſon. theatr. 1404. Cum præcedente in ſepibus [& ſylvis montanis]

VLMVS longioribus florum & ſeminum petiolis. Ad pagos prope Lipſiam, v. gr. *bey Golitz und Gonnewitz,*

cedentibus. Foliis Ulmi adnati conſpiciuntur folliculi, ſcrotum quoddam fere referentes, qui Græcis dicuntur θυλακία; vid. C. B. in Matthiol. Cap. de Ulmo; liquore in his veſiculis contento aliqui utuntur ad humorem aqueum oculorum reſtituendum, de quo vid. Bartholini & Burrhi Epiſt. in Sculteti armamentario, nec non Henr. ab Heer. Hi folliculi primo continent liquorem, ceu dictum, qui poſtea mutatur in culices (*es wird zu Erd-Flöhen*) uti pariter fieri videmus in folliculis, Lentiſco, Therebintho & Populo nigro adnaſci ſolitis.

1. SALIX vulgaris, alba, arboreſcens C. B. P. 473. *Salix maxima, fragilis, alba, hirſuta*, J. B. I. 212. *Salix Dioſcoridis* Lobel. icon. 136. In ſalicetis & circa pagos paſſim floret Martio & Aprili. *Weide* German. a)

SALIX vulgaris, nigricans, folio longo, non ſerrato C. B. P. 473. *Salix rubea, minime fragilis, folio longo, anguſto* J. B. I. 215. cum præcedente. [Hæc pertinet ad Salicem foliis oppoſitis]

SALIX vulgaris, rubens C. B. P. 473. cum præcedentibus. [Videtur vimineæ varietas]

2. SALIX ſativa, lutea, folio crenato C. B. P. 473. *Salix lutea, tenuior, ſativa, viminea* J. B. I. 214. *Salix anguſtifolia ſylveſtris* Tabernæm. icon. 1037. cum præcedentibus. [Squamis inter ſtamina flavis dignoſcitur]

3. SALIX folio amygdalino, utrinque virente, aurito C. B. P. 473. *Salix ſpontanea fragilis, amygdalino folio, auriculata & non auriculata* J. B. I. 214. [nempe inferius non auriculata, ſed ſuperius] Salix ſylveſtris latifolia Tabern. icon. 1037. cum præcedentibus.

4. SA-

a) Incredibilis difficultas hujus generis eſt, quam auget RUPPII confuſa enumeratio. In plantis certe FICKIANIS cum hoc nomine latifolia rotunda fuit, craſſo errore. Nam arboreſcentem oportet a lutea aut non differre, aut foliis glabrioribus, ſtatura altiori. Cæterum numeros adpoſui iis ſpeciebus, quas ſolas veras eſſe, & Jenæ naſci

4. SALIX folio amygdalino, utrinque aurito, corticem abjiciens Raj. Synopſ. 292. cum præcedentibus. [*Salix folio auriculato ſplendente flexilis* RAI.]

SALIX folio longiſſimo, anguſtiſſimo utrinque albido C. B. P. 474. *Elæagnus* Dalechampii Lugd. 278. In ſalicetis paſſim floret cum præcedentibus, v. g. *bey Wenigen-Jena.* [Quid niſi eadem ſequenti]

5. SALIX oblongo, incano, acuto folio C. B. P. 474. *Salix foliis longiſſimis, criſpis, ſubtus albicantibus* J. B. 1 212. *Salix oblongo, incano folio* C. B. Prodr. 159. cum præcedentibus. [An diverſa a priori? non credo]

6. SALIX humilis, anguſtifolia C. B. P. 474. *Salix humilis, repens, anguſtifolia* J. B. 1. 214. Lobel. icon. 137. In ſylvis udis *bey Schleſreiſen*, & ſalicetis prope *Wittebergam* & *Laucham.*

SALIX fragilis C. B. P. 474. Prodr. 158. cum præcedentibus, ut & in ſylvis floret Martio & Aprili. [Quid? latifoliam, puto, rotundam intelligit]

7. SALIX humilis, capitulo ſquamoſo C. B. P. 474. *Salix tenuior folio minore, utrinque glabro, fragilis* J. B. 1. 213. *Salix helice* Theophraſti Lugdun. 277. In ſalicetis paſſim floret cum præcedentibus. [*Salix foliis ſubcæruleis ex adverſo binis* RAII]

8. SALIX montana, major foliis laurinis H. R. Pariſ. In montoſis, v. gr. *auf dem Kunitzer-Berge*, floret cum præcedentibus? [Ibi reperi *Salicem folio longo lato ſplendente fragilem*, neque credo differre. Laurina vero auricularum defectu diſtinguitur]

SALIX ſubrotundo argenteo folio C. B. P. 474. Prodr. 159. cum præcedentibus. [A latifolia rotunda vix diverſa]

SALIX humilis, latifolia, erecta C. B. P. 474. Prodr. 159. In pratis uligine madentibus, & ericetis *bey Ruttersdorff.* [neque iſta]

9. SALIX latifolia, rotunda C. B. P. 474. *Salix latifolia, inferne hirſuta*, J. B. 1. 215. *Salix caprea, ro-*

frequens, floret Martio & Aprili. *Iſt auch im Rauben-thale.*

SALIX folio ex rotunditate acuminato C. B. P. 474. *Salix caprea, latifolia* Tabernæm. icon. 1038. cum præcedente.

SALIX latifolia minor C. B. P. p. 474. In ſylvis *bey Schleſreiſen.*

10. SALIX platyphyllos, leucophlæos Lugd. 276. Salix aquatica Lobel. icon. 137. cum præcedentibus, *auf der Kunitziſchen Inſul.* [Folio differt longiori, crenato.]

SALIX latifolia, repens C. B. P. 474. *Salix puſilla, humilis; Salicula repens* Camerar. Epit. 108. In uliginoſis pratis cum præcedentibus. A priori vix differt.

NB. In variis Salicis ſpeciebus interdum conſpicitur folioſa quædam veluti viridis plena roſa, uti in Plantagine roſea dicta, de qua vid. Eyſelius. Salix dicitur a ſaliendo, quia cito & quaſi ſaliendo creſcit & augmentum ſumit.

POPVLVS alba, majoribus foliis C. B. P. 429. *Populus alba,* λευκή J. B. I. 160. *Populus alba* Dod. Pempt. 835. In ſalicetis & alnetis v. g. *bey der Schul-Pforte zu Naumburg, auf denen Wieſen an der Unſtruth bey Laucha und weiter an der Unſtruth nach Karsdorff hin.* Copioſe admodum adoleſcit in vaſtæ altitudinis arbores. [Ad Rhenum fere ubique copioſa] Floret Martio. *Pappel-Weide, weiſſer Pappel-Baum, weiſſe Pappel-Weide.*

POPVLVS nigra C. B. P. 429. Dod. Pempt. 836. *Populus nigra, ſive* αἴγειρος J. B. 2. 155. In pratis & fluviorum ripis paſſim floret primo vere. v. g. *nach Wöllnitz & Kunitz, Rhein-Weiden, ſchwartzer Pappel-Baum.* Hujus oculi ſive gemmæ adoratæ & gelatinoſæ, primo verno tempore ad unguentum populeum parandum, (quæ german. *Pappel-Salbe, oder Alberbruſt-Salbe* audit) colliguntur, & vocantur Germ. *Papel-Knoſpen, oder Aeuglein, Alber-Knöpffe,* nec non *Alber-Brüſt* teſte Maurit. Hoffm. flor. alt. delic. hort. p. 51. qui præterea teſtatur, quod folia, eorumque petiola, ob adhæſionem ſordium ſpermaticarum in bullas rubentes excre-

ſcentia, quotannis culicibus cinericeis hoſpitium commodum præbeant, non ſecus ac Ulmus, Fraxinus, Terebinthus, Lentiſcus, Quercus, Fagus &c.

POPVLVS tremula C. B. P. 429. *Populus Lybica, κερκις Theophraſti* J. B. 1. 163. *Populus Lybica* Dodon. Pempt. 836. Cum præcedente, nec non in ſylvis. Salix omnis pariter atque Populus eſt mas & fœmina, non ſecus ac Fraxinus. Germ. *Aſpen, Eſpe, Zitter-Pappeln,* hinc proverbium: *Zittern wie ein Aſpen-Laub,* quia hujus arboris folia levi auræ flatu perpetim tremunt, unde Gallis tremble dicitur.

FRAXINVS excelſior C. B. P. 416. *Fraxinus vulgatior* J. B. 1. 174. *Fraxinus* Dod. Pempt. 833. In pratis & ſylvis paſſim floret Martio & Aprili. German. *Eſche, Eſch-Baum.*

NB. Hujus folia in ſe convoluta, ſæpius fovent culicum numeroſas familias tam alatorum, quam non alatorum, qui Germanis *Erd-Flöh* dicuntur, & Braſſicæ valde infenſi ſunt; hi culices perforant folia & pediculos Fraxini, unde exſudat liquor ille dulcis & ſubnauſeoſus, qui officinis manna dicitur, & inter laxantia numeratur, quam menſe Junio frequentem collegi in pratis *nach Kunitz und Löbſtädt hin*; Idem obſervarunt quidam de formicis; mihi vero, pariter quidem apparuere formiciæ, ſed quæ inſudabant auferendæ mannæ, & in ſuos acervos congerendæ, uti pariter notum eſt de reſina Abietis & Pini, hanc a formicis in ſuos acervos congeri, quæ a ruſticis collecta, ſub nomine *Weyrauch* vulgo venditur. Lignum vero Chirurgis ſuppeditat vulnerarium, vulgo *Wund-Holtz* dictum, cujus collectio ſuperſtitionem redolet, ſiquidem ipſa nocte, feſtum S. Johannis æſtate celebrari ſolitum, præcedente, ſuperſtitioſa Chirurgorum cohors hoc lignum uno ictu cædendum velit; ſed hæc ulteriori inquiſitioni relinquimus. Hoc vero mihi certiſſime conſtat, hoc eſſe verum lignum vulnerarium Chirurgorum, ſiquidem aliquando Chirurgorum hoc lignum ex Fraxino tempore

215. & Flora Francica edit. germ. p. 227. Hoc lignum aliqui in lue venerea, loco ligni ſancti commendant, e. g. Woyt in Gazophylacio Medico-Phyſico 372. Purmannus *in ſeinen Lorbeer-Krantze, und* Tract. *von der Salivations-Cur*, Botallus in Tr. de morbis venereis &c. Semen dicitur lingua avis.

ABIES Taxi folio, fructu ſurſum ſpectante Tournefort. inſtit. 585. *Abies conis ſurſum ſpectantibus, ſive mas.* C. B. P. 505. *Weiſſe Tanne.*

ABIES fœmina, ſive ἐλατηθηλεία J. B. 1. 231. *Abies* Cluſ. hiſt. 34. In montibus & ſylvis *bey Jena-Prieſenitz und nach Rothe zu, auch nach Schleſreiſen hin* floret Majo. [In poſthumis recte cum priori conjungit]

ABIES tenuiore folio, fructu deorſum inflexo Tournefort. *Picea major, prima, ſive Abies rubra* C. B. P. 493. *Picea Latinorum, ſive* ἐλάτη ἄῤῥην, *Abies mas Theophraſti* J. B. 1. 238. *Abies* Dod Pempt. 866. In ſylvis cum præcedente. Germ. *rothe Tanne.* NB. C. Cluſ. in hiſt. Pan. p. 21. recenſet & Piceam pumilam incrementis quibusdam fœtam, quæ non ſunt aliud, quam nidi inſectorum, non ſecus ac gallæ quercuum, uti ſæpius obſervavi non ſolum circa Giſſam, ſed & in ſylvis vaſtis *hinter Schleſreiſen und Städtgen Rotha nach den Voigtlande hin.* Flores hujus arboris tantillum differunt a Piceæ majoris C. B. [quæ eadem priori]

LARIX C. B. MATTH. &c. In alpibus Noricis. Ex hac arbore terebinthina veneta & Agaricus officinarum deſumuntur.

PINUS ſativa C. B. p. 491. *Pinus domeſtica* TAB. Ex nucibus pineis ex Italia cum conis allatis & terræ commiſſis nata floret vere in hortis Curioſorum.

PINUS ſylveſtris vularis, Genevenſis J. B. 1. 253. *Pinus ſylveſtris* C. B. P. 491. In ſylvis & montibus paſſim floret Majo. *Fichte, Fichten-Baum, Kihn-Baum,* unde fuligo ex ejus ligni fumo collecta dicitur *Kihn-Ruſs* Hic arbor per ætatem abit in tædam, & præ nimia reſinæ copia quaſi ſuffocata, exareſcit, unde parati aſſerculi vulgo divenduntur, pro accendendis focorum

lignis, ſub nomine *Kibn*, cujus loci alibi ſtramen ſecalis inſervit. Ex eadem paratur terebinthina & reſina. Vide Conradum AXTIVM de coniferis. NB. Pini de familia eſt, arbor ille montium Carpathicorum incola, quæ germanis *Krumbholtz* dicitur, ex qua paratur oleum vulgari oleo Pini ſive, ut male dicitur, Therebinthi longe efficacius eſt, & alia arbor ibidem, quæ *Lien-Baum* ex qua ſimiliter paratur oleum.

PINASTER vulgaris C. Cluſ. Pann. p. 16. Vtrumque genus vulgaris Pinaſtri a Cluſ. l. c. recenſitum provenit copioſum in pinetis *nach Kleine und Schleſreiſen zu*. [Nullam a priori diverſitatem novi]

CVPRESSVS meta in faſtigium convoluta, quæ fœmina Plinii, Tournefortii. In hortis floret Martio *Cupreſſe*.

CVPRESSVS ramos extra ſe ſpargens, quæ mas Plinii. Tournefort. cum præcedente.

THYA Theophraſti Ereſii & Tournefortii, nec non C. B. P. 488. *Arbor vitæ, ſive Paradiſiaca vulgo dicta, odorata, ad Sabinam accedens* I. B. 1. 286. *Arbor vitæ* Cluſii hiſt. 36. In hortis floret Martio. *Baum des Lebens, Lebens-Baum.*

SABINA folio Tamariſci Dioſcoridis C. B. Pin. p. 487. *Sabina mas* Tab. In hortis Aprili floret.

SABINA folio Cupreſſi C. B. P. l. c. *Sabina baccifera* Matthiol. Cum præcedente. Tournefortius hanc plantam omiſit in opere ſuo.

IVNIPERVS vulgaris, fruticoſa C. B. P. 488. *Juniperus vulgaris, baccis parvis, purpureis* I. B. 1. 203. In montibus v. gr. *hinter dem Fuchs-Berge nach der VVellmeſe zu, und auf dem Forſte*, floret Martio. *VVacholder-Staude, Krammets-Beeren-Staude*, unde turdi, qui hujus baccis mire delectantur, vulgo dicuntur *Krammets-Vœgel*. Eoque Juniperus duplicis generis, altera enim fert ſola ſtamina, floresque amentaceos; altera vero embryones & baccas, quarum prior ſterilis audit, altera autem baccifera. Circa Serveſtam arboream & Quercui æqualem vidi.

tibus v. gr. *hinten auf dem Kunitzer-Berge* floret Martio. *Tax-Baum*, *Eiben-Baum*.

LENTISCUS vulgaris C. B. B. p. 399. *Lentiſcus* Matth. Dod. Cluſ. Lob. *Maſtix-Baum*. In hortis Curioſorum æſtate floret.

TEREBINTHUS vulgaris C. B. P. p.400 Ex hac in Anatolia & Cypro colligitur Terebinthina cyprica officinarum.

PISTACIA peregrina fructu racemoſo ſ. *Terebinthus indica Theophraſti* C. B. Pin. p. 401. *Piſtacia* offic. In hortis Curioſorum.

[EMPETRUM montanum procumbens J. R. H. *Erica baccifera* Matth. p. 154. Abunde in adſcenſu *Bructeri* M.]

MORUS, fructu nigro C. B. P. 459. *Morus nigra* J. B. 1. 118. In hortis floret Aprili.

MORUS, fructu albo C. B. P. 459. *Morus alba* J. B. 1. 119. cum præcedente floret Aprili & Majo. *Maulbeer-Baum*.

MOROCARPOS minor. *Atriplex ſylveſtris fructu Mori minor*.

MOROCARPOS major. *Atriplex ſylveſtris fructu Mori major* Moriſ. H. 2. vulgo *Spinachiæ fragiferæ*. In hortis florent æſtate. [Parum a priori diverſus.]

CHENOPODIUM, Pes anſerinus I. Tabern. icon. 427. *Atriplex dicta, Pes anſerinus* J. B. 2. 975. *Atriplex ſylveſtris, latifolia* C. B. P. 119. Inter olera & ſegetes paſſim floret æſtate. *Gänſe-Fuß, wilde Melte*. [*Chenopodium Opuli folio* Vaill. T. VII. f. 1. ſubtus farinoſo, rhomboideo.]

CHENOPODIUM, Pes anſerinus II. Tabern. icon. 428. *Atriplex ſylveſtris, latifolia, acutiore folio* C. B. P. 119. *Atriplex dictus, Pes anſerinus alter, ſive ramoſior* J. B. 2. 976. cum præcedente, & in ruderibus. Germ. *Neun-Spitzen, Säu-Todt*. [*Chenopodium Stramonii folio* Vaill. T. 7. f. 2. non farinoſo, magnis & diſtantibus dentibus lacero.]

CHENOPODIUM latifolium foliorum angulis acutiſſimis, ſpicis rubicundis. Cum præcedentibus. [In poſth. ſed eſt *Chenopodium folio laciniato coma purpuraſcente*.]

CHENOPODIVM folio ſinuato, candicante Tournefort. inſtit. p. 586. *Atriplex ſylveſtris, folio ſinuato candicante* C. B. P. 119. *Atriplex ſylveſtris* J. B. 2. 972. Tabern. icon. 426. In fimetis & ruderibus, nec non inter olera, & ſegetes frequens floret æſtate; foliis aliquando minus ſinuatis, Halimi maritimi minoris æmulis, variat. Germ. *Scheiß-Melte.*

CHENOPODIVM fœtidum Tournefort. Inſt. 506. *Atriplex fœtida* C. B. P. 119. J. B. 2. 974. *Vulvaria* Tabern. icon. 428. Germ. *Wubl-Kraut, Bubl-Kraut, ſtinckende Hure, Schaam-Kraut, Bocks-Kraut, ſtinckende Melte.* In ruderibus, & ad ſepes frequens floret æſtate.

CHENOPODIVM anguſtifolium, laciniatum, minus Tournefortii. Tournef. inſtit. p. 506. *Atriplex anguſtifolia, laciniata, minor* J. B. 2. 972. *Atriplex ſylveſtris, anguſtifolia, laciniata, minor* Chabr. p. 305. Ad fimeta v. gr. *vor dem Saal-Thore auf der Inſul,* [& in ſalſis prope Salinas ubique] floret æſtate.

CHENOPODIVM folio laciniato, coma purpuraſcente Tournefort. inſtit. p. 506. *Atriplex ſylveſtris, folio ſinuato, ſaturate virente, ſpica rubra* Moriſon. Hiſt. oxon. part. 2. 604. in fimetis v. gr. *in denen Vorſtädten,* ad foſſulas v. gr. *wo man nach dem Paradieß gehet,* floret æſtate. Coma vireſcente quandoque variat; uti recte obſervavit Tournefortius. [Folia ſubtus farinoſa, acute & crebre dentata.]

CHENOPODIVM Atriplicis ſativæ folio & facie, ſpicis multis, ſurrectis, veluti racemoſis, in foliorum alis. [Foliis eſt longis lanceolatis ſerratis, ſpicis ramoſis, quam folia brevioribus, compoſitis ex glomerulis conjunctis Buxbaumius iconem dedit cum nomine *Chenopodii latifolii minus ramoſi, florum petiolis longiſſimis, ex foliorum alis confertim enaſcentibus Catal. Hal* p. 69.] In pagis & ruderatis locis *nach Gera hin; iſt auch häuffig in denen Dörffern zwiſchen Düben und Kämberg, wo man nach Wittenberg reiſet, auch bey der geſaltznen See.*

CHENOPODIVM folio triangulo Tournefortii. *Lapathum unctuoſum, folio triangulo* C. B. P. 115. *Bonus*

*Henricus* J. B. 2. 965. *Tota bona* Dodon. Pempt. 651. *Stoltzer Heinrich, guter Heinrich, Schmirgel;* ad pagos & rudera frequens floret Majo & Jun.

CHENOPODIVM Betæ folio Tournef. inſtit. p. 506. *Blitum polyſpermum a ſeminis copia* C. B. Pin. 118. *Blitum erectius, ſive* III. Tragi J. B. 2. 967. *Blitum ſylveſtre* Camer. Epit. 137. Germ. *Stauderich.* De hujus plantæ uſus ad capiendos piſces vid. C. B. in Matthiolum & ibique ſimul figuram hujus plantæ nitidam depictam pag. 358. Inter olera & ſegetes floret æſtate.

CHENOPODIVM ſuaveolens, foliis quernis. *Chenopodium ambroſioides, folio ſinuato* Tournefort. inſtit. p. 506. *Botrys* officinar. *Botrys ambroſioides vulgaris* C. B. P. 138. *Botrys* Dodon. Pempt 34. In hortis floret æſtate. Germ. *Trauben-Kraut, Türckiſcher Beyfuß.*

CHENOPODIVM ſuaveolens foliis longioribus Mexicanum. *Chenopodium ambroſioides, Mexicanum* Tournefort. inſtit. p. 506. *Botrys ambroſioides, Mexicana* C. B. P. 138. & app. 516. In horto medico. Hæc planta a plurimis pro Thea venditatur, ſed male, non ſecus ac Gagel Germanorum male a Simone Pauli pro Thea vera fuit habitum. De vera Thea vid. Breynius & Kæmpffer. in amœnitat. exot. nec non S. Dale in Pharmacol. & Suppl.

CHENOPODIVM Lini folio villoſo Tournef. *Scoparia* Rivini. *Linaria Scoparia* C. B. P. 212. *Linaria belvedere dicta* J. B. 3. 462. *Oſyris* Dodon. Pempt. 101. *Belvedere* Hortulanorum, apud quos inter hortorum ornementa propter naturalem in pyramidem creſcendi, in metamque aſſurgendi modum, frequens eſt in hortis, v. gr. *im Fürſten-Garten,* & floret æſtate.

CHENOPODIVM maritimum fruticoſum, teretifolium. *Sedum minus, fruticoſum alterum* C. B. Pin. p. 284. In horto medico floret Junio.

CHENOPODIVM annuum, humifuſum, folio breviori, & capillaceo Tournefort. *Camphoratæ congener* C. B. P. 486. *Anthyllis altera Italorum* Lobel. icon. 404. In agris, & in ſabulis rivulorum quandoque obvium floret æſtate. *Iſt hæuffig neben der Straſſe über dem Ketſchauer*

*Berge, nach Ketſchau hin; auch bey Teutſchdahl, wo man nach Schmohne reiſet, und bey Naumburg.*

KALI minus album ſemine ſplendente C. B. P. p. 289. In ſalſis *bey Zapfendorf*, æſtate floret

KALI geniculatum majus & minus C. B. l. c. Cum priori. *Auch bey Langenbogen an der Sulze*, (maxima copia.)

CAMPHORATA hirſuta C B. P. *iſt hæuffig* in ſabuloſis *an der Berg-Straſſe*, & floret Julio.

BLITVM album majus & minus C. B. P. 118. Inter olera & in hortorum areolis, v. gr. *im Fürſten-Garten*, floret æſtate. [*Amaranthus foliis ovatis emarginatis* Linn.]

HERNIARIA glabra J. B. 3. 378. *Polygonum minus, ſive Millegrana major, glabra* C. B. P. 281. *Herniaria* Dod. Pempt. 114. In arenoſis v. gr. *nach dem Dörffgen Rothe zu, und der neuen Schencke, auch auf der Land-Veſte hinter der Schieß-Mauer, und über Stædtgen Bürgel am Wege*, floret æſtate. *Bruch-Kraut, Tauſend-Korn, Harn-Kraut.* vid. Tract. de Herniaria ocularia.

PARIETARIA officinarum & Dioſcoridis C. B. Pin. 121. *Parietaria* Dod. Pempt. 102. J. B. 2. 976. *Jn dem Zwinger hinter der Stadt-Mauer*, variis in locis frequens [*Kunitzæ* ad rivulum] floret Majo & Junio. Germ. *Glaß-Kraut, Sanct Peters-Kraut.*

PARIETARIA minor ſive folio Ocymi. In muris Germaniæ inferioris & Bataviæ non infrequens floret cum præcedente, v. gr. *zu Düſſeldorff, Keyſerswerd, Leyden, &c.* [etiam *Gottingæ*.]

ATRIPLEX hortenſis, alba, ſive pallide virens C. B. Pin. 119. *Atriplex alba, hortenſis* J. B. 2. 970. *Atriplex ſativa alba* Lobel. icon. 253. Inter olera v. gr. *auf der Jnſul* floret æſtate. *Melte.*

ATRIPLEX hortenſis rubra C. B. Pin. 119. *Atriplex rubra hortenſis* J. B. 2. 970. cum præcedente. [Varietas.]

ATRIPLEX latifolia, ſive Halimus fruticoſus Moriſon. Hiſt. oxon. part. 2. 607. *Halimus latifolius ſive fruticoſus* C. B. P. 120. *Halimus* I. Cluſ. Hiſtor. 53. *Halimus* Cluſii

ATRIPLEX maritima, anguſtiſſimo folio Moriſon. Hiſt. oxon. part. 2. 608. *Halimus ſive Portulaca marina* C. B. P. 120. *Portulaca marina*; An *Crithmum Dioſcoridis* Lobel. icon. 392 ? cum præcedente.

ATRIPLEX anguſto, oblongo folio C. B. P. 219. *Atriplex ſylveſtris, Polygoni aut Helxines foliis* Lobel. icon. 257. *Atriplex vulgaris, anguſtifolia, cum folliculis* J. B. 2. 973. In fimetis & ad rudera, nec non ad ſepes frequens floret æſtate. Communiter folia habet anguſta, oblonga, non laciniata; rarius foliorum principio, ſive baſi alæ duæ apponuntur, uti recte obſervavit C. P. in Pinace.

ATRIPLEX folio haſtato, ſeu deltoide Moriſon H. R. Bleſ. Cum præcedente, qua latiora multo folia habet deltoidea, & in acutum mucronem excurrentia. [Copioſe circa ſalinas & alibi in foſſis.]

ATRIPLEX ſylveſtris fructu roſeo, compreſſo C. B. Pin. 119. & Prodr. 58. Ad mœnia & rudera v. gr. *um gantz Lobda, Wöllnitz und Burgau, zu Langenſaltze vorm Mühlhæuſer-Thor*, floret æſtate; folia habet incana, anguloſa. Atriplex, tam ſativa, quam ſylveſtris, duplicis generis ſemina habet; altera Chenopodii ſeminibus plane ſimilia, altera vero non tam depreſſa, quam compreſſa, & longe ampliora, & duobus utrinque teguntur foliis angulatis aut cordiformibus, vel etiam Lilia gallica referentibus, quod præcipue de ultima incana fructu roſeo valet. *Melte.*

BETA alba, vel palleſcens, quæ Cicla officinarum C. B. P. 118. *Beta candida* J. B. 2. 961. Dod. Pempt. 260. In hortis & agris ſata frequens floret æſtate v. gr. *auf der Inſul und bey Wenigen-Jena.* Germ. *Römiſch-Kohl, Beiß-Kohl.* Hujus Betæ ſuccus eſt errhinum fortiſſimum, non ſine cautione adhibendum.

BETA rubra vulgaris C. B. P. 118. *Beta rubra* J. B. 2. 961. Dod. Pempt. 620. cum præcedente.

BETA rubra, radice Rapæ C. B. P. 118 *Beta radice rubra, craſſa* J. B. 2. 961. *Beta rubra, romana* Dod Pempt. 620 cum præcedentibus; hujus radices communiter comeduntur in cœna cum carnibus aſſatis, ubi *rothe Rüben* vocantur.

BETA *pallide virens, major* C. B. P. 118. cum præceden-

# CLASSIS XVII.

DE

## PLANTIS FLORE CARENTIBVS, VEL SALTIM FLORE MINVS CONSPICVO, CVIVS NEC STAMINA HACTENVS DETECTA SVNT, INSTRVCTIS.

### I. *Dorſiferæ, vel Epiphylloſpermæ.*

THELYPTERIS Dioſcoridis. *Filix fœmina* officinarum & Dod. Pempt. 462. *Filix ramoſa, major, pinnulis obtuſis, non dentatis* C. B. P. 357. *Filix major & prior* Trago, ſive *ramoſa, repens* J. B. 3. 735. In ſylvis *nach Schlefreiſen und Rothe zu*, viget, & ſeminum glomeres limbum foliorum pulchre occupantes profert æſtate; In hac ſeminum ſeminaliumve capſularum diſpoſitione Thelypteris differt a Filicibus, quæ per totam averſam foliorum ſuperficiem diſperſas reniformes gerunt capſulas. *Faren-Kraut.* Vulgus hujus radicem ſuperſtitioſe, imo impie vocat *JEſus Chriſtus Wurtzel;* quia ſibi perſuadet, in hujus radicibus transverſim diſſectis, conſpiciendas ſe præbere duas literas J. C. vel quoniam hæc radix dicto modo conciſa, ſignum crucis hominibus imaginatione fortiori gaudentibus, vel quaſi exhibet; ſed hæc ſunt nugæ ab aliquo aſſecla Romani Pontificis forſan excogitatæ. Præterea vanitas hujus immaginationis ex hoc eluceſcit, quod alii ex papicolarum, cruce effinxerint aquilam bicipitem, quæ a cruce Salvatoris noſtri tantum diſtat, quantum cœlum a terra.

THELYPTERIS paluſtris, non ramoſa. *Filix ad marem vulgarem, non ramoſam accedens non dentata* Chabr. p. 553. Et hæc in limbo diſpoſita ſemina gerit, non ſecus

*ſigten Wældern um Wittenberg*, v. g. *in den groſſen Luch, auch wo man nach Tragun gehet*, viget cum præcedente.

[FILICASTRUM ſeptentrionale & paluſtre AMMANN plant. Ruth. n. 252. *Struthiopteris* CORDI hiſt. L. II. p. 171. THAL. p. 119. Hæc planta, quam cum Spicanto RUPPII prius conjunxeram, naſcitur ſecundum rivum, qui perfluit valleculam *Zeiſig-Grund*, & machinas deinde varias paulo cis Rodam agit. Planta peculiaris eſt, foliis perpetuo in orbem diſpoſitis, plumarum ſimilibus, cubitalibus & ultra. Rami numeroſi, ſenſim decreſcentes. Pinnæ ramorum oblongæ, ſæpe incurvæ obtuſæ, non dentatæ, ubique cum rami coſta influentes. Alii caules aphylli proferunt ſpicas adſcendentes ex petiolis uncialibus denſis, quorum quilibet duas capſulas cylindricas folii longitudine ex margine toto adnatas habet, furfure ſeminali plenas. Eſt procul dubio 2. Thelypteris RUPPII, ſed novo nomine digna, & Spicanto Tr. vicina.]

FILIX ramoſa minor, pinnulis dentatis C. B. Pin. 3. 58. Filix querna ejusdam; ibid. Filix ramoſa minor J. B. 3 741. In montoſis ſylvis v. gr. *auf der Wellmeſe nach Rothe zu, und nach Schleſreiſen hin*, Junio ſemina producit, [in globulis per parallelas lineas diſpoſitis. Folia modo integra ora ſunt, modo dentata.]

FILIX non ramoſa dentata C. B. Pin. 358. *Filix vulgo mas dicta, ſive non ramoſa* J. B. 3. 737. *Filix mas officinarum* & Dod. Pempt. 462. In ſylvis paſſim *nach Kleine und Schleſreiſen zu*, ſemina fert Julio; hæc eſt illa Filix, cujus radix officinas ingreditur, ſub nomine Filicis maris. [Huic pinnæ modo integro, modo ſubtiliter ſerrato margine ſunt. Reliquis omnibus vulgatior eſt.]

FILIX non ramoſa, petiolis tenuiſſimis & tenuiſſime dentatis C. B. Pin. 358. *Filicula petræa, fœmina*, I. Tabern. icon. 793. In petris & ſylvis *zwiſchen Kleine, Ruttersdorff und Schleſreiſen*, cum præcedente.

FILIX mollis, ſive glabra, vulgari mari, non ramoſæ accedens J. B. 3. 738. cum præcedentibus.

FILIX tenuiſſime ſecta ex monte Balon J. B. 3. 739. cum præcedentibus in umbroſis.

FILIX rhætica, tenuiſſime dentata J. B. 3. 740. Chabr. 554. *Filix paluſtris maxima* C. B. Prodr. 150. In ſylvis umbroſis & udis *nach Schleſreiſen zu.*

FILIX mas, non ramoſa, tenuiſſime, & profunde dentata Chabr. p. 553. cum præcedentibus. a)

FILIX Lonchitidi affinis Chabr. 554. *Filix mas aculeata minor & major* C. B. Prodr. 151. *Lonchitis aculeata major & minor* Tournefort. inſtit. p. 538. cum præcedentibus. [Duro habitu, & pinnis primis auriculatis dignoſcitur. Paſſim in Hercynia]

FILIX ſaxatilis, ramoſa, nigris maculis punctata C. B. Pin. 358. Filix ſaxatilis prima vel mas Cluſii pannon. & hiſtor. plantar. In ſylvis ad arborum radices & petras umbroſas *bey Haynbüchen und Rothe* viget, & ſemen perficit æſtate. b)

FILI-

a) Has quinque Filices ad tres reduco, ex cognita ſatis ſtirpium iſtarum hiſtoria Prima *Rodæ* naſcens, quam, puto, RVPPIVS mollem ſ. glabram vulgari mari accedentem vocat, a *mare* differt mollitie, pinnis profundius inciſis & ſubrotundis, pinnulis, quæ in maximis pinnarum ad baſin aliquæ ſunt, inciſis & eſt Polypodium 6. operis mei pag. 140. Altera, quæ copioſe circa *Rodam* & *Schleſreiſen* provenit; habitu quidem adfinis eſt, pinnis uncialibus anguſtis ad nervum uſque pinnatis, pinnulis profunde ſectis, in apice ſæpe bifidis. Hæc eſt *Filix non ramoſa petiolis tenuiſſimis & tenuiſſime denticulatis* C. B. Tertia major, firmior, nitidior, ramis eſt ramoſis, qua nota a prioribus diſtinguitur, ramulis pinnatis, pinnulis ſubrotundis tenuiter inciſis, denticulis in ſpinam terminatis. Hæc in Hercynia ſylvisque circa Gottingam non rara *Filix mas* eſt *ramoſa pinnulis dentatis* PLVKNET. T. 181. f. 2. Plures quæ huc pertineant Filices nullas novi.

b) Huic pedali plantæ caules graciles, rami laxius diſpoſiti. Pinnæ perinde laxæ ſemipinnatæ, ad acutos angulos, pinnulis obſcuris, ſimplicibus aut bifidis, acervulis ſeminalibus diu diſtinctis, fuſcis, tandem confluentibus. Variant rotundioribus pinnis. Ab hac Helvetica noſtra ſive Polypodium 10. non differt, & parum ab utrovis nonum, etſi enim lobis ſubrotundis, pinnis paucis, confertis, diverſiſſimum habitum exprimat, vere tamen differre non videtur, cum ex eadem radice, & longis, & rotundis pin-

FILICVLA fontana minor C. B. Pin. 358. *Filicula fontana* Tabern. icon. 792. In petris udis & umbroſis v. gr. *im Raubenthale.* [Ignota mihi planta, ſi a ſequente differt]

FILICVLA fontana major, ſive adianthum album Filicis folio C. B. Pin. 358. *Adianthum album folio Filicis* J. B. 3. 741. Cum præcedente, ſed rarius. *In den Clunſen, wo man vornen hinein geht.* [Hæc in plantis FICKIANIS fuit Polypodium IX. Gottingæ v. g verſus *Waken Eichen-Krug* & *Reinhauſen* vulgaris]

FILICVLA, quæ Adianthum nigrum officinarum, pinnulis obtuſioribus, acutioribusve Tournefortii in inſtit. pag. 542. *Adianthum foliis longioribus, pulverulentis, pediculo nigro* C. B. Pin. 355. *Adianthum nigrum officinar.* J. B. 3. 742. Dryopteris nigra Dod. pempt. 466. *an Felſen nach Haynbüchen und Rothe zu.* [Aſplenii ſpecies non orbiculis, ſed lineolis ſeminalibus.]

FILICVLA montana, folio vario Tournef. inſtit. 542. *Adianthum album, tenuifolium, Rutæ murariæ accedens* J. B. 3. 743. *Adianthum foliis minutim in oblongum ſciſſis, pediculo viridi* C. B. Pin. 355. cum præcedente. *und bey Rothe* [Non intelligo quam hic velit RVPPIVS]

FILICVLA ſaxatilis, corniculata Tournef. inſtit. p. 542. *Filix ſaxatilis, corniculata* C. B. P. 358. *Filix ſaxatilis* Tragi J. B. 755. *Holoſtium petræum* Tabern. icon. 736. In petris vaſtioribus variis in locis viget æſtate, nec hyeme plane perit. *Nach Dörſſgen Rothe, und der Leuchtenburg.* [Circa Gottingam paſſim v. g. in petris cis *Waken:* & paulo ultra *Reinhauſen*]

FILICVLA ſaxatilis non ramoſa alis reflexis, in petris *nach Stüdtgen Rotha und Haynbüchen*, viget tota æſtate. a)



a) Polypodii ſpecies LINNAEANA foliis hirſutis, ramis pinnatis, pinnulis integris & cum caule & cum nervo late confluentibus, imis ramis retrorſum flexis, quam ibi & in *Bruckeri* M. lapidoſis legi. Quæ vero de hac Filice contra me monuit Cl. MOEHRINGIVS, ea certe, cum ſcribebat, no-

FILIX minor non ramoſa CHABR. p. 555. *Filix ſaxatilis foliis ſerratis* C. B. p. 358. *Filicula petræa femina tertia* TAB. In alnetis inter *Leipzig* & *Schönefelt.* [Ita in poſthumis, & videtur intelligere Polypodii ſpeciem, quæ a priori differt habitu glabro foliis acutioribus, ramis petiolatis, neque retrorſum flexis, neque cum caule principe confluentibus]

TRICHOMANES, ſive Polytrichum officinarum C. B. Pin. 356. *Trichomanes, ſive Polytrichum* J. B. 3. 754. *Trichomanes* Dod. pempt 471. *Trichomanes minor mas* Tabern. icon. 803. ubi & varietatem ramoſam exhibet. In petris umbroſis v. gr. *am Hauſs-Berge, und im Raubenthale hin und wieder. Wieder - Tod, güldner VViederthon, Steinbrech.*

POLYPODIVM vulgare C. B. Pin. 359. *Polypodium* J. C. 3. 746. *Polypodium majus* Dod. pempt. 464. in petris & arborum truncis *nach der Leuchtenburg und Rothe zu* viget ſemenque perficit æſtate. *Engel-ſüſs, wild Süſs-Holtz.*

SPICANT Tragi & Germanorum. *Polypodium anguſtifolium, folio vario* Tournef. inſtit. p. 540. *Lonchitis minor* C. B. Pin. 359. *Lonchitis altera, folio Polypodii* J. B. 3. 744. Germ. Spicant, *oder Krafft - Faren, groſs Miltz - Kraut.* In ſylvis *nach der frölichen VViederkunfft zu, auch zwiſchen Bollwerck und Schlefreiſen,* [in ſylva vero hercynia ubique] viget æſtate; Hæc planta a Polypodio diſtinguitur, non ſolum quod duplicis generis habeat folia, altera meditullium ceſpitis occupantia, anguſtioribus, quaſi ſcalaribus & feminiferis laciniis diſſecta, altera vero limbum ceſpitis occupantia, latioribus lobis inciſa & ſterilia: Sed & quod vermiculi ſeminales Phyllitidem magis, quam Polypodium æmulentur. Spicantam Schlefreiſenſes eorumque vicini cereviſiæ indunt non abſque ſanitatis emolumento.

PHYLLITIS Dioſcoridis. *Lingua cervina officinar.* C. B. Pin. 353. *Phyllitis, ſive Lingua cervina vulgi* J. B. 3. 756. *Phyllitis vulgaris* Cluſ. hiſtor. CCXIII. In hor-

nenſis; ſua ſponte autem provenit in ſylvis circa Saalfeldam, tum in petris & fontibus Voigtlandiæ & Bohemiæ. *Hirſch - Zunge.* Vulgus cum Scolopendrio confundit, quod nomen potius ſequenti plantæ competit.

PHYLLITIS polyſchides CHABR. p. 557. *Lingua cervina multifido folio* C. B. Pin. p. 553. Cum præcedente [cujus varietas eſt]

ASPLENIUM, ſive Ceterach officinarum C. B. Pin. 354. *Aſplenium* Dod. pempt. 468. *An der Kirch-Mauer zu groſſen Ehrich* viget æſtate. *Miltz-Kraut.* Egregia Aſplenii figura vid. in Epit. Matthiol. ad Marantham & Camerarii Epit. Matthioli p. 306.

MURARIA Rivini. *Ruta muraria* Tournef. C. B. Pin. 356. J. B. 3. 753. & officinarum, nec non Dodon. pempt. 470. *Paronychia* Matthioli. *Mauer-Raute.* In muris variis in locis v. gr. *beym Pförtgen an der Schloſs - Mauer* & alibi viget æſtate.

OSMUNDA major & paluſtris. *Filix latifolia* Cordi & Tragi copioſa provenit ad piſcinas Miſniæ *bey dem Churfürſtlichen Jagd - Hauſe, Sitzin - Rode.*

[LICHEN arboreus leucomelanos, ramulis altera parte anthracinis BVXBAVM *Cent.* II. T. 7. p. 12. Inter plantas RVPPII fuit cum nomine *Lichenis arborei cornua damæ referentis,* & circa *Clausthaliam* alibique in *Hercynia* ad arbores abunde provenit.

LICHEN arboreus, foliis Abſinthii & mollioribus & candidioribus In arboribus, præcipue prunis Sylv. majoribus *bey Cluſewitz.* [A penultimo vix diverſus.]

[LICHEN cinereus anguſtior ſcutis in marginibus ſegmentorum VAILL. p. 115.]

LICHEN arboreus elegantiſſimus, bronchiarum ramificationes referens. In vaſtioribus ſylvis v. gr. *bey dem Schleſreiſiſchen Teiche im Walde.* [Uterque pertinet ad arboreum ramoſum.]

LICHEN pulmonarius ſaxatilis digitatus major cinereus TOVRN. *Lichen terreſtris cinereus* RAI. hiſt. 117. In ericetis & paſcuis, vinearumque limbis occurrit toto anno, nec non in ſylvis ubi foliorum quantitate & qualitate mirum ludit: de hujus plantæ virtutibus vid. Sam. DALE in *Pharmacologiæ ſuppl.* ...

LICHEN pulmonarius digitatus ericetorum læte vireſcens, nigris punctis notatus. Cum præcedente; præcipue *nach der Leuchtenburg zu in Wäldern*, occurrit toto anno [Varietas.]

[LICHENOIDES ſubfuſcum, peltis horizontalibus planis DILL. *Sylv.* p. 205. T. 28. f. 104.]

[LICHENOIDES digitatum rufeſcens, foliis Lactucæ criſpis DILL. *Sylv.* p. 203. T. 27. f. 103.]

LICHEN ſaxis & arborum corticibus preſſe adnaſcens variorum colorum RAIVS Muſcum leproſum vocat. Saxis adeo valide adhæret, ut ex ipſis quaſi natci videatur. [Quis? rubrone, an luteo an fuſco receptaculi colore *Enum. Helv.* n. 110. 111. 112]

[LICHENOIDES vulgatiſſimum cinereo glaucum lacunatum & cirrhoſum DILL. *Sylv.* p. 188. T. 24. f. 63. Inter TEICHMEYERIANAS, & procul dubio vulgaris planta Jenæ etiam naſcitur.]

[LICHEN pulmonarius criſpus inferne nigerrimus & glaber ſuperne cinereus receptaculis florum ſubobſcuris MICHEL p. 24. & T. 10. f. 1. Jenæ legi, locus excidit.]

[LICHENOIDES olivaceum ſcutellis levibus DILL. Sylv. p. 182. T. 24. f. 77.]

[LICHENOIDES caperatum roſeum expanſum ex ſulfureo cinereum DILL. *Sylv.* p. 193. T. 25. f. 97.]

[LICHENOIDES cinereum ſegmentis anguſtis ſtellatis, ſcutellis nigris DILL. *Sylv.* p. 276. T. 24. f. 70]

LICHEN nemoroſus vireſcens, peltis rotundioribus, ex fuſco & violaceo colore nigricantibus. *Im Raubenthale* (ubi etiam legi.) Hic Lichen inferius, ſive in parte foliorum averſa elegantibus ſulcis albicantibus diſtinctus eſt. [Eſt *Lichen pulmonarius minimus inferne albus &c. Enum. Helv.* p. 74. n. 62.]

LICHEN ſaxatilis, amplioribus & elegantiſſimis ſcyphis nigricantibus ornatus. [*Lichenoides cruſtaceum & leproſum ſcutellis nigricantibus majoribus & minoribus* DILL. *Sylv.* p. 133. T. 18. n. 15.] Hujus ſcyphulos male pro Acetabulo petræo PLVKENETII habuit Ioh. RAIVS, ſiquidem eandem figuræ PLVKENETIANAE pla-

ne quadrantem plantam deprehenderim in pineto *bey Kleine* in confragoſis & riguis petris.

ACETABVLVM petræum majus; ſiquidem & minus quandoque in corticibus arborum humidis deprehenderim. In udis & aſpergine madentibus petris *bey Kleine im Fichtenwald.* Figura vid. apud. PLVKENET. in *phytographia* [T 90. f. 4. non bene. Lichenoides &c. DILL. *Sylv. muſc.* p. 133. n. 13. T. 8.]

[LICHEN pulmonarius alpinus cinereus punctatus *Enum. plant. Helv.* p. 75. n. 66. T. 2. f. 2. Abunde in Bructero. Foliacea expanſio lata, ſubrotunda, ſubtus ſubroſea, villos rariores pro radiculos emittit. Superne glauca primo crebris punctis nigris inſcripta, deinde ſenſim verrucæ, ultimo eminentes & cylindricæ, aſperæ, carbonariæ effloreſcunt.]

LICHEN cruſtæ modo ſaxis adnaſcens, verrucoſus cinereus & veluti deuſtus TOVRN. (an *Lichenoides vulgatiſſimum cinereo glaucum laciniatum & cirrhoſum* DILL. *Sylv. muſc.* p. 188. T. 24. f. 63. Ex plantis ſiccis videtur.) In ſaxis campeſtribus, aſperis & apricis.

LICHEN cruſtaceus, cinereus, arborum ſaxorum & tegularum. *Lichen Dioſcoridis & Plinii ſecundus, colore cinero* COLVMN. part. I. 331. *Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, colore cinereo* C. B. P. 361. In tegulis & truncis arborum occurrit toto anno. Colore viridi variat (Annon Lichen 78. *Enum. plant. Helv.* p. 77.) Diverſus vero eſt qui ſequitur.

LICHEN cruſtaceus flavus, arborum pariter atque ſaxorum tegularumve. *Lichen Dioſcoridis & Plinii ſecundus, colore flaveſcente* COLVMN. part. I. 333. *Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens flavus* RAI. Hiſt. 116. Cum præcedente.

LICHEN cruſtæ modo arboribus adnaſcens pullus TOVRN. *Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens pullus* RAI. *hiſt.* 116. cum præcedente; præcipue in corticibus Alnorum in opacis, ut & in ſylvarum ramis. (Nobis in Ceraſis & in petris. Eleganter crenata receptacula habet.)

LICHEN cruſtæ modo arboribus adnaſcens tenuiter diviſus TOVRN. *Inſt.* [illegible] *Muſcus cruſtæ modo arbori-*

*bus adnaſcens cinereus mollior & in anguſtiores lacinias diviſus* RAI. hiſt. 116 cum præcedentibus.

LICHEN cinereus arboreus, marginibus fimbriatis TOVRN. *Inſt.* p. 550. *Muſcus arboreus ſupinus marginibus piloſis* RAI. *hiſt.* 116. (Conferendo ſequentem adparet velle RVPPIVM. *Lichenem cinereum minorem marginibus piloſis* VAILL. T. XX. f. 5.) In arborum truncis terræ proximis, non ſecus ac in dumetis occurrit toto anno.

(LICHENOIDES ceratophyllon obtuſum & minus ramoſum DILL. *Sylv.* p. 154. T. 20. f. 19.)

(LICHEN pulmonarius ſaxatilis farinaceus luteus vulgatiſſimus foliis pulpoſis receptaculis florum concoloribus MICHEL. *Ord.* 30. n. 15. p. 95.)

(LICHEN cruſtaceus verrucoſus candidus ſcutellis concoloribus *Enum. plant. Helv.* n. 109.)

(LICHEN cruſtaceus verrucoſus candidus, ſcutellis rubris. *Ibid.* n. 110.)

(LICHEN cruſtaceus verrucoſus cinereus ſcutellis rubberrimis. In ſaxis M. *Bructeri* & *M. Hertzberg* ſupra *Ilefeldam.* Calcaria ſed tenax materies, in ſuperficie undique verrucoſa, ſcutellæ cavulæ, cinnabarinæ.)

(LICHEN cruſtaceus - - ex cinereo albicans, receptaculis ſubfuſcis limbo albo cinctis *Ibid.* n. 111.)

(LICHEN cruſtaceus ſaxis & arboribus adnaſcens gelatinoſus & verrucoſus niger receptaculis florum concoloribus MICHEL. *Ord.* 34. p. 96. n. 13.)

LICHEN verrucoſus Doodei RAI. *Suppl.* p. 47. In ſylvis vaſtioribus *nach Schiblau und der frölichen Wiederkunfft hin.* (Quid? an L. 139. an aliquis ſequentium?)

LICHEN terreſtris ericetorum baſi mucoſa (verrucoſa griſea) capitulis fungoidibus, carnei coloris. *Fungi minimi Muſco innati, incarnati coloris* MENTZEL. in *Pugillo.* In ſylvis *bey Schleſreiſen, auch Eiſenach,* in ericetis paſſim, & locis apricis, argilloſis.

(LICHEN cruſtaceus alpinus, lignis putridis adnaſcens glaucus, receptaculis florum carneis, & tumentibus MICHELI *Ord.* 34. n. 38. Circa *Schleſreiſen.*)

(LICHEN pulmonarius terreſtris ex albo luteus friabilis ſcutis fuſcis (luteis potius) *Enum. Helv.* p. 81. In aridis collibus ſuper *Walkenried.*)

(LICHEN cruſtaceus ſaxatilis farinaceus rimoſus veluti teſſellatus ex cinereo albicans vulgatiſſimus, receptaculis florum nigris MICHEL. p. 103. T. 54. f. 7. In lapidibus arenoſis.)

(LICHEN cruſtaceus ſaxatilis farinaceus rimoſus albus receptaculis florum nigris *Enum. plant. Helv.* p. 84. n. 120.)

(LICHEN cruſtaceus ſaxatilis farinaceus cinereus, ſcutis nigerrimis *Ibid.* n. 122.)

(LICHEN cruſtaceus ſaxatilis luteus nigris lineis varius MICHEL. p. 97. c. 34. n. 19.)

(LICHEN cruſtaceus nigerrimus receptaculis florum concoloribus feminibus ſature cinereis *Enum. Helv.* l. c. n. 124.) Hi in variis Saxis frequentes ſunt.

(LICHEN cruſtaceus ſaxatilis niger papillis maximis flavis *Ibid.* n. 125. In lapidibus circa Gottingam.)

(LICHEN cruſtaceus ſaxatilis farinaceus, ex albo ſubcinereus receptaculis florum exiguis, concavis & nigricantibus, ac in ſubſtantiam lapidis veluti infixis MICHEL. n. 21. p. 97.)

(LICHEN cruſtaceus ſaxatilis omnium minimus niger *Enum. Helv.* n. 133.)

(LICHEN cruſta tenuiſſima virente ſcutis nigris planisque *Ibid.* n. 136. In arboribus.)

(LICHEN cruſta tenuiſſima ſcutellis nigris convexis *Ibid.* n. 141.)

(LICHEN cruſtaceus tartaricus arboribus adnaſcens niger & veluti deuſtus receptaculis florum oblongis & intortis MICH. O. 37. n. 6.)

(LICHEN arboreus verrucoſus ſordidi coloris *Enum. Helv.* p. 88. n. 135.)

(LICHEN cruſtaceus albeſcens ſcutis farinaceis PETIVERI.)

(LICHEN cruſtaceus terreſtris farinaceus friabilis *Enum. Stirp. Helv.* p. 88. n. 154.)

## CORALLOIDES DILL.

LICHEN pyxidatus major TOVRN. *Muſcus pyxioides terreſtris* C. B. P. 361. *Muſcus pyxidatus* J. B. 3. 767. *Muſcus terreſtris, pyxidatus alabaſtricaulos imitatus* Lobel. icon. 267. In ſylvarum putridis truncis ſaxis & deſertis viarum limitibus frequens occurrit, toto anno. Contra tuſſim convulſivam infantum laudat WILLISIVS, & ex eo Sam. DALE. CAMERARIVS in ſuo MATTHIOLO vocat *Cyprian* H*öſelein* p. 363. & juxta Pulmonariam arboream pinxit. Magnitudine figura altitudine pediculi, pyxide ramoſa, & quaſi prolifera, in cujus pyxidum oris ſuaviſſime coccineæ & tumentes extuberantiæ, & quandoque fuſcæ conſpiciuntur, variat. Hujus elegantiſſimæ plantulæ varietates pluribus recenſet TOVRN. in *Inſtit*. p. 549. Vid. etiam SCHEVCHZERVS in *Itin. Alp.* II. obſ. botanicis p. 63. nec non in *Itin. Alp.* I. p. 37. 39.

LICHEN terreſtris pyxioides minor. Muſcus pyxioides ſaxatilis C. B. *Prodr*. In ſaxis ericetorum & ſylvarum frequens.

LICHEN pyxioides prolifer, pyxidis margine dentato. Cum præcedentibus.

LICHEN pyxidatus prolifer. (Erat levis Pyxidati exemplar multarum conjugationum.)

LICHEN pyxioides prolifer, apicibus coccineis. In ſaxis vaſtis, & arborum dejectis & putridis truncis. (*Muſcus multiformiter pyxidatus acetabulis coccineis* PLOT *Stafförtsh*. 199. T. 14. f. 1. In M. hercynicis ubique.)

(LICHEN pyxidatus acetabulorum oris fuſcis & tumentibus J. R. H. Cum præcedentibus in arborum truncis putridis.)

(CORALLOIDES ſcyphiforme ſerratum elatius caulibus gracilibus glabris DILL. *Sylv*. p. 88. T. 14. f. 13. Abunde in H*ercynia*.)

LICHEN terreſtris cornu ſimplici. *M. cornu ſimplici.* D. DOODII. (Perinde Varietas videtur vulgaris pyxidati.)

LICHEN coralloides ſ. cornutus montanus. *Muſcus coralloides*

*pyxidatus cinereus anguſtior & elatior corniculis* longioribus MICHELI O. 7. n. 6.]

LICHEN Coralloides ſaxatilis cornua cervi referens. In ſaxis & inter Muſcos in ericetis toto anno. (Quomodo differt?)

LICHEN ceranoides major & minor. *Muſcus ceranoides major & minor* C. B. p. 361. Cum præcedentibus. (Et iſte? Reperi vero circa *Schleſreiſen, Coralloides corniculis longioribus & rarioribus* DILL. *Sylv.* muſc. n. 26. Quem pro alterutro RVPPII habeo.)

(CORALLOIDES ſcyphiforme cornutum DILL. *Sylv.* p. 94. n. 17.)

(Multas alias pyxidati Lichenis ætates reperi circa Jenam, & in primis in ſylva, per quam itur in pagum *Schleſreiſen*, notiſſimam RVPPIO. Ita coccinea tubercula reperi in pluſculis, adeoque

LICHENEM album proboſcideum & corniculatum, plerumque non ramoſum, proboſcidum oris coccineis MICHEL. p. 87. n. 19.

LICHENEM pyxidatum (non proliferum) acetabulorum oris coccineis & tumentibus *Enum. plant. Helv.* p. 65. n. 14.

LICHENEM difformem cylindricum fine clauſo, etiam ramoſo, ſcutulis ruberrimis.

LICHENEM pyxidatum acetabulorum oris ſerratis punctis rubentibus coronatis.

LICHENEM pyxidatum teretem acetabulis minoribus repandis MICHEL p. 80. O. 7. n. 2. T. 41. f. 2. Sed ornatum fungulis ruberrimis. An *Coralloides ramuloſum tuberculis coccineis* DILL. *Sylv. muſc.* p. 96. n. 19.

Porro inter fungiferos pyxidatos.

LICHENEM coralloidem glaucoviridem totum obductum cruſta folioſa *Enum. plant Helv.* p. 69. n. 37.

LICHENEM elegantem magnum album corniculatum, magnis & nigerrimis fungulis ornatum. Videtur *Coralloides ſcyphiforme* oſſis femoris facie DILL. *Sylv. muſc.* p. 91. n. 15.

LICHENEM pyxidatum acetabulorum oris carneis & tumentibus adfinem noſtri 18. &

Alium proliferum atque foliorum ſimilibus oris.

LICHENEM magis degenerem, ramoſum, acetabulis difformiter proliferis, extremis ſerratis, nigris fungulis ornatis, cum initiis cruſtæ foliaceæ per caulem erumpentibus v. g. DILL. T. XIV. f. 6. L. M.

CORALLOIDES parum ramoſum tuberculis fuſcis DILL. l. c. n. 20.

(LICHENEM minimum cruſta pyxidati vulgaris capitulo fungiformi (nigro) ſæpe ramoſo *Enum. plant. Helv.* p. 66. n. 25. Sed oris potius carnoſis.)

[Porro inter Coralloide DILL. ſequuntur.]

(CORALLOIDES cornucopioides incanum ſcyphis criſtatis DILL. *Sylv.* p. 94. T. 15. f. 17.)

LICHEN terreſtris coralloides erectus incanus. *Muſcus terreſtris coralloides erectus incanus* C. B. P. p. 361. In ſylvis & ericetis toto anno.

LICHEN terreſtris coralloides erectus cornibus rufeſcentibus. *Muſcus terreſtris coralloides erectus cornibus rufeſcentibus* C. B. p. 361. Cum præcedente. (Ludit corniculis albisſimis.

(CORALLOIDES fruticuli ſpecie candicans corniculis rufeſcentibus DILLEN. Sylv. p. 110. T. 16. f. 30. Ex *hercynia* diverſus a priori duriori, humiliori, laxiori habitu, corniculis non cernuis, florum receptaculis maximis.)

(CORALLOIDES perforatum majus molle & craſſum DILL. *Sylv.* p. 98. T. 16. n 21. A priori differt, quod ſcyphorum & articulationum veſtigia nulla ſuperſint; ſimilis ceterum circulis ramorum, qui cavitatem intercipiunt, ramulos finientibus.)

(CORALLOIDES minimum fragile Madreporæ inſtar naſcens DILL. *Sylv.* p. 107. n. 28. T. 16. In ſummo *Bructero* abunde.)

## (USNEAE DILLENII.)

LICHEN arboreus cum orbiculis trichodes. *Muſcus arboreus cum orbiculis* C. B. P. p. 361. *Muſcus ramoſus*

*& non ramoſus floridus* TAB. *Muſcus quernus fruticoſus τειχοφυλλος* COL. In arboribus ſylvarum vaſtiorum v. g. *gegen die fröliche Wiederkunfft hin,* toto anno.

LICHEN arboreus capillaceus longiſſimus. *Muſcus capillaceus longiſſimus* C. B. l. c. In Abiete picea & pina *nach Schleſreiſen hin.* Multum variat [ Reperi ibi *Uſneam jubatam nigricantem* DILL. *Sylv.* p. 64. T. 12. f. 1. in Hercynia vulgarem ]

LICHEN arboreus minor trichodes. *Muſcus arboreus, Uſnea offic.* C. B. P. p. 361. Cum præcedente [Eſt *Muſci cum orbiculis* varietas ſterilis, annon *Uſnea vulgatiſſima tenuior & brevior ſine orbiculis* DILL. *Sylv.* p. 67. T. 13. f. 12.]

[ VSNEA nigræ lanæ inſtar ſaxis adnaſcens DILL. *Sylv.* p. 66. n. 8. T. 13. In ſummo *Bructero* ]

LICHEN arboreus nodoſus. *Muſcus arboreus nodoſus* C. B. *Dendobryon geniculatum* COL. In arboribus ſylvarum vaſtarum.

LICHENAGARICVS nigricans, ligno adnaſcens plerumque multifidus, & coupreſſus, ima parte villoſus ſuperna vero glaber, albidus & pulverulentus MICH. p. 104. T. 55. f. 1. *Coralloides ramoſa nigra compreſſa apicibus albidis* T. RVPPII Vulgo in arboribus dejectis.

LICHENAGARICVS terreſtris, digitatus, niger, apicibus albo rufis, ſeminibus griſeis undique conſperſis, radice membranacea longiſſima, varie divaricata, & implexa MICHEL. p. 104. n. 4. T. 55. f. 5. *Agaricus digitatus, niger, humilior, &* (tuberculis) *inſtar corii canis carchariæ exaſperatus, quæ ſingula totitem ovata indicant nigerrimi pulveris receptacula* RVPP. p. 306. Ad lignum putreſcens.

[ LICHENAGARICVS nigricans, cupreſſiformis, ramoſus, & non ramoſus, lignis aridis adnaſcens MICHEL. p. 104. n. 3. T. 55. f. 2. ]

[ LICHENAGARICVS, qui Lithophytoides terreſtre digitatum nigrum MARCHANT. *Mem. de l'Acad.* 1711. p. 129. ]

ſum MENTZEL. *pugill. rar.* T. 6. *Agaricus lignoſus niger Hypoxylon dictus ad truncos putridos im Rauhenthal* RVPP. Omnes ſimilibus locis naſcuntur.

LICHENAGARICVS cruſtaceus, craſſus, renem quaſi bovillum repræſentans, niger & veluti deuſtus. MICHEL. p. 104. T. 54. f. 1. Omnes in truncis arborum. *Agaricus fuliginis & aterrimus vaſtum cavernulatum quendam inſecti nidum mentiens.* RVPPI de quo ait. Labyrinthibus meatibus excavata eſt hæc Agarici ſpecies, a nemine hactenus deſcripta, quæ omnino notatu digna eſt. Provenit *im Rauhenthale.* Subſtantia eſt per maturitatem rigida & exſucca.

[LICHENAGARICVS cruſtaceus nigerrimus, foliis innaſcens *Enum.* p. 90. n. 7. T. 2. f. 8.]

[LICHENAGARICVS diſciformis punctatus nigricans *Ibid.* n. 8. T. 2. f. 9. *Lichenoides tuberculoſum, compreſſum, lignis putridis adnaſcens* DILL. *Sylv.* p. 127. T. 18. f. 7. In ſudibus paſſim.]

[LICHENAGARICVS bullatus, parvus, ex obſcuro nigricans, ſub cute arborum exſuccatorum erumpens MICHEL. p. 105. n. 8. T. 54. f. 2.]

[LICHENAGARICVS fragi facie *Enum.* p. 91. n. 10. T. 2. f. 10. ſimilibus locis.]

[LICHENAGARICVS cruſtaceus initio ſubhirſutus, & Oleæ conditæ colore, per ſiccitatem glaber niger & veluti deuſtus, receptaculis florum mammiformibus elegantiſſimis MICHEL. p. 104. T. 55. f. 1.]

[LICHENAGARICVS ſolitarius omnium minimus *Enum.* p. 91. n. 12. In virgultis aridis.]

[LICHENAGARICVS acaulos, ceſpitoſus, ruber, in abjectis corticibus innaſcens, receptaculis florum ſphæricis & nitidis MICHEL. p. 105. *ord.* 3. n. 3. In cortice Mali.]

LYCOPODIVM officinarum, & TABERN. icon. 814. *Muſcus ſquamoſus, vulgaris, repens a Trago pictus* J. B. 3. 766. *Muſcus terreſtris, clavatus* C. B. P. 360. In ſylvis remotioribus *nach Querl und Bolwerck zu*, [etiam haud longe Gottinga, prope *Rheinhauſen*] frequens ſpi-

cas producit hyeme & vere; hujus ſpeciei pollen in julorum, ſquamarumve reniformibus corpuſculis contentus officinas ingreditur ſub nomine ſulphuris Lycopodii. German. *Bärlap*, *Wolffsklauen*, *Gürtelkraut*, *Gürtelmoſt*, *Teuffelsklau*, *Haarſchaar*, &c. De hujus efficacia contra plicam Polonicam vid. Obſervationes Eberhardi SOCKELII; & de uſu ejusdem ad ignes artificioſos apud Moſcos & Perſas vid. Olearii *itinerarium.* Superſtitioſi ex hac planta circulos efficiunt, & de parietibus ſuſpendunt ad detegendas ſagas; ſiquidem ipſis perſuaſum ſit, ſi ſaga ingrediatur in hypocauſtum illud, tunc Lycopodium moveri.

LYCOPODIVM alterum, foliis juniperinis, reflexis, clavis ſingularibus, ſine pediculis nudis. *Muſcus ſquamoſus, foliis juniperinis reflexis* TOVRNEFORT. *Muſcus clavatus, juniperinis foliis reflexis, clavis ſingularibus, ſine pediculis* MORISON. *Hiſtor. Oxon.* part. III. 624. Sect. 15. Tab. 5. fig. 3. Cum præcedente, præcipue in pinetis *nach Rudersdorff und der Leuchtenburg zu, auch nach der frölichen Wiederkunfft hin* [Etiam circa Gottingam v. g. *im Reinhauſer Wald.*]

LYCOPODIVM Sabinæ facie. *Muſcus terreſtris, ramoſus pulcher* J. B. & CHABR. p. 560. *Sabina ſylveſtris* TRAGI & MATTHIOLI. *Muſcus ſquamoſus, montanus, repens, Sabinæ folio* TOVRNEF. In altioribus ſylvis v. gr. *bey Rothe, auf dem Inſelsberge bey Gotha* viget toto anno, *auch unter Schieblau im Walde, bey Witteberg, Saalmünſter und im Bergiſchen Lande; im groſſen Wäldern hinter Gera im Voigtlande* [Copioſiſſime in *Bructero* M.] Sabina ſylveſtris dicitur propter ſimilitudinem & faciei & virium. [Caules tetragoni, repentes, clavæ rariores]

SELAGO foliis & facie Abietis. *Selago tertia* THALII. *Muſcus erectus, ramoſus, ſaturate viridis* C. B. Pin. 360. *Muſcus terreſtris, rectus*, J. B. 3. 767. *Muſcus erectus, abietiformis* RAI. *hiſt.* 121. *Muſcus ſquamoſus, abietiformis* TOVRNEFORT. *Inſtit.* p. 553. In ſylvis *zwiſchen Rohde und Schleſreiſen, auch bey Rol-*

*werck in Wäldern wo die* Spicant *wächſt*, floret, vigetque Martio & Aprili. Hæc planta a Lycopodio diſtinguenda eſt, ſiquidem corpuſcula ſulphur ſuum foventia, non in clavam, ſpicamve adacta, habet, nec ad apocarpos referri poteſt Muſcos, cum non in ſummitate plantulæ ſingulum gerat capitulum, ſed in foliorum alis per totam ramulorum longitudinem. De hujus plantæ viribus in meretriculis ad abortum excitandum conſulantur Ephemerides N. C. Germ. *wilder Sadebaum*, propter ſimilitudinem tum quoad vires; nam & Sabinam eadem virtute pollere apud ſcorta ſatis notum eſt. [ Selaginis Species DILLENIO ]

MVSCVS apocarpus ſylvaticus, ceſpitoſus, capitulis craſſis, virentibus. Hic loco ſulphuris tria quatuorve granula continet ſeminis Milii magnitudine, quod hactenus in Muſcorum regno inauditum: viget *im Raubenthale.* [ *Selaginoides foliis ſpinoſis* DILL. ]

MVSCVS apocarpos, aquaticus, foliis triangularibus, complicatis, acutiſſimis, in flagellis longis, Potamogetonis cujusdam inſtar fluitantibus. *Muſcus ſquamoſus, foliis acutiſſimis in aquis naſcens* TOVRNEFORT *Inſtit.* p. 554. & 555. *Muſcus aquaticus, folio expanſo* C. B. *Prodr.* 154. *Fontalis minor lucens* J. B. 3. 778. *Muſcus aquaticus, viticulis longis, minus ramoſis, lucidis, foliis acutis, triangularibus cinctis* MORISON. *Hiſt. oxon. part.* III. p. 626. *ſect.* 15. Tab. 6. fig. 32. [ *Fontinalis triangularis major complicata e foliorum alis capſulifera* DILL. p. 254. T. 3. f. 1 ] In ſtagnis v. g. *im groſſen Paradieſe, nach Wöllnitz zu, auch anderswo in den Bächen*, v. gr. *nach den Schlefreiſiſchen Schneidemühlen hin.* Capitula producit in ſingulis foliorum alis, ſingula non prorſus quidem ſeſſilia, ſed perbrevibus petiolis ſuſtentata, nuda tamen & calyptra plane deſtituta, unde huc ſpectat: Omnes enim apocarpi capitula habent calyptra deſtituta. Hujus capitula ſunt duriuſcula, & veluti ovata, vel pyriformia, in ſummitate apiculata [ vagina nempe conica terminata ]

## SPHAGNA DILL.

MVSCVS ſquamoſus, paluſtris, candicans, molliſſimus TOVRN. Inſt. p. 554. *Muſcus paluſtris* DOD. pempt. 472. *Muſcus paluſtris trreſtri ſimilis* RAI. *hiſt.* 122. [*Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis cymbiformibus* DILL. *Sylv.* p. 240. T. 32. f. 1.] In pratis & ericetis uligine madentibus v. gr. *nach Bubeck und Waldeck hin* paſſim capitula gignit toto anno ſpadicea, horizontaliter diſſilentia uti recte obſervavit Plucknetius & Scherardus. Poſet, ſi placeret ad apocarpos referri, ſiquidem pediculo, ſaltim longiori, pariter atque calyptra deſtituatur; Foliis candicantibus, & rubentibus variat, non ſecus ac latioribus ſtrictioribusve. Ipſius figura exſtat in PLVCKNETI. *Phytographia*, nec non in D'ODONEO, SCHEVCHZ. *It. Alp* I. obſ. botan. Tab. 5. Fig. IV. Hujus etiam meminit C. B. in Cap. de Rorella in *Pin.* p. 357. ubi dicit Rorellam marem & feminam inter Muſci albicantis & ſubrubentis genera creſcere Vid. etiam *Floræ Altdorfinæ deliciæ ſylveſtres.*

[SPHAGNVM paluſtre molle deflexum, ſquamis capillaceis DILL. *Sylv.* p. 243. T. 32. f. 2. in paludoſis prope *Bolwerck* ubi Tetralix naſcitur & porro eundo verſus *Zeiſiggrund.*]

MVSCVS apocarpus, ſaxatilis, capitulis obſcure rubris. [*Sphagnum ſubulatum obſcure virens capſulis rubellis* DILL. *Sylv.* p. 245. T. 32. f. 4.] Hujus etiam meminit RAIVS, in ſupplemento hiſtoriæ plantarum inter reliquos Muſcos apocarpos auctori a D. SHERARDO, Botanico ſolertiſſi. & perſpicaciſſ. qui poſtea Anglorum Smyrnæ Conſul conſtitutus fuit, communicatos. In ſaxis hinc inde frequens inter reliquos Muſcos capitula gignit hyeme & primo vere.

MVSCVS apocarpus, ſaxatilis, brevi, denſo tamen, ceſpite naſcens, capitulis amplioribus, dilutius rubentibus, ſtriatis. In ſaxis vinearum v. gr. *bey der Schneidemühle*, capitula producit Martio & Aprili [Idem priori]

MVSCVS apocarpus, ſaxatilis, capitulo & tota plan-

profert cum præced. [*Sphagnum nodoſum hirſutum & incanum* DILL. *Sylv.* p. 246. T. 32. f. 5.]

MVSCVS apocarpus, terreſtris foliis latiuſculis, capitula occultantibus. [*Sphagnum acaulon bulbiferum majus* DILL. *Sylv.* p. 251. T. 32. f. 11.] In ſuburbiorum agris capitula maturat Martio, quæ inter foliorum congeſtionem conniventem requirenda ſunt. Multum ſimilis eſt Muſco coronato, minori foliis latiuſculis, ad caulem convolutis, capitulis obtuſis aureis, de quo poſtea, ſi demas, quod noſter hic ſit apocarpus, alter vero longis petiolis capitula ſuſtentet adunca & nutantia.

MVSCVS apocarpus, omnium minimus, capitulis omnium minimis, intra breviſſimorum foliorum ſquamoſorum, & ſquamatim ſibi incumbentium perbrevem, flaveſcentem ceſpitulum occultatis; cum ſequente in aggeribus foſſularum agros terminantium. [*Sphagnum acaulon bulbiferum minus* DILL. *Sylv.* p. 252. T. 32. f. 12. minus foliis in pilum non exeuntibus.]

MVSCVS apocarpus, capitulis ſeſſilibus, inter foliorum, capillo quovis tenuiorum, ceſpitulos, capitulis, primo albis, per maturitatem vero fuſcis, rubriſve [*Sphagnum acaulon trichodes* DILL. *Sylv.* p. 250. T. 32. f. 10.]

MVSCI TERRESTRES, CAPITVLA ADVNCA ſuſtinentes, ex foliorum alis prodeuntes, ſeu potius ex ramulorum ſubdiviſionibus [Hypna DILL. quibus ſeta ex ſquamoſo bulbo prodit, & habitus procumbens atque ramoſus eſt.]

MVSCVS filicinus, major C. B. P. 360. *Muſcus filicinus* J. B. 3. 764. TABERN. icon. 807. In ſylvis paſſim, præcipue ad arborum radices; producitque capitula cum præcedentibus. Ab hoc minime differt

MVSCVS caſſubicus criſtam caſtrenſem referens BREYNII. In petris & ad arborum radices *im Rauhenthale unten in der Gluntz* [Poterit eſſe *Hypnum filicinum criſtam caſtrenſem repræſentans* DILL. *Sylv.* p. 284 T. 36. f. 20. Adeoque prior ex analogia erit *Hypnum repens fili-*

*filicinum criſpum* E I. p. 282. T. 36. f. 19. ramorum conferta copia diverſum.

MVSCVS ſquamoſus, foliolis rotundis, denſe poſitis, ramoſus major, *im Raubenthale* ad radices arborum occurrit; [an ſpecies Jungermanniæ.]

MVSCVS ſquamoſus, repens, veluti ſpicatus TOVRN. *Muſcus ramoſus, repens, ſpicatus* C. B. P. 36. *Muſcus repens, veluti ſpicatus Prodr.* 151. [*Hypnum filicinum Tamariſci foliis majoribus ſplendentibus* DILL. *Sylv.* p. 274. T. 35. f. 13.]

MVSCVS filicinus minor C. B. *Prodr.* 151. *Muſcus filicinus, minor, floridus* C B. *Pin.* 360. MORISON *Hiſt. Oxon* part. 3. 625. ſect. 15. Tab. 5. fig. 21. In ſylvis paſſim. [*Hypnum repens filicinum minus luteo virens* DILL. *Syn.* III. p. 86. n. 36. & in *Sylv.* T. 35. f. 14.]

MVSCVS ſquamoſus, pennatus, capitulis Adianthi TOVRN. *inſtit.* p. 555. *Muſcus pennatus, capitulis Adianthi* RAI. *Syn.* edit. 1690. 236. MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. III. 626. ſect. 15. Tab. 6. f. 36. In muris, & ad arborum baſes paſſim [Crediderim ex loco natali eſſe *Hypnum pennatum conpreſſum & ſplendens capſulis ovatis* DILL. *Sylv.* p. 268. T. 34. f. 7.]

MVSCVS vulgaris pennatus, major C. B. Pin. 360. *Muſcus pennatus* Prodr. 151. In ſaxis & ad arborum radices [Si diverſum a priori, erit forte *Hypnum denticulatum, pennatum pinnulis duplicatis recurvis* DILL. *Sylv.* p. 266. T. 34. f. 5.] Hic ſaxis arcte adnaſcitur, & ſæpe ſua veſtigia multo poſt ſui evaneſcentiam tempore conſpicua relinquit, unde ſuſpicor, ſimile quidpiam aliquando contingere in Islebienſibus illis lapidibus; quod aliis inquirendum relinquo & commendo, viſa ſane mihi fuere illa veſtigia eſſe potius Muſci filicini, quam Filicis.

MVSCVS vulgaris, pennatus, minor C. B. P. 360. cum præcedente [*Hypnum taxiforme minus baſi capſuliferum* DILL. *Sylv.* p. 263. T. 34 f. 2.]

dentibus. [Hic certius eſt *Hypnum taxiforme exiguum ex ſummitate capſuliferum* DILL. *Sylv.* p. 262. T. 34. f. 1.]

MVSCVS foliolis planis, acutis, cornua alcis referens, ramoſus major; In ſylvis udis & opacis v. gr. *in der Druſenitz bey Winzerla* [*Hypnum paluſtre ramoſum majus & erectum* DILL. *Sylv.* p. 264. T. 34. f. 3.]

MVSCVS foliolis planis, acutis, nemoroſus, non ramoſus, minor; in nemorum opacis locis. Hunc quidam pro *Muſco filicino, ſive pennato minore* RAII venditant. [DILL. hunc potius pro *Hypno taxiformi minori baſi capſulifero* habet. Sed nulla hic lux eſt, quæ nos per cæca ducat.]

MVSCVS terreſtris vulgatiſſimus. In pomariis, & pratis paſſim. Rarius capitula gignit. Mirum botanicos in re tam vulgatiſſima pariter atque viliſſima conſentire hactenus non potuiſſe. Hortulani una cum aliis primo vere ex hortis projiciunt. [DILLENIVS refert ad *Sphagnum paluſtre molle* & inter plantas hoc ipſum nomine RVPPIANO habetur. Aliam tamen plantam voluiſſe locus natalis indicat, hoc enim Sphagnum non in pomariis, ſed in udis, tremulis, torfaceis provenit.]

[HYPNVM dentatum vulgatiſſimum operculis obtuſis DILL. *Sylv.* p. 295. T. 38. f. 29. ubique.]

[HYPNVM foliis ruſciformibus capitulis ſubrotundis DILL. *Sylv.* p. 298. T. 38. f. 31.]

[HYPNVM repens triangularibus anguſtis foliis capſulis tenuibus curvulis *Enum. Helv.* p. 98. n. 4.]

[HYPNVM longum erectum foliis anguſtis cauli adpreſſis DILL. *Syn.* III. p. 83. n. 20. *Enum. Helv.* p. 100 n. 15. Inter plantas RVPPII fuit cum nomine Muſci terreſtris foliis reflexis. Hi in ſylvis, ad ſepes, paſſim proveniunt.]

[HYPNVM repens paluſtre foliis triangularibus per caulem expanſis per extremitatem convolutis & acuminatis DILL. *Syn.* III. n. 14. & in *Sylv.* T. 39. f. 34. Sulzæ in foſſis legi.]

[HYPNVM myoſuroides craſſis capſulis erectis DILL. *Sylv.* p. 316. T. 41. f. 50. Ad arbores.]

[HYPNUM cupreſſiforme rotundius vel illecebræ æmulum DILL. *Sylv.* p. 311. T. 40. f. 46.]

[HYPNUM arboreum ſciuroides DILL. *Sylv.* p. 319. T. 41. f. 54.]

[HYPNUM ſubhirſutum viticulis gracilibus erectis capſulis teretibus DILL. *Sylv.* p. 307. T. 39. f. 43.]

MUSCUS Abietis facie C. B. P. & *Prodr.* p. 151. Ad arborum fruticumque ſylveſtrium radices paſſim, foviola vero vix conſpiciuntur, niſi madeſiant, quod etiam de reliquis Muſcis valet, uti recte obſervavit RAIUS [Ex notis meis eſt *Hypnum ſubhirſutum viticulis gracilibus erectis capſulis teretibus* DILL. *Sylv.* p. 307. T. 39. f. 43. Etſi nomen diverſiſſimum ſit.]

MUSCUS ſquamoſus, erectus, major C. B. *Prodr.* 151. Ad arborum radices paſſim.

MUSCUS ſquamoſus, erectus, minor C. B. *Prodr.* Cum præcedente.

MUSCUS ſaxatilis, ericoides C. B. Prodr. p. 151. In fontium lapidibus diſperſus v. gr. *zu Lichtenhayn* occurrit [DILLENIUS nomen ad *Bryum montanum albidum fragile refert*, ſed loco natali differt. Ille enim in aridis, hic in fontium lapidibus naſcitur.]

MUSCUS ſquamoſus, dendroides, repens TOURN. *Inſtit.* *Muſcus dendroides, ſylvarum erectus, ramulis Kali æmulis, radice repente* RAI. *Syn.* MORISON *Hiſt. Ox.* part. III. 626. ſect. 15. T. 5. f. 22. In pratis, præcipue uliginoſis, pariter atque ſylvis. Hujus figura habetur in TOURN. Tab. 326. Litt. D. [*Hypnum dendroides Obſcurius ſetis & capſulis brevioribus nutantibus* DILL. *Sylv.* p. 315. T. 41. f. 49.]

MUSCUS ſquamoſus, dendroides, ſurculis veluti in capitulum congeſtis TOURN. *Inſt.* p. 554. *Muſcus dendroides elatior, ramulis crebris, minus ſurculoſis, capitulis pediculis brevibus inſidentibus* RAI. *Syn.* MORIS. *Hiſt. Ox.* part. III. 626. ſect. 15. T. 5. f. 31. [*Hypnum dendroides ſericeum ſetis & capſulis longioribus erectis* DILL. *Sylv.* p. 313. Ex ſynonymis] In pratis & ſylvis,

MVSCVS ſquamoſus, Linariæ folio, major & criſpus TOVRN. *Inſtit.* p. 554. *Muſcus terreſtris, ramulis compreſſis, foliis ſuperficie criſpis* D. SHERARD. MORISON. *Hiſt. Ox.* part. 3. 625. ſect. 15. T. 5. f. 10. [*Hypnum repens conpreſſum ramulis conpreſſis Filicinorum more diſpoſitis* DILL. *Syn.* III. p. 89. *Enum. Helv.* p. 103. T. III. f. 5.] Ad arborum truncos, vt & in petris deprehendimus, *in groſſen Wäldern* paſſim v. gr. *bey Gieſſen im Kleiberger Walde, und auf dem Hangelſtein; iſt auch häuffig auf dem Hartz bey Ilefeld,* [& circa *die Schluft* in hercynia]

MVSCVS cupreſſiformis TOVRN. *Inſtit.* p. 554. *Muſcus cupreſſiformis ramoſus* C. B. P. 361. *Muſcus cupreſſiformis* Prodr. 152. *Muſcus terreſtris, vulgaris, Cupreſſi foliis Muſ.* PETIV. Cent. I. num. 81. Ad arborum truncos & ſtipites paſſim in ſylvis [*Hypnum criſpum cupreſſiforme foliis aduncis* DILL. Sylv. p. 287. T. 37. f. 23.]

MVSCVS terreſtris ramoſus erectus pallidus. In pratis, pomariis frequens obvius eſt; foliola habet tantillum reflexa. [*Hypnum vulgare triangulum maximum & pallidum* DILL. *Sylv.* p. 293. T. 38. f. 28.]

MVSCVS terreſtris, e viridi palleſcens, denſe naſcens, foliolis reflexis; cum præcedente, præcipue in ſubudis. [DILL. refert ad *Hypnum* ſuum *repens triangularibus reflexis foliis majus* Sylv. p. 303. T. 39. f. 38.]

MVSCVS montanus, erectus, ramoſus pallidus Joh. RAI. In ſylvis [Quid ?]

[HYPNVM vulgare ſericeum recurvum capſulis erectis cuſpidatis DILL. Sylv. p. 323. T. 42. f. 59.]

[HYPNVM velutinum capſulis ovatis cernuis DILL. *Sylv.* p. 326. T. 42. f. 61.]

[HYPNVM ſericeum ramoſum & tenuis capſulis acuminatis DILL. *Sylv.* p. 327. T. 42. f. 62. Omnes ad radices arborum & cortices.]

[HYPNVM trichodes, ſerpens ſetis & capſulis longis erectis DILL. *Sylv.* p. 329. T. 42. f. 64.]

[HYPNVM aquaticum foliis ex teretibus pinnatis DILL. *Sylv.* p. 308. T. 40. f. 44.]

[HYPNVM erectum aut fluitans aquaticum DILL. *Syn.* III. p. 82. n. 13 Hi in aquis.]

[HYPNVM paluſtre erectum ſummitatibus aduncis DILL. *Sylv* p. 292. T. 37. f. 26. In aquis & paluſtribus.]

MVSCVS ericetorum, hirſutie caneſcens, & ramoſus; In ericetis, quercetisque paſſim. [Annon *Hypnum trichoides capitulis plurimis erectis lanuginoſum Enum. plant. Helv.* p. 102. T. 3. f. 4.]

[HYPNVM heteromallon foliis capillaribus. *Bryum reclinatum foliis falcatis ſcoparum effigie* DILL. *Sylv.* pag. 357 T. 46. f. 16. Inter RVPPIANAS fuit, & Gottingæ in Sylvis frequens eſt ]

MVSCVS montanus TABERN. icon. 809. In ſylvis paſſim. [An *Hypnum loreum montanum capſulis ſubrotundis* DILL. *Sylv.* p. 305. Tab. 39. f. 40.]

MVSCVS capillaceus major, pediculo & capitulo craſſioribus TOVRN. *Polytrichum aureum majus* C. B. P. 256. *Polytrichum Apuleji, majus quibusdam* J. B. 3. 760. Adianthum aureum TAB. icon. 797. & offic. Germ. *güldner Wiederthon.* In ericetis & ſylvis paſſim toto fere anno capitulis quadrangularibus, quibus calyptræ villoſæ inſident, ornatum, occurrit. In ſylvis uliginoſis & ericetis humidis, *hinter Schleſreiſen* occurrit longe majus & filis ſive cauliculis rigidis, qui eſt Muſcus ſcoparius belgarum, ex quo ſcopas ad veſtes everrendas parant, uti alibi ex Erica & Geniſta.

MVSCVS capillaceus ſtellatus, prolifer TOVRN. cum præcedente. [Planta ſterilis, rubiginoſum in ſumma gemma ſcobem producens.]

MVSCVS capillaceus major, capitulis longiſſimis & acutiſſimis TOVRN. *Inſt.* p. 551. *Muſcus coronatus, medius, foliis tenuiſſimis, pallidis, longioribus, capitulis erectis acutis* MORISON. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 630. ſect. 15. T. 7. f. 11. *Polytrichum aureum medium* RAI. *Hiſt.* 124. [*Polytrichum quadrangulare Juniperi foliis brevioribus & rigidio-*

ramoſa longiore calyptra eſt.] In ſylvis v. gr. *auf dem Forſt*, [circa *Bürgel*, in paludoſis circa *Bructerum* M.]

[POLYTRICHVM alpinum ramoſum capſula ovali *Enum. Helv.* p. 107. n. 3. T. 3. f. 6. In *Bructero* M.]

[POLYTRICHVM nanum capſulis ſubrotundis galeritis Aloes folio non ſerrato DILL. *Sylv. muſc.* p. 428. T. 55. fig. 6.]

[POLYTRICHVM *Bryi* ruralis facie capſulis ſeſſilibus majus DILL. *Sylv.* p. 428. T. 55. f. 6. 8.]

POLYTRICHA DILL.

MVSCVS capillaceus minimus acaulos, calyptra ſtriata TOVRN. Inſt. 552. *Adiantum aureum acaulon, pileis ſtriatis.* Muſ PETIV. Cent. I. n. 34. In petris & ſaxis campeſtribus paſſim, ut & in corticibus arborum. Poſtquam calyptram exuit, aliam fere faciem induit: præcipue ſi loca fuerint nemoroſa, & umbroſa; producit capitula hyeme & vere. [*Polytrichum Bryi ruralis facie capitulis ſeſſilibus minus* DILL. Sylv. p. 432. T. 55. f. 9.]

[POLYTRICHVM capillaceum criſpum calyptris acutis piloſiſſimis DILL. *Sylv.* p. 433. T. 55. f. 11. Non criſpitate, quæ non perpetua eſt, ſed gracilitate capſularum & calyptrarum diſtinguitur. Inter plantas Ill. TEICHMEYERI & ubique ad arbores, & Jenæ deeſſe non probabile eſt.]

PRYA DILL.

POLYTRICHVM ſeu Muſcus capillaceus, minor, capitulis geminatis TOVRN. In ſylvis *bey Bollwerck und Schlefreiſen*, occurrit vere. [Eſt procul dubio *Bryum alpinum capillaceum capitulo pendulo lageniformi. Enum. plant.* Helv. p. 117. T. 4. f. 7. quod copioſe legi ad rupes cis Rodam. Adde deſcriptioni, quam ibi dedi, operculum breve & conicum eſſe, neque in DILLENII ſylva reperiri, quantum quidem novi.]

MVSCVS capillaceus, medius, capitulis globoſis, Tourn. *Inſt.* p. 551. *Muſcus trichoides, minimus, ſericeus, capillaceus, capitulis ſphæricis* MOR. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 628. ſect. 15. Tab. 6. fig. 6. *Muſcus trichoides, medius, capitulis ſphæricis* D. Doodii Raj. *Syn.* 30. in aggeribus viarum per ſylvas montoſas ducentium, v. g. *im Rauhenthale nach dem*

*Fichtenwalde zu, auch auf dem Kunitzer Berge, viel häuffiger auf dem Hartz bey Jlefeld,* [ſupra *Bürgel.*] Hic eſt idem ille *Muſcus alpinus cirrhoſus ſive Crinium retortorum inſtar criſpatus,* qui ſub hoc nomine a SCHEVCHZERO in Itineris alp. 2di obſervationibus botanicis pag. 65. depictus exhibetur; Notandum vero hujus Muſci recentia & adhuc viridia capitula eſſe rotunda, per maturitatem vero flaveſcentia & oblonga, producit capitula Febr. & Mart. a)

MVSCVS capillaceus, minor, capitulo longiori falcato TOVRN. *Muſcus capillaris* DOD. *Pempt.* 475. *Muſcus polytrichoides, elatior, foliis anguſtis, pellucidis & fere membranaceis* RAI. *Syn.* 32. PLVKEN. *Phytogr.* T. 44. f. 7. In ſylvis præcipue umbroſis, primo vere erumpit, & capitulis maturatis iterum evaneſcit. [*Bryum Phyllitidis folio rugoſo acuto capſulis incurvis.* DILL. *Sylv.* pag. 360. T. XLVI. f. 16.]

MVSCVS capillaceus omnium minimus TOVRN. Inſt. p. 552. VAILL. T. 26. f. 2. *Muſcus coronatus minimus, foliolis & capitulis oblongis, in pediculis breviſſimis* MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 631. ſect. 15. T. 7. f. 18. In aggeribus & ad ſcrobes *um die Schneidemühle herum.* floret Febr.

[BRYVM alpinum minus criſpum capſula inclinata *Enum. Helv.* p. 110. In hercynia ſylva.]

[BRYVM heteromallum DILL. *Sylv.* p. 375. T. 47. f. 37. *Muſcus capillaceus minimus plumoſus elegans* J. R. H. VAILL. T. 27. f 7. Copioſe in rupibus prope Rodam legi.]

[BRYVM capillaceis foliis, capitulo falcato conico *Enum. Helv.* p. 110. n. 8. In terra argilloſa declivi nuda.]

[BRYVM capillaceum & breve pallide & læte virens capſulis ovatis DILL. *Sylv.* p. 380. T. 48. f. 43. Ad oras foſſarum.]

[BRYVM ſtellare nitidum pallidum capſulis tenuiſſimis DILL. *Sylv.* p. 381. T. 48. f. 44. Ad ſepes muroſque.

BRYVM

a) Neutra obſervatio admitti poteſt. A SCHEVCHZERI certe Muſco longiſſime diſtat, cui capſula cylindrica eſt, & inclina-

[BRYVM tenue imberbe & pallidum foliis crebrioribus DILL. *Sylv.* p. 382. T. 48. f. 46. ſimilibus locis.]

BRYVM barbatum foliis anguſtioribus & rarioribus El. *Sylv.* p. 385. T. 48. f. 49. In arenoſo ſolo.

[BRYVM hypnoides erectum montanum erectis capitulis acutis DILL. *Syn.* p. 94. n. 12. *It. hercyn.* p. 56. cum ic.]

MVSCVS capillaceus, minimus, muralis, ſtellatus TOVRN. *Muſcus muralis, minimus, roſeus, ſive ſtellaris, capitulis longiuſculis, acutis rectis* MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 629. ſect. 15. T. 6. f. 12. [*Bryum unguiculatum & barbatum, ſurculis in ſummitate craſſioribus* DILL. *Sylv.* p. 383. T. 48. f. 47.] In murorum pontiumque interveniis, ubi calx compagines firmat, capitula producit hyeme & primo vere.

MVSCVS coronatus, humilis, rigidior, capitulis longis, acutis ſeſſilibus, erectis MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 630. ſect. 15. T. 7. f. 8. [*Bryum rurale unguiculatum & hirſutum majus & ramoſius* DILL. *Sylv.* p. 352. T. 45. f. 12. Sed etiam BRYVM *tegulare humile piloſum & incanum* EIVSD. p. 355. T. 45. f. 14. Jenæ vulgare eſt.] In muris & tectis ſtramineis ruſticorum frequens, nec non ad arborum radices in ſylvis, producit capitula Hyeme & primis veris tempeſtatibus, procelloſisque imbribus, non ſecus ac univerſa Muſcorum progenies.

[BRYVM humile pilis carens viride & pellucidum DILL. p. 356. T. 45. f. 15.]

[BRYVM capſulis longis ſubulatis DILL. *Sylv.* p. 350. T. 45. f. 10.]

[BRYVM ſerpyllifolium pellucidum capſulis piriformibus DILL. *Sylv.* p. 345. T. 44. f. 6.]

MVSCVS capillaceus minimus, calyptra longa, conoidea, nitida TOVRN. *Muſcus trichoides, minor, pileis magnis, acutis. Muſ.* PETIV. Cent. I. n. 89. *Adianthum aureum, perpuſillum, foliis congeſtis acutis, pileo extinctorii forma æmulo* RAI. *Syn.* 32. *Muſcus coronatus, humilis, tenuifolius, pileolo magno, acuto, infra aperto, extinctorium referente* MORISON. *Hiſt. Oxon.* P. III. 630. ſect. 15. T. 7. f. 12. In muris aggeribus & montibus v. g. in dorſo ſe-

ptemtrionem ſpectante, & verſus ſeptemtrionem declinante *des Fuchsberges*; item *auf dem alten verfaulten Holtz der Wellmeſe*, & alibi in locis conſimilibus. Ad ſepes in umbroſis, calyptris prælongis & conoidibus tecta capitula producit Februario, Martio & Aprili. [Gottingæ in muris abunde.]

MVSCVS latifolius erectior & altior, capitulis pariter calyptra conoidea nitida longioreque occultatis, foliolis latiſſimis in Roſæ formam ſæpe diſpoſitis. *Auf dem Forſt, auch in dem Holtze bey Cluſewitz.* [*Bryum calyptra extinctorii forma majus & ramoſius* DILL. *Sylv.* p. 350. T. 45. f. 9. *Enum. Helv.* p. 113. T. 4. f. 3.]

[BRYVM foliis lanceolatis capſula longa piriformi inclinata *Enum. Helv.* p. 115. n. 31. T. 4. f. 4. Inter plantas ſiccas RVPPII reperi, & in Hercynia ipſe legi. Capſula gigantina, principio anguſto, eundo lateſcit. Annon *Bryum pendulum hornum molle foliis & lanceolatis & gramineis* DILL. *Sylv.* p. 401. T. 51. n. 70? Videtur, etſi habitum lagenaceum minus exprimat.]

[BRYVM alternans calyptra variegata & folioſis ſcyphulis. *It. Helv.* & *Enum. plant. Helv.* p. 118. T. 4. f. 8. Rodæ ad rupes.]

MVSCVS capillaceus minimus, capitulis pyriformibus turgidis TOVRN. *Muſcus coronatus, humilis, ſtellaris, foliis, capitulis pyriformibus, erectis, turgidiuſculis* MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 631. Sect. 15. Tab. 7. fig. 16. *Muſcus capillaris parvus, capitulis magnis pyriformibus erectis in pediculis brevioribus* RAI. *Syn.* 29. In aggeribus foſſularum & ſtagnorum, v. gr. in umbroſis aggeribus *an denen Mühlen vor dem Johannis-Thore.*

[BRYVM albidum & glaucum fragile majus foliis erectis ſetis brevibus DILL. p. 362. T. 46. f. 20. Magna copia in ſylvis ſupra *Bürgel* qua itur verſus *Bubeck*.]

MVSCI TRICHOIDES nunc ſequuntur capitulis pendulis ſive nutantibus. [BRYI etiam ſpecies.]

MVSCVS Polygoni folio TOVRN. 326. f. E. *Muſcus ad polytrichoiden accedens ramoſus, foliis longis, lucidis, &*

15. T. 6. f. 1. *Muſcus ad polytrichoiden accedens, Arbuſcutam referens, foliis longis* RAII *Syn. 36.* [*Bryum dendroides polycephalon Phyllitidis folio undulato pellucido, capſulis ovatis pendulis* DILL. *Sylv.* p. 410. T. 52. f. 76.] Ad ſepes vinearum, & in dumetis, præcipue opacis frequens, rariſſime floret.

MVSCVS paluſtris major, Serpilli folio TOVRN. *Inſt.* 556. *Muſcus polytrichoides paluſtris major, Serpilli latioris folio pellucido* MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 627. ſect. 15. T. 6. f. 39. *Muſcus trichoides, foliis Serpilli rotundis* RAI. *Syn.* [Annon *Bryum pendulum Serpylli folio rotundiore pellucido capſulis ovatis* DILL. *Sylv.* p. 416. T. 53. f. 81. diverſum inprimis operculis brevioribus, quæ ſequenti longa & peranguſta ſunt. Hujus etiam iconem dedi *Enum. Helv.* T. 4. f. 5.] In paludoſorum pratorum limitibus frequens.

MVSCVS paluſtris, foliis ſubrotundis TOVRN. [Annon *Bryum pendulum foliis variis pellucidis capſulis ovatis* DILL. *Sylv.* p. 413. T. 53. f. 79.] *Muſcus polytrichoides humilior alternis foliis pellucidis* MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. III. 627. ſect. 15. T. 6. f. 40. *Muſcus polytrichoides, humilior foliis latis ſubrotundis* PLVKEN. *Phytograph.* T. 45. f 7 *Muſcus trichoides, foliis Serpilli rotundis* RAI. *Syn.* In paludoſis & ad ſepes umbroſas & uliginoſas.

MVSCVS capillaceus major, capitulis craſſioribus cylindraceis nutantibus TOVRN. *Muſcus capillaris, foliolis latiuſculis, congeſtis, capitulis oblongis reflexis* RAI. *Syn.* 33. MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. III. 629. T. 6. ſect. 15. f. 19. In ſylvis & nemoribus; ſtellatis foliis citra pediculum & capitulum quandoque variat, quod recte annotavit TOVRNEFORTIVS.

MVSCVS capillaceus major & elatior, capitulis cylindraceis, obtuſis, nutantibus TOVRN. *Muſcus capillaris major & elatior, capitulis longis obtuſis, deorſum reflexis, & veluti pendulis, præaltis pediculis rubris* RAI. *Syn.* 34. MORISON. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 629. T. 6. ſect. 15. f. 20. In ſaxis & vinearum muris hinc inde viget vere, & capitula ſua profert.

MVSCVS capillaceus, folio rotundiore, capſula oblonga incurva TOVRN. *Muſcus coronatus minor, foliolis latiuſculis, ad caulem convolutis, capitulis cernuis obtuſis aureis* MORISON. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 631. ſect. 15. T. 7. f. 17. *Muſcus capillaris, pediculis bulboſis, uncialibus pallidis, capitula oblonga reflexa ſuſtinentibus* RAI. *Synopſ.* 34. In ſylvarum putrefactis truncis, & in locis, ex quibus hortulani ceſpites effoderunt, & alibi in agrorum confiniis capitula producit primo anno; Calyptras habet primo angulosas, pediculo brevi inſidentes, ſub quibus vix, & ne vix quidem capitula apparent, ſi detrahas; poſtea vero incrementum acquirens, & altius excreſcens calyptras deponit, & capitula piriformia reddita, incurvantur, & cauliculi præ pondere capitulorum veluti in ſemicirculum flectuntur: Poſteaquam vero pediculi, veluti elaterem per ſiccitatem rigidam acquiſiverunt, iterum ſe erigunt, & capitula antea, vel maxime nutantia, nonniſi adunca repræſentant. Adeoque multum errant, qui cum TOVRNEFORTIO *Polytrichum aureum minus* C. B. P. 356. *ſive Polytrichum Apuleji minus quorundam* J. B. 3. 760. pro diſtincta Muſci ſpecie habent, ſiquidem nonniſi ætate differant. [Hi tres Muſci non differunt.]

[BRYVM ſtellare hornum ſylvarum capſulis magnis nutantibus DILL. Sylv. p. 402. T. 51. f. 71. *Muſcus capillaceus major ſtellatus* VAILL. T. 24. f. 45. In ſylvis ſupra *Bürgel* legi & in M. *Auerberg* ſupra *Stollberg*.]

MVSCVS capillaceus lanuginoſus minimus TOVRN. *Muſcus trichoides, hirſute caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis, in perbrevibus pediculis* RAI. *Syn.* 34. *Muſcus trichoides hirſutus, capitulis oblongis reflexis pediculis brevibus inſidentibus* D. *Doodii* MORISON. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 629. ſect. 15. T. 6. f. 21. In ſaxis campeſtribus pariter atque ſylvaticis nec non in tectorum tegulis frequens capitula ſua gignit Februario, eademque perficit Martio & Aprili.

MVSCVS capillaceus minimus, capitulo nutante, pediculo purpureo TOVRN. *Muſcus trichoides, capitulo par-*

*ridi* RAI. *Syn.* 34. MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 629. ſect. 15. T. 6. f. 15. In aggeribus & muris paſſim viget, & capitula gignit primo vere.

[BRYVM foliis latiuſculis congeſtis, capſulis longis nutantibus DILL. Sylv. p. 398. T. 50. f. 67. Ad muros & in umbroſis.]

MVSCVS terreſtris capillaris, foliis rarioribus & acutioribus capitulis, deorſum pendentibus, ac veluti roſtratis & apiculatis oblongis [DILLENIVS refert ad *Bryum trichoides læte virens capitulis cernuis oblongis* Sylv. p. 391. T. 50. f. 61. quod ego reperi circa *Schleſreiſen.*] Provenit prope molendinas torrenti *Leiter* appoſitas, *an denen* Mühlgraben.

MVSCVS argenteus capitulis reflexis RAI. *Syn.* 34. *Muſcus minimus, e viridi argenteus, capitulis oblongis cernuis,* MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 629. ſect. 15. T. 6. f. 17. In murorum apricis & aggeribus ſoli oppoſitis circa pagos pariter atque urbes viget, & capitula gignit primis anni deglaciationibus, poſtquam degelaſcit annus, & prima botanices rudimenta pullulant, quod & de reliquis Muſcis fere omnibus valet; hi enim circa Muſcos labores ſunt quaſi hyemales & autumnales.

[BRYVM ſtellare roſeum majus capſulis ovatis pendulis DILL. Sylv. p. 411. T. 52. f. 77. In aquoſis umbroſis vallibus.]

[BRYVM ſtellare roſeum pendulum minus capſulis & ſeta longioribus DILL. Sylv. p. 412. T. 52. f. 78. Ad umbroſa viarum.]

MNIVM majus ramulis longioribus bifurcatis DILL. Sylv. p. 233. T. 31. f. 3. In aquoſis torfaceis ſuper *Bollwerck* & ſub *Bructero* M. abunde]

POLYTRICHVM ſ. Muſcus capillaceus minimus, capitulo minimo pulverulento TOVRN. [Eſt *Mnium peranguſtis & brevibus foliis* DILL. Sylv. p. 230. T. 31. f. 1. Ibi vir magnus plantam meam, inferius dicendam, pro Mnio, hujus ſynonymo habet. Verum abunde certus ſum Bryum meum nulla pulverulenta capitula, ſed folioſos ſcyphulos producere, deinde iconem DILLENIANI Mnii n. 2. longe melius, quam prioris exprimere.] In ſylvis *bey Wittenberg,* v. gr. *in der Speck* occurrit hyeme & vere.

## LICHENASTRA DILLENII.

MVSCVS Nummulariæ folio major TOVRN. *Inſt.* 55. *Muſcus Trichomanis facie, foliis utrinque ſplendentibus rotundis Jungermanni* MORIS. *Hiſt. Oxon.* part. 3. 627. ſect. 15 T. 6 f. 41 *Muſcus trichomanoides ſupinus noſter elegans* PLVKENET *Almag. Bot. & Phytogr.* [*Lichenaſtrum Aſplenii facie pinnis laxioribus* DILL. *Sylv.* p. 482. T. 69 f. 5.] In pratis uliginoſis, & inter pomariorum gramina frequens.

Omnes hæ ſequentes plantæ, vulgo quidem Muſcis permiſcentur, ſed male; aptius enim ad Jungermannias referuntur.

[LICHENASTRVM auriculatum pinnis minoribus crenatis DILL. *Sylv.* p. 490. T. 71. n. 18. In ſylvis.]

MVSCVS Nummulariæ foliis ſubrotundis denſe poſitis TOVRN *Muſcus trichomanoides foliis rotundioribus pellucidis ſquamatim conjuncte ſibi incumbentibus* MORISON. *hiſt Oxon.* part. 3. 627. ſect. 15 Tab. 6. fig. 42. In ſylvarum opacis v. gr. *im Raubenthale.* Hic Muſcus habet capitula ipſis foliorum ſquamis in extremitate ſurculorum occultata; poſſet ad Jungermannias referri, vel ad Lichenes. [DILL. refert ad *Lichenaſtrum Aſplenii facie pinnis confertioribus* Sylv. p. 483. T. 69. f. 6 & poteſt, cum RVPPIVS capitula in apice caulis deſcribat.]

[LICHENASTRVM Aſplenii folio pinnulis laxioribus DILL. *Sylv.* p 482. T. 69. n. 2.]

[LICHENASTRVM Trichomanes facie ex baſi & medio florens DILL. p. 484. T. 69. n. 7. Ad viarum acclives oras.]

[LICHENASTRVM Trichomanis facie minus ab extremitate florens DILL. *Sylv.* p. 486. T. 70. n. 10. Ibid.]

MVSCVS ſaxatilis, Nummulariæ folio ſurſum reflexo concavo & bifido; an *Muſcus ſaxatilis, Nummulariæ folio, minor* TOVRN. [*Lichenaſtrum pinnis acutioribus & concavis bifidis, majus* DILL. *Sylv.* p. 487. T. 70. f. 11.] In petroſis, udis, & opacis v. gr. *zwiſchen Bollwerck und*

hic Muſcus inſtar præcedentis Nummulariæ foliis ſubrotundis, ſua gignit capitula.

MVSCVS ſaxatilis, foliis tribus quatuorve denticulis acute diſſectis. Cum præcedentibus. [*Jungermannia foliis imbricatis, tridentalis* Enum. plant. Helv p. 121. Nam *Rodæ* legi meam plantam, eamdem Helveticæ ]

MVSCVS Lichenoides, foliolis Polygoni oblongis & rarius diſſitis, in cauliculis perbrevibus; cum præcedente. [DILLENIVS pro Bryi ſpecie habet p. 400.]

